10
7-f
9

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
10
7 C
23


Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

61
F
37

~~10. 7. f. 9~~

01.2.37

M
235



BIBLIOTECA N.

Ex Legato Ill.mi Corsini

BIBL[illegible] ROMA [illegible] VITTORIO EMANUELE

[illegible]

STVDIA

Originem, Prouectũ, atq; Complementum Tertij Ord. de Pęnitentia S. Franciſci,

CONCERNENTIA.

A REVERENDISS. PATRE FRATRE

ANTONIO DE SILLIS

BERGOMENSE

Art. & Sacræ Theol. Doctore, ac in iure Canon. verſato, dum eiuſdem Ordinis ſupremo ſungeretur gradu, magno labore, & ſumma diligentia elucubrata.

In quatuor Sectiones, nimirum in Prœludia, Collationes, Annotationes, Et in Priuilegiorum collectionem diſtributa.

Regulæq; dicti Ordinis à Patre Bonauentura de Vincentia de anno 1551. Tipis datæ Capitibus nedum, ſed & ſingulis eorundem particulis accomodata.

Quæ Studia eiuſdem quoque Regulæ Declaratio; Interpretatio, ac Commentarium dici poſſunt.

Eaque tandem pro communi Fratrum vtilitate *Auctor rogatus in duos Tomos diuiſa nunc in lucem dari curauit.*

Cum indice locupletiſſimo in fine totius operis poſito.

TOMVS PRIMVS

Regulam; atq; in ipſam Auctoris Prœludia, Collationes, & Annotationes;

LIBRO VNO

Necnon Elucidationem D. Dionyſij Carthuſ. in tertiam S. Franciſci Regulam. Ac Tractatum Patris Bernardini de Buſto de imitatione Chriſti per aſſumptionem ſtatus Tertij Ordinis de Pęnitentia.

LIBRO ALTERO

Comprehendit.

LIBER PRIMVS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBL. SS. COLL. ROM. SOC. IESV

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.

D. FABRICIO VERALLO

Tituli Sancti Auguſtini S.R.E. Presbytero Cardinali.

Protectori, Correctori, & Gubernatori.

Frater Antonius de Sillis Bergomenſis Tertij Ordinis de Pœnitentia S. Franciſci. S.P.D.

IDEM mihi propè vſuuenit, quod olim D.Paulo (Cardinalis ampliſſime) quem fratribus ſuis omnibus vt faceret ſatis, omnibus omnia fieri oportuit. Dũ enim ad Gubernacula totius familiæ noſtræ ſederem, quidam è noſtris, & ij quidem non imperitiores obijciebant mihi, Regulas quibus nunc regimur, eſſe admodum debiles, atq; imbecilles, quippè quæ à Diuo Franciſco ordinis Inſtitutore non eſſent dictatæ: Aiebant enim maiores noſtros poſt multos ab inſtitutione ordinis annos (abiecta Regula ab eodẽ Franciſco præſcripta Fratribus Tertiarijs de Pœnitentia, & à Nicolao IV. Apoſtolicæ Sedis auctoritate munita, necnon alia iuſſa à Leone X. Summis Pontificibus) nouam quãdam vſurpaſſe conſarcinatam è varijs Decretis, prius diuerſis in Conuenti- 1. Cor. 9.

uenti-

uentibus generalibus factis, & poſtmodum à Patre Bonauentura Vicentino Generali Præfecto ordinis illuſtratam, ac in triginta capita diuiſam, anno à Chriſto nato 1551. prælo donatam, quare Nicolai veterem illam dictitabant ipſi eſſe, & dici debere germanam Regulam noſtram potius quàm hanc (illorum arbitratu) adſcriptitiam. Moleſtus aliorum animis ſcrupulus inſidebat dubitantium, an ad omnia diuina præcepta profeſſionis noſtræ votum produceretur, quandoquidem hanc formulam adhibemus in profitendo: Voueo, & promitto, me ſeruaturũ mandata Dei toto tempore vitæ meę &c. At alij ſimpliciores, ne dicam an molliores ſibi ſuadebant, neminem è fratribus poſſe à moderatoribus ſuis aliquo pacto lætalis noxæ pęna mulctari, cum in priuilegijs, & in ipſa Regula decernatur, nulla contenta in Regula eſſe obligantia ad culpam. Aſperiores vero alij contendebant poſſe à ſuo Præſide quemlibet culpæ lætalis vinculo compelli non ſolum ad parendum ijs, quæ definiuntur in Regula, ſed etiam ad quoduis aliud, quod ille iubeat, honeſtum tamen, & licitum capeſſendum; hoc enim dicebant inferri ex ſolemni obedientiæ voto; & ex ipſa Regula, in qua Præſidibus apertis conceditur literis, vt quæ velint, (honeſta tamen) præcipiant, iubeant, & imperent. Alios alius pungebat ſtimulus, & variarum difficultatum ſcopulus offendebat, quas vt remouerem facili aliqua obſcuriorum Regulæ locorum explanatione poſcebant: Sed non vnum eſt omnium votum. Alij namque magnum me opere prætium facturum dicebant, ſi quæ capita Regulæ vel à ſacro Tridentino Concilio, vel à Conſtitutionibus Pontificijs eſſent abrogata, vel immutata diligenti animaduerſione notarem. Optumum factu videbatur alijs, ſi

vnà

vnà cum Regula Catalogum Sanctorum, & Beatorum omnium Ordinis imprimendum curarem. Atq; ijs adderem pias aliquas ſuaſiones,eaſq; præcipue, quibus in Capitulis, & Viſitationibus ſolitus eram meos fratres ad perfectionis vitæ genus adhortari. Non deerant, qui ſcire cuperent,quod fuerit initium Ordinis,qui progreſſus,quod incrementum,quot generales Conuentus celebrati fuerint, quot Prouincias, & quot in qualibet Cęnobia,& Domos familia nòſtra obtinuerit. Quid plura? Quò ſtudium ſuum quemq; trahebat, id à me tamquàm debitum munus efflagitabat. At ego non potui non omnium voluntati obtemperare, quorum mihi omnium moderandorũ prouincia fuerat demandata. Omnem itaq; operam ad hoc nauaui, & tandem hoc opus edidi, inſcriptum: Studia,originem, prouectum,& complementum Tertij Ordinis de pœnitentia S. Franciſci concernentia. In quo tamquàm ab ouo exorſus (ſed erat dictu ſatis, quod in Epiſtola. Cum vniuerſus ordo &c. ait dictus Bonauentura; Quòd omnia decreta Regulæ Nicolai IV. ad nos, noſtraque ſtatuta pertinentia in hanc Regulam tranſlata ſunt) non vno patefeci argumento, Regulam noſtram firmiſſimo niti fundamento; quippè quæ nihil contineat, quod non ſit mutuatum, vel à Regulis Nicolai, & Leonis, vel à priuilegijs & indultis apoſtolicis,vel à ſacris Canonibus, & Concilijs,vel ab aliarum laudatarum,probatarumq; Religionum vſu. Docui fuiſſe promulgatam authoritate Apoſtolica, comprobatam à Cardinali Carpenſi Protectore,& iuſſam à sãctiſſimo Pontifice Pio Quinto. Vt omnes gradatim dubitationes euellerem, atquè omnium vota vt explerem, ſedulo curaui. Præterea locupletaui opus faſciculo priuilegiorum omnium, quę

adhuc

adhuc venerunt ad manus. Et inſerui elucidationem Regulæ Nicolai elaboratam precibus Fratrum Tertij Ordinis in Flandria degentium à Dionyſio Carthuſiano eruditiſſimo viro, opus ſanè admirabili doctrinæ genere, & ſalutaribus monitis refertum, ſed Italis noſtris ferè penitus ignotũ. Necnon partem ſermonis vnius venerabilis Patris Bernardini de Buſto non mediocriter de Pœnitentia ordinem illuſtrantis. Itaq; cum Elia meo de pœnitentia ordini dicere poſſum.
Reg. 19. Quod enim meum erat, feci tibi. Supererat tantum diligenter vt quærerem, cuius potiſſimum nominis inſcriptione liber notatus prodiret, quemuè Patronum, ac Defenſorem adoptaret ſibi. Sed tua in nos promerita, ac noſtra totius ordinis in te obſeruantia protinus occurrerunt, quę nomen ampliſſimum deſignarunt, & Protectorem acerrimum obtulerunt. An vero lumen alieni nominis noſtris vigilijs admoueremus, qui domeſtici ſplendore humiles totius Ordinis tenebras illuſtrari videmus? An extraneum aſciſceremus Patronum partui noſtro, cuius parentes ſub familiari tutiſſimi patrocinio quieſcunt? Tibi igitur omni iure qualecumq; eſt debetur hoc opus. Propterea quod tuum eſt libenti animo ſuſcipe. Et dum totius noſtræ familiæ ades protector, Corrector, ac Gubernator, ſi quid boni deprehendes, id oro protegas; ſi quid errati, (quod humanum eſt) id corrigas; & dum tot, tantarumq; Religioſarum familiarũ ſapientiſſimè moderaris habenas, ne effluat noſtram quoq; ad aliquam tuæ Gubernationis partem pertinere. Vale fulgidiſſimum Apoſtolici Collegij lumen, virtutum omnium tutiſſimus Portus, ac deniq; Religionis noſtræ decus, & ornamentum æternum.
Dat. Neapoli Idib. Aprilis 1619.

GENERALIA

Statuta ſiue Decreta

Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci
de Pœnitentia nuncupati
Regularis Obſeruantiæ
Congregat. Longobardę
in Habitu Eremitico
degentium.

ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO
RODVLPHO PIO TITVLI SANCTAE Mariæ tranſtyberim S. R. E. Presbytero Cardinali Carpenſi vniuerſi diui Franciſci Ordinis Protectori, et Correctori, Frater Bonauentura Vicentinus tertij Ordinis Viſitator Generalis S. P. D. A

CVM vniuerſus noſter ordo Pater Ampliſſ. fidei, ac ſapientiæ tuæ ſit commiſſus, atque commendatus. Tuq; illud munus ſic ſuſceperis, vt non protegendos modo, tuendoſq;, ſed quemadmodũ pij parentes filios, ità nos ipſe iuuandos, cõplectendoſq; exiſtimes, nihil ſanè eſſe poteſt, quod ad noſtrũ omnium, qui tibi crediti ſumus, vel vtilitatẽ, vel dignitatẽ pertineat: quod à te primũ cognoſci, deinde agi, tranſigiq; non debeat. Maiores noſtri cùm in ea Nic. IV. Sum. Pontif. regula, à qua originem trahimus, animaduertiſſent nonnulla ſcripta eſſe, quæ his, qui vxores habent, ſacriſquè minimè initiati ſunt; communia eſſent, à noſtro vero inſtituto aliena prorſus eſſe viderentur. 2: Habitis pro more comitijs, vt certis legibus viuerent Rom. Pontif. conceſſu propria ſibi decreta ordinauerunt. 3. Quæ tamen cùm obſcurè, confusè, ac quadam ex parte imperfectè in libellum coniecta eſſent, operam dedi, vt quoad eius fieri poſſet, illuſtria, diſcreta, perfectaq; in fratrum meorum manus peruenirent. 4. Cùm ex eadem illa Nic. IV. regula quæ ad nos, noſtraq; inſtituta pertinerent in hęc ipſa decreta tranſtulerim: nihilq; quod aut vtile, aut neceſſarium ſit viſum omiſerim. Qua in re illud idem obſeruaui, quod probi ac periti Architecti obſeruare ſolent, qui cum in ædium parietibus, aut tectis vitium

B C D

aliquod

aliquod ineſſe vident: earum verò ſolum, ac fundamentum
A firmiſſimum eſſe cognoſcunt, non deturbandi, demoliendiq; funditus ædificij, aut reædificandi, ſed magis concinnandi, ac inſtaurandi rationem ineunt: quodq; in ædibus ipſis apparet vetuſtate, vel exeſum, vel ruinoſum, id aut reficere, aut reparare conſueuerunt, ea quæ ipſis nimis lata, ac vaſta eſſe videntur, coarctantes, ac rurſus quæ nimis anguſta ſunt, extendentes. 5. Sic ego cum illa ipſa decreta noſtra ſcirem firmiſſimis rationibus eſſe fundata, ea non tollenda fun-
B ditus: ſed quatenus ſolidiſſimo inhærerent fundamento retinenda, conſeruandaq; eſſe iudicaui. Quæ vero in illis vel cõfuſiora, vel obſcuriora viſa ſunt, ea clarius illuſtranda, ac illuſtrius declaranda eſſe exiſtimaui, ac totum illud, quod pro temporum ratione vel deeſſe, vel ſuperuacuum eſſe viſum eſt (adhibito ſemper fratrum meorum conſenſu) non minus addendum, quàm tollendum curaui. Qua in re ſi minus recte
C quicquam, quod ad linguę latinę candorẽ ſpectat, conſcripſi, id non tantum imperitię noſtræ, quàm rei ipſius difficultati, aſcribas velim: videmus enim ea quę ad religionem noſtram cænobitaſq; ipſos faciunt latinè exprimi non poſſe, niſi magna cum verborũ improprietate, aut circũlocutione. 6. Quæ omnia hoc ipſo libello comprehenſa pro mea erga te vir ampliſſ. ac ſanctiſſ. obſeruantia, tibi dedicaui, vt ea poſtea quàm
D à te non minus cognita, quam probata eſſe cognouero: tua authoritate roborata per vniuerſi Ordinis noſtri cænobia tuis auſpicijs promulgentur: ex quibus tamquam ex puriſſimo fonte vniuerſi fratres mei rectam vitæ rationem haurire poſſint. Vale ætatis noſtræ gloria, reiq; publ. Chriſtianæ ſolidiſſimum fundamentum. Romæ ex ædibus noſtris Diuorum Coſmæ, & Damiani 1549. octauo Cal. April.

RODVLPHVS PIVS TITVLI SANCTAE Mariæ Tranſtyberim S. R. E. Presbyter Cardina- A
lis de Carpo totius Ordinis Sancti Franciſci Protector, & Corrector. Vniuerſis in Chriſto nobis dilectis fratribus Congregationis Longobardæ tertij Ordinis Sancti Franciſci de pænitentia nuncupati regularis obſeruantiæ ſalutem in Domino ſempiternam.

B

OBTVLIT nuper legendum nobis compoſitum à ſe libellum quendam Reuerendus Pater Frater Bonauentura Vicentinus ordinis veſtri Generalis Miniſter leges, atq; inſtituta, seu regulam veſtræ sodalitatis complectentem, quem cum diligenter, accuratèq; legerimus, atquè examinauerimus, visa sunt
omnia in eo contenta, cum vere in primis Chriſtianæ pietati, C
ac ordinis veſtri protectioni magnopere congruentia, tum in cõmodiſſimum ordinem digeſta, perspicuèq; admodum, atq; etiam eleganter explicata, magnoq; propterea vobis omnibus vsui, atq; adiumento futura. 2. Itaq; contenta eo in libello decreta, & ſtatuta omnia approbamus. 3. Vniuersosq; & ſinglos cætus veſtri sodales, tàm præsentes, quàm futuros
eorum, qui pro tempore erunt, Generales Miniſtros, etiam D
atq; etiam hortamur in Domino, illisq; ea, quà pro officio noſtro protectionis, & correctionis fungimur authoritate præcipimus, & mandamus, vt prædictam viuendi normam, decreta, & ſtatuta admittant, illisq; in omnibus cænobijs suis vtantur, ad illorum præscriptum viuẽtes, & ea omni ex parte inuiolabiliter obseruantes. 4. Damus, & concedimus præ-

terea

A terea fratribus omnibus, qui eorum lectioni dum publicè
apud vos legentur ab initio ad finem vſque interfuerint, quo-
tieſcumq; id fecerint, centum dies veræ indulgentiæ iuxta
formam Eccleſiæ conſuetam. In quorum fidem has manu
noſtra ſubſcriptas exindè fieri, & per Secretarium noſtrum
infraſcriptum ſubſcribi, ſigilliq; noſtri iuſſimus, & fecimus
impreſſione muniri. Datum Romæ in ædibus noſtris, anno
à Natiuitate Domini 1549. quarto Cal. Maij, Pontificatus
B ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Pauli
diuina prouidentia Papæ Tertij anno decimoquinto.

R. Cardinalis de Carpo Protector.

Sigiſmundus Botius de mandato.

C

D

PRÆLV-

PRÆLVDIVM PRIMVM

A

ANte quodcunque aliud præmittenda ſunt Præludia quæ ſim tamquàm dicendorum omnium fundamentū, & primo loco Regulam, ſcilicet, quæ inſcribitur. Generalia ſtatuta, ſiue Decreta Fratrum tertij Ordinis Sancti Franciſci de pænitentia nuncupati, regularis obſeruantiæ Congregationis Longobardæ in habitu eremitico degentium. In hunc quem habemus modum à Reuerendiſſimo Patre Bonauentura Vicentino anno Domini 1549. tunc temporis Generali Miniſtro digeſta. Generalia (inquam) hæc ſtatuta, veram Religionis noſtræ huius in Italia præcipue conſiſtentis Regulam eſſe. Quod dignoſcitur ex multis.

Primo quia regulam à Seraphico Patre Sancto Franciſco (Deo inſpirante) pro fratribus, & ſororibus de pænitentia ordinatam, & à Papa Nic. IV. approbatam, & in vnam ſuam Bullam, quæ incipit. Super montem catholicæ fidei &c. Dilucidè redactam, Pater Bonauentura (remotis ijs, quæ ſecularibus de pænitentia propria videbantur) in hæc ipſa Decreta tranſtulit; vt ipſe in Epiſtola ad Card. de Carpo Protectorem num. 2 & 4. teſtatur. Et vt regulam Nic. IV. & ſtatuta iſta legenti perſpicuum fiet. B

Tùm quòd etſi Leo. X. ſemel atque iterum Nic. IV. regulam vſui eſſentialia vota profitentium accomodauerit. Apud Italos tamen, neque apud vllos alios (quod ſciam) de pænitentia fratres (Hiſpanis exceptis, & quibuſdam mulierum Monaſterijs) prædictæ Leonis X. regulæ fuerunt in vſu. Sed Itali primo Nic. IV. regula vtebantur, cui deinde quædā ſtatuta & ordinationes fratribus de Flandria per Ioannem XXII Pontificem Maximum, cui primo nomen erat Balthaſar ſui Pontif. anno IV. conceſſa & à Martino V. confirmata addiderunt; vt teſtantur quædam manuſcripta, & tot eorundem ſtatutorum & ordinationum tranſumpta, quæ paſſim per Religionem reperiuntur diuulgata, quæ vna cum priuilegijs, & regulis Nic. IV. & Leonis X. typis mandanda curauimus. Poſtmodum authoritate Apoſtolica Florentiæ anno 1469. in Capitulo generali in Conuentu Sanctorum Iacobi, & Philippi habito, ſibi propria decreta conſtruxerunt: & in Capitulo generali ſyluæ matutinæ 1475. habito, illa confirmarunt. Quibus cum ſatisfeciſſe videretur; & quod decreta illa ſi diſtinctè, ordinatè, & eleganti ſtilo forent explicata, perfectæ, & pulcherrimæ regulæ ſupremum locùm ſibi vendicarent, poſtremò tandem Pater Bonauentura ſuo, & Cardinalis de Carpo teſtimonio perfectiſſimè hoc eſt aſſecutus. C

Tùm quia decreta Florentiæ condita, & in ſylua matutina pro lege perpetua recepta, ſummi Pontificis conceſſu facta fuere, vt in prædicta Epiſtola num. 2. & in Epiſtola ad fratres quæ incipit. Plerique num. 8. ipſe Pater Bonau. dicit; quæ poſtea decreta ipſemet Pater Bonau. illuſtria, diſcreta, perfectaque in fratrum ſuorum manus peruenire curauit, vt in dicta Epiſtola num. 3. ait. D

Tum etiam quia nil in his decretis, quod Sacros Canones, & Apoſtolica præcipue priuilegia non redoleat, continetur, vt in ſingulis regulæ capitibus demonſtrauimus Et quis dubitat Apoſtolica priuilegia cuiuſlibet Religionis propriam non eſſe Regulam? Cum niſi Apoſtolica Sede approbante nulla poſſit eſſe verè Religio? c. ne nimia c. Religionum, & c. Sancta Romana de Religioſis domibus. Quod ſanè cognouit Pater Bonau. vt in dictis literis. Plerique num. 1. vſque ad 8. diſertè fatetur.

Neque aliquis hæc inficiat dicens. Quod bene regula Sancti Franciſci. Nic. IV. & Leonis X. & ſtatuta Florentiæ habita, necnon priuilegia Apoſtolica ſunt loco regulæ noſtræ, ſed non vt in hanc formam à Patre Bonau. ſunt ſimul poſita, & ordinata; ſi tue

eſt; cum

A eſt enim hæc dubitatio. Nam ſi prælibata omnia erant regula noſtra, multo fortius eſſe debent, & ſunt modo ſic illuſtria, diſtincta, perfecta, & in meliorem formam diſpoſita; imo ſplendorem quendam, & maiorem quodãmodo efficaciam præſeferre ita ordinatim congeſta dicent omnes, tantum abeſt, vt ſuum robur non amiſerint.

His addi poteſt, quod Card. de Carpo Protector per ſuas literas, quæ incipiunt. Obtulit &c. Hæc generalia ſtatuta confirmat, illaq; legem, inſtituta, & regulam noſtram appellat, ad quorum normam, & præſcriptum fratres omnes vitam ſuam componere, præcipit, & mandat. Et ſine dubio tantam ſibi authoritatem non arrogaſſet, niſi à Sede Apoſtolica ſibi fuiſſet conceſſum.

Quod ſi adhuc alicuius Summi Pontif. declaratio ſpecialis deſideratur. Quæ Pius V. in ſuis literis. Ea eſt officij noſtri ratio &c. Romæ 1568. quinto nonas Iunij datis circa prædicta decernit, audiat, & intelligat. Vbi poſtquàm pluribus in locis regulæ B fratrum tertij Ordinis mentionem fecerit, vltimo declarans, quæ nam ſit hæc regula, quam obſeruare debeant, ſic dicit. In cæteris autem omnibus, quæ ad religioſam vitam pertinent, illa prædicti fratres, & ſorores tertij Ordinis obſeruare teneantur, quæ à prædicto Rodulphò Epiſcopo, & Protectore 28. Aprilis anno Domini 1549. fuerunt ordinata, ſubſtantiam totius huiuſmodi regulæ maximè continentia, quam felicis recordationis Nic. Papa IV. prædeceſſor noſter ad incrementũ fidei catholicæ approbauit &c. Et ita à principio vſq; modo obſeruatum eſt in religione, quare nullus relinquitur, dubitandi locus. Supereſt tantum, vt illam quiſq; viribus totis ad Dei gloriam, animæ ſuæ ſalutem, proximiq; ædificationem Deo adiuuante ſeruare conetur.

PRÆLVDIVM SEGVNDVM.

C EX quibus ſatis apertè deducitur, ordinem noſtrum verè eſſe religionem, ex quo in eo reperiuntur omnia, quæ ad veram religionem conſtituendam requiruntur. In eo enim emittuntur tria vota eſſentialia, eaq; in communitate, & in manu ſuperioris ad id facultatem habentis ex indulto Apoſtolico ſecundum regulam à Romanis Pontif. approbatam. Quæ omnia ſunt de ſubſtantia veræ, perfectæq; religionis c. cum ad Monaſterium, de ſtat. Monach. D. Thomas 2.2.q.186.art.7. Soto de iuſt. & iure. lib.7.q.2. art.5. & q.5.art.3. Nau. Coment. 1. de regul. nu. 18. Et eſſe religionem (dico) approbatam teſtantur priuilegia. Nic. V. Paſtoralis officij nobis &c. Et Apoſtolicæ Sedis &c. Sixti IV. Sacroſancta &c. Innocentij VIII. Dudum &c. Iulij II. Decet Romanum &c. Leonis X. Ea quæ per ſedem &c. & in ſuis regulis &c. Clem. 7. Ad Vberes &c. & priuilegia ferè omnia. Ex quibus tamen omnibus placuit nobis hic ponere tantummodo verba alterius Bullæ Sixti IV. Ad Chriſti Vicarij &c. Quæ ſunt. Decernimus, & ſta- D tuimus votum præfatum, ſic (vt præmittitur) emiſſum, vel quod emittetur in futurum, de cætero habeat vim, & valitudinem voti ſolemnis, ac omnem inducat effectum, quem inducit votũ ſolemne factũ cuicumq; de Religionibus à Sede Apoſtolica probatis.

Quinimo Religioni noſtræ conceduntur priuilegia omnia fratrum mendicantium, etiam de regulari obſeruantia. Ita Iulius II. Decet Romanum &c. Leo X. Ea quæ per ſedem. Clem. 7. Ad vberes &c. Pius V. Ea eſt officij noſtri &c. Greg. XIII. Ex benigna &c. & alij.

Quare cum, alicubi dubitatur, an fratres tertiarij de pænitentia ſint verè religioſi; non intelligitur de nobis in congregatione vota eſſentialia ſolemniter profitentibus, & tot, tantiſq; priuilegijs Apoſtolicis munitis; ſed de tertiarijs in proprijs domibus manentibus, quos nonnulli Doctores aſſeruerunt eſſe religioſos, & gaudere indultis fori,

rerum,

rerum, & perſonæ, contradicentibus alijs. In qua controuerſia ſtandum eſt determinationi factæ in Conc. Lateranen. ſub Leone X. & declarationi factæ à Card. Sacræ Congreg. Epiſcoporum, & Regul. die 20. Decembr. 1616. quæ habetur in fine Priuilegiorum Pontificium. A

PRÆLVDIVM TERTIVM.

SEd quo tempore fratres de pænitentia ſe votis eſſentialibus adſtrinxerint, & à Sede Apoſtolica declaratum fuerit ordinem tertium inter Religiones approbatas connumerari; ſuperioreſq; ex proprijs habuerint (loquimur de Viſitatoribus Generalibus, & de Vicarijs Prouincialibus, quia ſemper in quocumq; ſtatu Miniſtri Conuentuum ex proprijs deputati ſunt) eſt omnino incertum.

Qua propter ſciendum eſt, quod glorioſus Sanctus Pater Franciſcus verus Domini noſtri Ieſu Chriſti aſſecla tres ordines ad honorem Sanctiſſimæ Trinitatis inſtituit, quorum profeſſores in Eccleſia militanti ad inſtar trium hierarchiarũ ſpirituum cæleſtium triumphantis Eccleſiæ rationabili corporum ſuorum ſacrificio Deum omnipotentem cõtinuò laudarent. Quem Ordinum numerum ſignabant tres aureæ illæ monetæ à Seraphico Patre in ſinu ſuo miraculosè inuentæ, quas obtulit Deo. Vt ipſemet Deus cum illi ſacratiſſima ſuæ paſſionis ſtigmata impreſſit, declarare dignatus eſt; prout habetur in Cronicis par. 2. lib. 4. cap. 26. Ad hoc etiam alludebat ordo, quem in ſtigmatum impreſſione Dominus ſeruauit; non enim omnia ſimul, ſed ordinatim; primò manuum, ſecundo pedum vulnera; tertio, & vltimo illud coſtatus Seraphico Patri ſancto Franciſco impreſſit. Vt ibidem legitur. Pariter illa trina libri aperitio, cum trina de cruce ferenda lectione, trinum Religionis ſtatum, in quo ſui ipſius abnegatione ſequitur Chriſtus, apertè deſignat. B

Poſſumus etiam piè fateri, quod eundem ternarium Religionum numerum inſinuare voluerit Deus, quando in initio conuerſionis Sancti ter illi dixit. Vade Franciſce repara domũ meam, quæ labitur. Quòd primo à Sancto Franciſco fuit materialiter executioni mandatum, tres Eccleſias, Sancti Damiani, ſcilicet, Sancti Petri, ac Sanctæ Mariæ Angelorum reficiendo, & deinde ſpiritualiter in reparatione miſticæ Chriſti Eccleſiæ tres ordines inſtituendo, vt ſic à ſenſibilibus ad intellectualia, & ſpiritualia vtcumq; tranſiret, & ita in eius officio dicitur. Sub typo trium ordinum, tres, nutu Dei præuio, Eccleſias erexit. De qua trina inſtitutione in honorem ipſius Sancti Franciſci canit Eccleſia. Tres ordines hic ordinat; primumq; fratrũ nominat minorum. Pauperumq; fit Dominarum medius. Sed Pænitentium tertius ſexum capit vtrumq;. C

Primus ordo eſt Fratrum Minorum, quem Sanctus anno Domini 1208. ætatis ſuæ anno 27. & ſuæ conuerſionis anno 2. inſtituit. Secundus ordo eſt D. Claræ, ſiue Damiatarum, quem anno Domini 1212. inſtituit. Ac tandem anno Domini 1221. in Opido Canarij, quod ab Aſſiſio quattuor milliaribus diſtat, idem glorioſus Sanctus ſpiritu Sancto plenus, amore Ieſu Chriſti maximè flagrans, & omniũm ſalutem ardenti deſiderio anhelans alium ordinem inſtituit. Qui antecedentium reſpectu dicitur tertius; eumq; de Pænitentia nominauit; fortaſſis vt placet Diuo Bonauenturæ, quia ſicut pænitentia eſt via communis ad cælum, ſic ordo iſte omnes cuiuſcumq; ſtatus, & ſexus, Clericos, & Laicos; Virgines, Viduas, & coniugatas amplectitur, neminem excludit, omneſq; hunc ordinem ingredi, illumq; profiteri poſſunt. Vel vt alij volunt eum à fine de pænitentia appellauit, quia ad agendam pænitentiam peculiariter illum ordinauit. D

Eſtq; facile, quod hominibus habitum, quem ipſe per biennium a ſua conuerſione

optauit.

*portauit, iuxta dictum Patris Bonau. in priuilegiorum præfatione deferendum iniun-
A xerit; qui veſtitus erat ad inſtar Eremitarum, ſic ait Bartholomeus de Piſis lib. 1. Conformit. fructu. 8. Et quoad colorem ſimilis erat colori veſtis inconſutilis Domini noſtri Ieſu Chriſti, nempe berettinus; ita teſtatur B. Baptiſta de Leuanto à Bernardino de Buſto Roſ. tom. 2. ſerm. 27. par. 2. relatus; legibuſq; alijs, ſecundum quas huiuſmodi de pænitentia fratres, & ſorores interius exteriuſq; in Dei obſequio ſe componere deberent, eundem Ordinem exornauit. Quas deinde leges Nic. IV. in vnam Bullam in vnum collectas omnibus obſeruandas in lucem dedit. Fuitq; talis ordo primo ab Hon. III. & ſucceſſiue a Greg. IX. Innocent. IV. Alex. IV. Nic. IV. Celeſt. V. Ioanne XXII. ab aliſq; Summis Pontif. confirmatus, innumeriſq; gratijs, fauoribus, & priuilegijs decoratus, de quo etiam facta eſt mentio in Conc. Vienen. ſub Clem. V. cap. cum ex eo de ſent. excom. in Clem. vt apparet ex priuilegijs ipſis, & ex multorum teſtimonio, præcipuè B. Ioannis de Capiſtrano. In Defenſorio tertij Ordinis B. Franciſci, & de Confir-
B matione Hon. III. fit mentio in priuilegio Greg. IX. Nimis patenter &c.*

*Et ſicut quaſi ab initio quamplures primi Ordinis laxiorem vitam affectantes ſub pietatis ſpecie, re vera tamen nimis carni ſuæ indulgentes, à Sede Apoſtolica priuilegia, quibus rigori regulæ derogabatur, impetrarunt; quo factum eſt (alijs meliori zelo ductis puritatem regulæ à Sancto Franciſco ſibi relictæ procurantibus) vt primus ordo in ordines tot diſtraheretur. Ita diſſimili, ſed feliciori modo fratribus, & ſororibus de Pænitentia euenit, etenim de die in diem maiorem perfectionem optantes, & ſecundũ Apoſtoli conſilium 1. Cor. c. 12. chariſmata meliora æmulantes, eorum multi ferè à ſuæ Inſtitutionis principio ſimul cohabitare, & quadamtenus in communitate viuere cæperunt. Hiſq; alij ſuccedentes maiori deuotionis feruore accenſi ſimultati vitæ ſtatuta, & ordinationes bene viuendi, paupertatiſq; caſtitatis, & obedientiæ vota addiderunt, & tandem cum Deo huiuſcemodi famulorum ſuorum tam pium deſiderium ſummè gra-
C tum eſſet, placuit eidem Altiſſimo pro ſua benignitate ad ſtatum perfectionis illos perducere; promouendo eos ad intercedendum apud Sedem Apoſtolicam, & inſpirando Summos Pontifices ad illis concedendum, vt vota eſſentialia in eorum communitate recepta vim voti ſolemnis haberent, & eorum ordo eſſet religio approbata, aliarumq; religionum priuilegia participaret. necnon quod, vt quælibet alia bene diſpoſita religio Capitula generalia conuocare, & celebrare, atq; vnum ex ipſis in Miniſtrum generalem, ſimul cum Diffinitoribus generalibus eligere; ſtatutaq; ſuo ſtatui conuenientia condere poſſet. De quibus tertij ordinis ſtatibus diuerſis mentionem fecit Nau. lib. 3. Conſ. de Regul. conſ. 35. & 54.*

*De his omnibus conſtat de facto, ſed vt diximus non de tempore; Nam nos Itali antiquioris priuilegij illo Nicolai V. Paſtoralis officij nobis &c. atq; illo Pauli II excitat arcanum &c. non recordamur. & tamen ex ipſiſmet priuilegijs claret nos prius habuiſſe
D Monaſteria, Oratoria, Hoſpitalia, Viſitatorem generalem, Miniſtroſq; locorum, ac alias Capitula generalia celebraſſe, vt etiam ex alijs in catalogo frequentiorum Comitiorum, & Miniſtrorum generalium deduximus, & annotauimus; quare neceſſario fatendum eſt vlteriora priuilegia, quamuis non appareant, nos fuiſſe aſſecutos. interim ijs, & alijs priuilegijs notis vtemur, Forſan ob Patrũ noſtrorum illius primæui temporis ſimplicẽ viuendi modum talia priuilegia obliuioni tradita ſunt. Siquidem ampla ædificia, ac propterea nec pro conſeruandis ſcripturis Archiuia conſtruere non curabant; ſed ſummo animi ſtudio loca ſylueſtria petebant, antra, eremoſq; colebant, & ne alicui oneri eſſent iuxta Seraphici Patris ſancti Franciſci in regula minorum cap. 5. & in teſtamento præceptum, labore manuum ſuarum ſibi pauperem victum, & veſtitum parabant, imò non*

C ſibi

ſibi tantum; ſed iuxa Apoſtoli conſilium. Epheſ. 4. & pauperibus, eiſq; præcipuè infir-
mis; nam Hoſpitalitatem imprimis profitebantur, vt videre licet in priuilegio Nic. V. A
Paſtoralis officij nobis, &c. quod & magni argumenti eſt id quod in calce Regulæ poni-
tur à Leone X. Faciliterq; priuilegia amitti potuerunt, cum vſq; ad tempora Patris Bo-
nau. nempè vſq; ad annum 1551. priuilegia noſtra typis non fuerint mandata; atq; im-
preſſa, atq; etiam tunc perpauca, videlicet Pontificia octo tantum, & duo ſecularia.
In cauſa fortaſſis etiam eſſe potuit Italorum Fratrum munificentia admittentium ad
dignitates nedum locorum, ſed & totius ordinis Vltramontanos Fratres, qui deinde ad
propria redeuntes, ſecum quandoq; ſcripturas Cœnobiorum, quibus præfuerunt, & Re-
ligionis ipſius adſportabant. Huius enim rei maximum inditium facit, non multis ab
hinc annis Tholoſſæ inuentas fuiſſe quamplures ſcripturas ad Conuentum ſancti Anto-
nij extra Tyburim, & ad Prouinciam Romanam attinentes, quas nec recuperare potui-
mus, vtpote à Fratribus regionis illius dilaceratas, vt nobis Romæ à Fratre Theophilo
Gallo fide digno relatum fuit; & certe illuc nullus alius illas adſportauit, niſi qui- B
dam Frater Gallus qui per multos annos prædicti Cõuentus ſancti Antonij adminiſtra-
tionem obtinuit, & poſtmodum in Galliam ſeceſſit, vt à noſtratibus antiquioribus acce-
pimus.

Quapropter neceſſarium, nedum vtile foret, vt omnes nationes, & Regna, & Prouin-
ciæ totius Ordinis de Pænitentia in vnum conuenirent, & quòd omnium ex propriis
vnum eſſet Caput, & Miniſter generalis; quia ſic geſta, & facta quæcumq; totius Reli-
gionis ad vnius viri manus peruenirent, qui res notatu dignas colligeret, eaſq; in Capi-
tulis generalibus notas faceret Prouincijs vniuerſis. Innumera quoq; alia bona talem
vnionem ſequerentur. Omnes enim Religionis Fratres vnum, eumdemq; modum di-
uina officia celebrandi, orandi, veſtiendi, ac cæremonias omnes communes haberent.
Huiuſmodi Miniſter generalis circa res ordinis ſe haberet vt Pater, quod non faceret
religionis alienæ ſuperior; ille enim res noſtras non curaret, vel quia earum notitiam C
non haberet, vel quia nimis circa regimen religionis ſuæ propriæ occupatus eſſet, vel
ſaltem noſtra æque ac ſua nontanti faceret; & ſi caſu eueniret, quod inter noſtram, &
ſuam Religionem difficultas aliqua, vel differentia oriretur, talis extraneus ſuperior pro
ſuis ſententiam diceret; ita quod Vitricus potius, quàm Pater iure nuncupari poſſet.
Etiam tali vnione Religio noſtra apud omnes pluris, quàm modo fieret, & non ſolum
poſt multas religiones non relinqueretur, ſed multas, & numero Prouinciarum, &
Cœnobiorum, & multitudine fratrum, & vitæ ſanctitate, & doctrina antecelleret.

Ita etiam nec adeo verum apparet id, quod habetur in Cronicis. par. 3. lib. 1. cap. 38.
nẽpè quod de anno 1421. Fulgineæ ſub auſpicijs Beatæ Angelinæ de Theramo Ciuitellæ
Aprutij Comitiſſæ incæperit tertius ordo de Pænitentia facere vota ſolemnia in com-
munitate, & quod ex tunc, & non prius tertius ordo computatus ſit inter religiones ap- D
probatas. Nam ex Sixti IV. Bulla. Romani Pontificis &c. conijcitur Fratres tertij ordi-
nis eſſentialia vota promittentes fuiſſe temporibus Innoc. IV. Et ex eiuſdem Bulla. Ad
Chriſti fidei &c. quod fuerint temporibus Bonif. VIII. & ex Bullis Ioan. XXII. Sancta
Romana &c. colligitur ſuis temporibus reperiri tertiarios prædictos; ex quo fraticelli in
eiſdem bullis damnati aſſerebant eſſe de tertio ordine, vel de Minori Obſeruantia. Et
Clem. 7. Ad Vberes &c. dicit tertium ordinem prædictum iamdiu florere cæpiſſe, &
quod à temporibus Eug. IV. loca, & domos habebant, & in communi habitabant; & quod
etiam temporibus Innoc. IV. & Mart. V. extabant. & Eug. IV. Iniunctum nobis &c. &
Nic. V. Paſtoralis officij nobis &c. & Apoſtolicæ Sedis &c. mentionem faciunt vſus,
conſuetudinis regularium inſtitutorum, priuilegiorum Apoſtolicorum, Capitula genera-
lia

A *lia celebrandi, vnum ex propria Religione in Miniſtrum generalem eligendi &c. quæ verba actionum huiuſmodi antiquitatem declarant, ac præſeferunt. Et collector priuilegiorum verbo. Tertiarij §.25. dicit. Eſt inſuper ſciendum, quod huiuſmodi tertiarij (& loquitur de tertiarijs, qui manent in proprijs domibus) non gaudent priuilegijs temporalibus Fratrum Minorum, vnde videtur, quod non extendantur ad eos communicationes priuilegiorum, quas fecerunt tertiarijs Nic. IV. & Sixtus IV. ſed ſolum debent intelligi de alijs, qui ſunt religioſi &c. At quis ignorat Nic. IV. ad ſupremum Pontificatum fuiſſe aſſumptum anno 1288? Ex quibus, & ex multis alijs, quæ breuitatis gratia omittimus, liquido apparet huiuſmodi initia non eſſe certa; ſed pro certo nos ſolum habere fundamentum huius noſtræ religionis trahi à ſeraphico Sancto Franciſco, prout diximus. Supra quod fundamentum deinceps Apoſtolica facultate quamplures dicti ordinis Deo inſpirante ſuam vocationem magis certam facere volentes, ſuperædificauerunt quidam argentum cohabitationis, & vitæ communis, alij aurum emiſſionis votorum*

B *paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, alij deniq; lapides prætioſos perfectæ, & approbatæ religionis. In qua gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, precibuſq;, & meritis Beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ, atq; ſeraphici Patris noſtri Franciſci poſiti ſumus tamquàm lapides viui tunſionibus, & præſſuris obſeruantiarum, & auſteritatum regulæ in Chriſti charitate pro cæleſtis Hieruſalem conſtructione elaborandi, ac coædificandi in habitaculum Dei, in Spiritu ſancto, ac cum ſpiritu veſtro Fratres. Amen.*

PROOEMIVM.

C BOnum ac periocundum Fratres ſimul eſſe, & habitare, atteſtatur Propheta: cum fraterna charitas, nos Deo amabiles reddat: vbi enim charitas, & amor, ibi Deus eſt. Placuit itaq; Sedi Apoſtolicæ Deo authore, omnes, & ſingulos fratres ex tertio ordine Diui Franciſci de pœnitentia cœtus Longobardi in habitu Eremitico, hac, & qualibet ætate, vel ſæculo vni tantum eiuſdem ordinis viro parere, ac obtemperare. 2 Cuius rei expli-

D candæ gratia Idibus Maij anno à Deiparæ virginis partu milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto. conuocatis Comitijs frequentioribus in ædem Diuæ Mariæ in Sylua matutina Spoletanæ Diœceſis, ſanxerunt omnes ex hoc ordine viri, conſtitutiones, ac decreta ſuperioribus annis in eorum conuentu Florentiæ habito, obſeruata, ſecundo anno examinanda, tertio vero (iuxta Apoſtolica priuilegia) ſi placuerit

approbanda; rata, firma, inuiolabiliaq; fore: ac omnem vim perpetuæ legis obtinere debere decreuerunt; quæ quidem decreta inferius per ſingula capita ſubiecimus. 3 Operepręcium eſt autem ſcire, neminem per ipſamet decreta (iuxta Sedis Apoſtolicæ priuilegia) ad culpam obligari. ſed ſolum ad pęnam: 4 niſi quatenus ipſa decreta ius diuinum in ſe, aut humanum contineant: aut illa quiſpiam per contemptum obſeruare neglexerit. A

B

Collatio 1. ex num. 1.

COnceſſum fuit Religioni noſtræ ab Eug. IV. Iniunctum nobis &c. Nic. V. Apoſtolicæ Sedis &c. Pau. II. Excitat arcanum &c. & ab alijs, quòd vni tantum ex eodem ordine aſſumendo obtemperaremus. Sed hanc vnitatis armoniam pulcherimam, non ſine maxima Religionis iactura Pius V. Ea eſt officij noſtri ratio &c. interrupit. Quam poſtea Sixtus V. Romani Pontificis &c. in priſtinum reſtituit.

Collatio 2. ex num. 2.

NIcolaus V. Apoſtolicæ Sedis &c. & Clem. 7. Ad Vberes &c. huiuſmodi decreta condendi facultatem, & formam tradiderunt. C

Collatio 3. ex nu. 3. & 4.

EX Bullis Nic. IV. ſuper montem Catholicæ fidei &c. Nic. V. Apoſtolicæ Sedis &c. Leonis X. inter cætera &c. & Clem. 7. Ad Vberes &c. deſumptum eſt. Regularia noſtra decreta nō obligare ad culpā, ſed ſolū ad pœnā, niſi quatenus, &c.

ANNOTATIO PRIMA.

SEd eſt animaduertendum, quod vt decreta ordinata firmitatem habeant, & vim præcepti, debent ordinari, fieri, & decerni in Capitulis generalibus à Miniſtro generali, & à Patribus Diſinitoribus; qui ſunt Diſcreti, & Patres ordinis, & veluti Senatores, Conſiliarij, & Aſſiſtentes Miniſtri generalis, quibus inconſultis nihil omnino, quod alicuius ſit ponderis, vel mométi effici fas eſt. & inſuper cætera omnia ſeruari debent, quæ in Bulla prædicta Nic. V. ſtatuuntur, & in hoc regulæ proœmio referuntur. D

ANNOTATIO SECVNDA.

ADeo verum eſt Decreta regulæ noſtræ non obligare ad culpam, quod non ſolum ad culpam mortalem, ſed nec etiam ad venialem, ex ordinatione Leonis X. vbi ſupra. Hic tamen excipiuntur tres caſus. Primus ſi quod præcipitur in regulis, præcipiatur

etiam

A etiam iure diuino, quia tunc ſtatutum illud regulæ obligaret ad culpam, non quia eſt regulæ decretum, ſed quia eſt Dei præceptum. Secundus caſus eſt, ſi decretum regulæ ſit etiam iuris humani decretum, eadem ratione. Tertius caſus eſt, ſi per contemptum quiſpiam in regula contenta ſeruare neglexerit, quia qui ex contemptu non vult facere, quod ei præcipitur, peccat mortaliter Tolet. lib. 8. cap. 19. etiam ſi non præcipiatur ſub peccato mortali. Caiet. 2.2.q.104.art.2. Debet tamen eſſe contemptus formalis, & ſimpliciter contemptus, is ſcilicet, qui in foro conſcientiæ teneatur pro tali, ad hoc quod frater aliquis dicatur ex contemptu peccare, qui contemptus conſiſtit in hoc, quod quis principaliter moueatur ad tranſgrediendum aliquod ſtatutum, eo quod illud ſtatutum in particulari, vel religionem ipſam, & eius ſtatuta in communi, vel eius authorem, & ſuperiorem contemnat, & paruifaciat, quod non eſſet ſi principaliter ad tranſgreſſionem induceretur propter alias cauſas particulares; videlicet propter concupiſcentiam, B iram, vel aliam cauſam, etiam iniuſtam, vnde ſi quis ex gula comedit contra regulam, aut ex conſuetudine loquendi frangit ſilentium, aut non paret alicui ſuperiori, quia animo auerſatur illi, vel quia ſuperior eſt homo vilis, indoctus, & imprudens, non peccat ex contemptu, quia non tollit rationem, & motiuum formale obedientiæ, quod facit contemptus formaliter ſumptus. Diximus, quod requiritur contemptus, qui in foro conſcientiæ pro tali habeatur, quia neq; ſufficit ſi frequenter fiat contra ordinationem regulæ, neque conſuetudo peccandi, dummodo principaliter fiat ex concupiſcentia. ira, vel alia cauſa, & non principaliter ex contemptu legis, & eius authoris; Quia licet frequentia, & conſuetudo peccandi multum valeant ad præſumendum contemptum in foro exteriori, non tamen in foro interiori, in quo ſola veritas ſpectatur. Ita tenent. Thom. & Caiet. 2.2.q.186.art.9. Nau.cap.23.num.42.& alij. & eſt communior opinio, quàm illa Ricard. in quo lib. 1.q.19. & Ang. in ſumma. verbo. Inobedientia. His quartum addamus C caſum, nempe quod profeſſi omnes ſub vinculo peccati mortalis tenentur ad tria vota eſſentialia ſeruanda, de quibus latius cap. 9 & 19. & alibi.

Sciant tamen interim omnes, quod eodem genere peccati cæteris paribus religioſus grauius peccat, quàm perſona ſæcularis, præſertim ſi ex contemptu, vel cum ſcandalo fiat. Et non ſolum hoc, ſed etiam quod multa ſunt peccata mortalia religioſo, quæ ſeculari non ſunt talia. Thom. 2.2.q.186.art.10. Nau. Comènt. 2. de regul. nu. 59.

Similiter diligenter aduertant, quòd cum religioſus ſit in via, & in ſchola perfectionis, tenetur ad illam tendere, & quantum in ſe eſt illam acquirere; & quamuis non peccet ex eo, quod actualiter non ſit perfectus, peccaret tamen perfectionem ſuam contemnendo; At religioſi perfectio ex obſeruantia contentorum in ſua regula ſibi conſurgit, quare ſub pœna peccati non debet negligere, nec contemnere ea quæ ſunt in ſua regula ordinata, ſtatuta, & contenta, Thom. & Caiet. 2.2.q.184.art.4.5.6.& 7.& q.186.art.2. D Vnde maxima diferentia patet inter obligationem religioſo cuiq; ratione ſui ſtatus communiter reſultantem, qua tenetur perfectionem ſuam quærere, & inter obligationem ratione regulæ ſuæ, quam profitetur prouenientem; Hanc ſiquidem regulæ Inſtituitor, & Summi Pontifices regulam approbantes præ oculis habentes, dixerunt contenta in regula non obligare ad culpam; ſed illam ſcilicet obligationem ſibi ex decreto communi, quo iure diuino, vel humano tenentur ſuam perfectionem perquirere, eò quòd ſint religioſi, & per conſequens in ſtatu perfectionis acquirendæ perpendentes, ſubiunxerunt illa verba. Niſi humano, vel diuino iure aliquis alias eſſet obligatus.

Propterea dicamus, quod quamuis reuera ſola tria vota, paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ ſint de eſſentia, & ſubſtantia religionis, quibus ſeruatis Deo vnimur per charitatem, quod eſt vinculum perfectionis, & perfectio ipſa. Et reliqua contenta in

regulæ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

regula nullo modo ſint de ſubſtantia religionis, atq; adeo nec ſimpliciter, & abſolutè neceſſaria; attamen ſunt veluti accidentia quædam valde vtilia, atq; proficua, ſine quibus, quæ in religione, ſeu religioſo ſtatu eſſentialia, & ſubſtantialia ſunt; eſſe, & tutò conſeruari vix aut nullatenus poſſint; non aliter ac cuiuſcumque compoſiti naturalis qualitatibus, accidentibuſque aliquibus deſtructis, neque compoſiti ſubſtantia ipſa conſiſtere vix, aut nullatenus poteſt. Vnde exercitia omnia & religionis ceremoniæ ad tria vota ſubſtantialia conſequenda, & conſeruanda ordinantur, & referuntur, Thom. 2. 2. quæſt. 186. artic. 5. ad 2. Et Moyſes Abbas collatione prima Patrum cap. 7. aſſerebat exercitia religioſa eſſe veluti gradus quidam, quibus ad perfectionem peruenitur, ſiquidem dicebat. Ieiuniorum inediam, vigilias, atque labores, corporis nuditatem, lectionem cæteraſque virtutes debere nos ſuſcipere, nouerimus, vt ad perfectionem charitatis ijs gradibus vtcumque aſcendere poſſimus. A

Quare quiſquis eſt ſuæ ſalutis cupidus, quiſquis ad perfectionem tendit, humeros ſuos ad portandum quodlibet, etiam minimum religionis onus ſupponat, quia etſi ſtatuta religionis ſint onera, ſunt tamen de genere onerum, quibus grauiora onera facilius tolerantur. Alæ Auibus ſunt onus, ſed illis corpora ſua grauiora agiliter in aera ſubleuantur. Plauſtri rotæ ſunt onus, ſed illis & plauſtrum, & ſuperimpoſitum onus ſine labore trahitur. Ita ieiunia, vigiliæ, orationes, infirmorum cura, veſtitus aſperitas, & cætera in regula contenta videntur, & ſunt onus, tamen hoc pondere faciliter pauperes, caſti, & obedientes, perfectiq;, & amici Dei euadimus, quod ſine illarum rerum, quæ nullius momenti aliquibus apparent, diligenti, & accurata obſeruantia, forſan ſic Deo permittente vnquàm quis verè pauper, caſtus, & obediens erit. B

Sed adhuc cum Apoſt. 1. Cor. 12. eccelentiorem viam demonſtro vobis, vt æmulemini chariſmata meliora; nempè propono vobis opera ſupererogationis propter amorem dulciſſimi animarum veſtrarum ſponſi Ieſu Chriſti; vt cum feceritis omnia ad quæ per regulam obligati eſtis, dicatis ſerui inutiles ſumus, parum fecimus, & intentionem, & vires ipſas (ſi ſuppetunt) ad vlteriora extendentes, aliquid, ſaltem ſuſpirium vnum, deſiderium bonum, ſi opus præſtare non poteſtis, ſuper regulares obſeruantias continuo addatis. ſcientes cum Bernardo verba prædicta Pauli exponente, quod nemo perfectus eſt, qui perfectior eſſe non appetitit, & in eo quiſque perfectiorem ſe apprebat, vt ad meliorem perfectionem tendat. & Auguſt. lib. de verbis Domini ſic ait. Semper tibi diſpliceat quod es, ſi vis peruenire ad id, quòd nundum es, nam vbi tibi placuiſti, ibi remanſiſti, ſi autem dixiſti, ſufficit, periſti. & ibidem ſemper profice, & noli in via Dei deficere, noli retrocedere, noli deuiare; remanet in via, qui non proficit, retrocedit à via, qui ad ea reuoluitur, vnde iam receſſerat. C D

Sed redeamus ad regulæ obſeruantias, & ponamus, quod quis Paupertatis, Caſtitatis, Obedientiæ, aliarumque virtutum dona inamiſſibiliter in ſupremo à Deo ſit adeptus gradu, & quod pro perfectione acquirenda (cum iam ſupponatur perfectus) nòn indigeat cæremoniarum, & exercitiorum religionis obſeruantia; adhuc tamen pro infirmorum, debilium, & puſillorum inſtructione, & ædificatione ea deberet obſeruare. Dicatis mihi, Chriſtus Ieſus Dominus noſter indigebat ne circumciſione, cum eſſet natura impeccabilis? Præſentatio in templum erat ne illi neceſſaria, cum eius ſanctiſſima Mater ante partum in partu, & poſt partum fuerit virgo? & ſic de Baptiſmo, ieiunio, & legis obſeruantijs? & tamen cum eſſet legiſlator, legem non ſoluebat, ſed eam adimplebat. certè omnia propter eruditionem noſtram, atque ſalutem

tem

A tem ita diligenter operabatur. Ideo qui ſtat videat, ne cadat, Deo ſic permittente, hoc ipſo ſolo, quod ordinis contemptibilia paruifecerit.

Sed & quilibet religionis Prælatus, cui nedum de ſua, ſed & de ſingulorum ſibi ſubditorum ſalute incumbit, debet verbo, & exemplo præſtare, vt quodlibet in regula contentum perfectæ integreque obſeruetur; omnem mouere debet lapidem, omnia pro ſuo poſſe efficere (& vt verbis Apoſt. Thimot. 2. vtar) verbo prædicare, inſtare opportunè, importunè, arguere, obſecrare, increpare in omni patientia, & doctrina, cum iam tempus illud infelix aduenerit, quo pauci ſanam doctrinam ſuſtineant, ſed quàmplurimi ad fabulas conuerſi ſint. Et ex quo ſtatuta regulæ non ad culpam, ſed ſolum ad penam obligant, vbi, & quando opus fuerit, congruis, ſed irremiſſibilibus pœnis omnes ſine diſcrimine compellere, & vt adamuſſim ſingula quæ regulæ ſunt adimpleantur.

B Et quando totus ordo vitiatus eſſet; inobſeruantiaq; præſertim circa eſſentialiora per vniuerſam Religionem irrepſiſſet, nec prædicta, vel alia remedia prodeſſent, tunc neceſſarium erit, vt Prælatus generalis reformationem ordinis in aliquibus Monaſterijs inſtituat; ſed cautus ſit ſeruare modum, quem Deus præcepit Deut. cap. 20. ſcilicet, ne quis ſuæ profeſſionis immemor atque tranſgreſſor in Conuentu reformando remaneat, non per occiſionem, ſed per abdicationem ab illo; ne forte doceat fratres reformatos facere abbominationes. Erunt igitur eo caſu accipiendi ex tota Religione viri probati, & ex Nouitiatibus recenter profeſſi tot, quot pro decenti illius Cœnobij ſeruitio ſufficiant. & ita paulatim nunc vnam Domum, nunc aliam vel plures reformando, ſed præ alijs (vt diximus) animaduertendum erit, ne puri cum impuris commiſceantur.

Vt tandem & Prælatus ipſe bono certamine peracto, & curſu conſumato, atque C fide ſeruata, repoſitam iuſtitiæ coronam æternam, quam Dei omnipotentis nomine regulam obſeruantibus cuilibet profitenti Prælatus in profeſſione promittit, vna cum grege ſibi commiſſo lætus accipiat.

ANNOTATIO TERTIA.

CVm regularia decreta neminem ad culpam, ſed ſolum ad pœnam obligent, poſſet oriri dubium, an incurratur peccatum, ſi pœnitentia non fiat. Et primo intuitu forſan quod ſic apparet; quia ſic obligantur fratres ad euitandam culpam, vt ſubeant pœnam. Tamen res è contrario ſe habet, nec in conſcientia plus tenentur ad pœnitentias faciendas, quàm ad ſingulorum contentorum in regula obſeruantiam: quam difficultatem altius cap. 9. & 19. conſiderabimus. D Cuius difficultatis reſſolutio pro nunc deſſumitur ex Caiet. 2. 2. q. 186. art. 9. ad 2. & 3. dubium. Quia lex vniuerſalis eſt, quæ dicit, quod contenta in regula non obligant ad culpam, & ideò in illa vniuerſali comprehenditur etiam iſta lex particularis, quæ dicit, quod obligant ad pœnam; Vnde ſi tranſgreſſio in operando contra regulæ decreta excuſaretur à culpa, & ommiſſio pœnitentiæ non excuſaretur à culpa, iam in regula reperiretur decretum obligans ad culpam, & tamen nulla decreta ſunt obligantia ad culpam, etiam venialem, & ſic lex illa eſſet vniuerſalis, & non vniuerſalis, & manifeſtam in ſe contineret contradictionem. Et ſicut in religione Dominicana parui refert, an pœna ſit taxata, vel taxanda, impoſita, an imponenda, quoad inducendam culpæ obligationem, vt ibidem Caiet. multo minus in ſacra religione noſtra ſunt hæc conſideranda, in qua fratres

non tenentur facere pœnitentias ſibi à ſuperioribus impoſitas, niſi quando ſuper hoc à ſuperioribus requiruntur. vt Nic. IV. & Leo. X. in ſuis regulis. A

Bonum tamen eſſet, ſi cuiq; tranſgreſſioni in Capitulis generalibus diſcretæ fuiſſent taxatæ pœnæ, tum propter nonnullorum ſuperiorum mollitiem, & relaxationem, cum & propter aliorum nimiam ſeueritatem. At vbi per ſtatuta, & conſtitutiones circa culpas non ſunt determinatæ pœnæ, debent à ſuperioribus reſpectiuè taxari, & determinari arbitrio prudentis, & boni viri, rationem habentis loci, temporis, perſonæ, finis, qualitatis, quantitatis, & grauitatis delicti, & conſimilium aliarum circumſtantiarum, quia illis relinquuntur terminanda, quæ iure non ſunt expreſſa. Nau. Coment. 2. de regul. num. 25. Iuxta illud Deuter. 17. ſi difficile, & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem, & ſanguinem, cauſam, & cauſam, lepram, & lepram, ſurges, & venies ad Sacerdotem leui generis, & ad Iudicem, qui fuerit illo tempore. Et in regula cap. 9. dicitur quod arbitrio Prælatorum relinquitur delictorum caſtigatio. & ita in regulis Nic. IV. & Leonis X. prædictis, alijſq; priuilegijs habetur, & ſic in formula profeſſionis exprimitur. B

CAPVT PRIMVM.

De frequentioribus Comitijs, ſiue Capitulis Generalibus.

CVM diuinis auſpicijs Ieſum Chriſtum imitaturi (quoad homini licet) ac Diui Franciſci dogmata, & veſtigia quantum in nobis eſt, obſeruaturi in vnum conuenerimus, vt ſobriè, iuſtè, ac piè (iuxta Apoſtoli verba) viuamus in hoc ſæculo: nonnulla, quæ ad benè, beatæq; viuendum maximè faciunt, inſtituenda eſſe duximus. Itaq; ſtatuimus, ac decernimus, vt frequentiſſima Comitia; quæ generalia appellantur, ſingulo quoq; triennio conuocentur; quæ ad vigeſimam ſecundam diem poſt Dominicam Reſurrectionem omnino celebrentur. 2 His principalis totius ordinis Miniſter, ac eius Commiſſarius Generalis, & Vicarij, Diſcretiq; Prouinciales, necnon Cœnobiorum Miniſtri ſecum diſcretos quiſq; ſuos à fratribus electos adducentes, interſint. 3 Quibus congregatis vnus ab vniuerſo cœtu, ſeu ab eius maiori parte eligatur in Locumtenentem; præſitq; omnibus, quæ à Capitulo decernentur,

A nentur, donec principalis Miniſter, atq; is quidem nouus, eligatur, quo electo Locumtenentis omnis prorſus authoritas expiret. 4 Mox coram ipſo Locumtenente omnes, qui pro tempore officio, aut dignitate fungentur, officijs, ac dignitatibus ordinatim renuntient: incipiat autem generalis Viſitator cæteris gradatim ſubſequentibus. 5 His peractis ad principalis Miniſtri electionem deueniatur, inuocato prius ſancti Spiritus præſidio, habitaq; oratione ad commouendos
B omnium animos; vt ſanctè, & incorruptè ſibi ipſis rectorem eligant. 6 Is igitur ordo ſeruetur. Deligantur in primis tres è collegio viri; qui tàm in nominando, quàm in eligendo ſcrutandis ſuffragijs præſint. His tribus cura ſit, vocato pariter Tabellione; qui vniuſcuiuſq; ſententiam conſcribat, omnes de collegio, quo ordine officia depoſuerunt, ſigillatim ſeuocare; ac ſingulorum vota ſecreto, diligenterq; percun-
C ctari. 7 Exquiſitis autem, & conſcriptis omnium votis, ſiue ſuffragijs, numeri inuicem conferantur, & qui maiorem partem totius Capituli in ſe eligendo habere repertus fuerit, is Miniſter principalis ſit: Maior autem pars Capituli eſſe intelligatur, quæ dimidiam vniuerſorum ſuffragiorum ſuperauerit; hanc enim ſemper ſaniorem eſſe iudicauimus. Quod ſi hinc inde paria numero in duobus pluribuſue eligendis ſuffragia eſſe contigerit, toties electio reiteretur, do-
D nec quiſpiam competitores vocum numero ſuperauerit Quibus explicatis Tabellio electionem factam vniuerſi Capituli nomine omnibus audientibus declaret per hæc verba. Ego N. nomine omnium veſtrum, qui in ipſum conſenſiſtis, declaro Reuerendum Patrem Fratrem. N. Generalem viſitatorem, & principalem Miniſtrum totius tertij Ordinis Diui

Franciſci per vniuerſam Italiam à maiori veſtrum parte electum fuiſſe. 8 Quibus peractis vna voce concinant omnes hymnum, cuius initium. Te Deum cum cæremonijs, quas ſubijcimus. 9 Deinde hoc eodem ordine ſeruato ad electionem generalis Commiſſarij ſtatim deueniatur; in quo eligendo omnia prorſus ſeruentur, quæ ſupradicta ſunt, hoc vno excepto, quo Te Deum. & cæremoniæ omittantur. 10 Vel melius, & ſecurius eligatur generalis Miniſter (ſi collegio videbitur) per ſecretam electionem fabarum, ſimiliter, & Commiſſarius. 11 Is per totum triennium ipſius Viſitatoris generalis in omnibus, quæ ad religionem pertinent præcipuus coadiutor exiſtat, ac ei in omnibus pareat. 12 Et vbi interuallo locorum, vel temporum, ſeu alia legitima cauſa impeditus, is prouinciam ſuam perficere non poterit, plenitudine poteſtatis ſibi demendata, ac vicario nomine, quicquid generalis Miniſter non potuerit, Commiſſarius celeriter exequatur. 13 Et ſi forte tempore ſui officij mortem obierit Generalis, gerat eius vices ipſe Commiſſarius vſque ad Capitulum Dominicæ Reſurrectionis poſt eius obitum proximæ futuræ: Tunc enim nouus Viſitator generalis erit eligendus. 14 Deinceps more quo cæteri regulares, eligant Definitores. 15 Quibus cum principali Miniſtro electo vtiliſſima quæq;, & maximè neceſſaria noſtro ordini definienda, faciendaque ſint; per eos autem ordinata, definita, & facta, ab omnibus vnanimiter obſeruari volumus. 16 Primum itaque ſingulis Prouincijs Prouinciales Vicarios præponant. 17 Addantque Diſcretos. 18 Quibus comitantibus, & conſulentibus cœtus Prælati viſitationes, aliaque negotia ardua, & difficilia, quæ ad ſeſe ſpectant & pertinent, prouinciatim cōficiant. 19 Miniſtros

A B C D

A niſtros Cęnobijs præferant, nulla aut amicitiæ, aut ſimultatis habita ratione; digniora dignioribus dentur exemplo hominis illius Euangelici, qui vnicuique dedit ſecundum propriam virtutem. 20 Poſtremo fratres per cęnobia diſponant, remouendos remoueant, tranſmittendos tranſmittant, ingenioſos, & dociles vbi litterarum ſtudijs commodè incumbere poſſint, collocent. 21 Officialibus electis officij ſui litteræ teſtimoniales, ac ſigna ſigillatim tradantur. 22 Reliquum eſt, B vt officia huiuſmodi nemini cuiquàm, niſi ſacerdotali dignitate polleat, tempore vllo tribuantur; Cœnobiorum tamen Diſcreti modo ad Subdiaconij ſaltem ordinem promoti ſint, quaſi legitimi recipiantur. 23 Nec quiſquàm vltra triennium eodem fungatur officio, niſi vno minimum anno ab eodem vacauerit, ſucceſſiuè autem quemlibet diuerſa officia habere poſſe concedimus. 24 Declaramus præterea neminem ex C fratribus noſtris in eligendo generali Viſitatore daturum, aut ſibi data accepturum fore ſuffragia; qui Comitijs intereſſe recuſauerit, aut non potuerit, abſentium enim in tali electione nulla erit conſideratio. 25 Quos ob ſuum non aduentum officijs, quibus ſuperiori anno functi fuerint, tacitè renunciaſſe intelligimus:

Collatio huius primi, & ſequentis Capituli.

D QVæ hoc cap. 1. & cap. 2. ſequenti de Capitulis habentur; ea ex Regulis Nic. IV. & Leonis X. & ex priuilegijs Eug. IV. Iniunctum nobis &c. Nic. V. Paſtoralis officij nobis &c. & Apoſtolicæ Sedis &c. Iulij II. Decet Romanũ &c. Clem. VII. Ad Vberes &c. Paul. III. Paſtoralis officij &c. & ex alijs agnoſcas. Vel ex regulis conſtitutionibus, & cæremonijs aliarum religionum, maximè fratrum Minorum ſancti Franciſci quibus virtute priuilegiorum noſtrorum conformari tenemur. Aut ex ſacris canonibus, vt pote ex Decretalibus lib. primo, & ex ſexto, & ex Clem. de electione, & electi poteſtate. & extra de electione. Nec non ex Decretis. diſt. 25 c. Primum. diſt. 60. c. vlt. diſt. 61. per totum. diſt. 89. c. decenter, & ſeq. & 6. q. 1. c. 1. & 8. q. 1. c. Moyſes &c.

ANNOTATIO PRIMA. A

IN celebrandis Capitulis generalibus nunc obſeruantur, quæ Sixtus V. Romani Pontificis &c. & Clem. VIII. Decet Romanum &c. decreuerunt. Nimirum in electione Miniſtri generalis, ac etiam Difinitorum generalium votum habent Generalis præteritus; & ex qualibet Prouincia tres, ſcilicet Prouincialis, & Cuſtos prouincialis, & non alij. Et Miniſter generalis peracto vno triennio poteſt in aliud confirmari triennium; an verò ſufficiat vacare ab officio generalatus vno tantum anno, vt hoc cap. nu. 23. vt deinde poſſit idemmet reeligi in generalem non eſt tutum, non propter conſtitutiones Apoſtolicas fratrum Minorum, vt aliqui perperam exiſtimarunt, cum in hac parte nihil ad nos; ſed propter Bullam Pau. III. Paſtoralis officij &c. per quam requiritur ſexennium intermedium ſicuti & ſtante Bulla ſubiectionis Pij V. Prouinciales per ſexennium vacare debebant. B

Non eſt tamen ita præciſe intelligendum illud annum, à quo officiales vacare debent, vt iterum ad illud, vel ſimile officium eligi poſſint, de quo. num. 23. quin poſſit per Menſem, & per Menſes prolongari, vel breuiari, ſecundum quod Capitula accelerantur, vel protrahuntur. Ita habetur in Compend. priuileg. verbo. officia ordinis. §. 2.

Quibus verbis alia difficultas abſolui poteſt. Nimirum ſi Prouincialis Diſcretus, & Cuſtos alicuius Prouinciæ qui in vno Capitulo Generali ſua dederunt vota; poſſint in ſubſequenti Capitulo Generali poſt triennium celebrãdo habere etiam votum electiuum nedum paſſiuum, ſed & actiuum? Suppoſito quod propter aliquod iuſtum impedimentum, peſtis videlicet, belli, vel alterius impedimenti iuſti, & realis, & non in fraudem ficti non fuerit celebratum Capitulum Prouinciale ſuæ Prouinciæ, & propter hoc officiales prædicti omnes, vel aliquis eorum adhuc perſeuerent in ſuis officijs. Reſpondendum eſt affirmatiue poſſe; quia eorum officium durat à Capitulo Prouinciali in aliud Capitulum Prouinciale: & Capitulum Generale celebrandum eſt à Prouincialibus, Diſcretis, & Cuſtodibus. & ita fuit declaratum, & practicatum in Capitulo Generali Toletano Fratrum Minorum de obſeruantia circa Cuſtodem quemdam veterem, eo quod propter bella non potuit Cuſtos nouus eligi. & eadem eſt ratio de Prouinciali, & Diſcreto. ſed vt diximus, cauſæ debent eſſe veræ, iuſtæ, & probatæ, & non fictæ, & ſuppoſititiæ. Electioq; fit per vota ſecreta, in ſchedulis conſcripta; quæ ſtatim facta electione comburuntur, ne eligentium vota propalari poſſint. & Commiſſarij Generalis Dignitas vacat. C

De Procuratoris generalis electione nulla fit mentio, forſan ex eo, quod ad ſolum Miniſtrum generalem eius electio pertineat; & iuremerito, nam Procurator ordinis eſt verus Procurator, & ſubſtitutus Viſitatoris generalis ad cauſas peragendas ab eo ſibi commiſſas, bene tamen faceret Generalis ſi conſuleret Difinitores generales, & Patres ordinis circa illius electionem, licet quo ad hoc non teneatur eorum ſequi conſilium. Huius Procuratoris authoritas erit illa, quam Miniſter generalis illi contulerit, quam decet eſſe plenariam quo ad omnia ad ſuum munus & officium ſpectantia, vtpote ſuper omnes Hoſpites ad Romanam curiam venientes, qui ſe illi præſentare, eiq; ſua negotia exponere, illiq; eidem Procuratori pertractanda, & expedienda relinquere tenentur; ita quod nullus alius in negotijs ordinis ſe intromittere, aut aliquam gratiam ſine illius conſenſu, & licentia impetrare audeat; quos Hoſpites fratres vltra tres dies niſi graui de cauſa in curia Romana permanere non permittat. Requiritur etiam poteſtas plenaria in eo ad abſoluendos apoſtatas, remittendoſq; ipſos ad proprias Prouin- D

cias,

cias.& deniq; ad peragenda, & dirigenda omnia negotia quæ in Romana Curia occur-
A rerint. Non debet tamen ſe intromittere in negotijs ad regimen Prouinciarum pertinentibus, neq; aliquod negotium totum ordinem concernens, vel eius libertatem coarctans abſq; expreſſa licentia Miniſtri generalis intentare; neq; in agendis ſecularium negotijs ſe ingerere. Eius officium durat per triennium, nulliq; ſubijcitur vna cum ſocio niſi Miniſtro generali; & ex Conſtit. Clem. VIII. Decet Romanum &c. habet votum in Capitulis Prouincialibus.

Et minus ſit mentio de Secretarij Generalis deputatione, eadem ratione, quia nimirum à ſolo Miniſtro Generali deputetur; & etiam quia in vllis Capitulis, nec Prouincialibus votum habeat; vel etiam quia ante ſupreſſionem à Pio V. factam tale officium non erat ſeiunctum ab officijs Commiſſarij Generalis, & Diſcreti Prouincialis, qui Secretarij labores, & onera ſubibant; cum ad illos reſpectiue pertineret Viſitatorem Generalem in viſitationibus comitari, illiq; in religionis regimine tamquam conſiliarios, & ſcri-
B bas ſemper aſſiſtere, vt hoc cap. nu. 16. & cap. 3. nu. 1. & in literis Pau. III. Paſtoralis officij &c. decernitur. Huius officium reſpectu Miniſtri generalis, eſt veluti officium Diſcreti Prouincialis reſpectu Vicarij Prouincialis; Ad eum etiam pertinet in morte Miniſtri principalis cuſtodire ſigillum, ſcripturas, & res omnes præmortui Generalis, vſquequo Protector ordinis quid de illis agendum ſit, ordinauerit.

Neq; ſit mentio in regula Cuſtodum, cùm ante Bullam Clem. VIII. Decet Romanum &c. non eſſent in vſu. Eorum tamen officium eſt habere votum, & vocem in Capitulo generali in electione Miniſtri generalis, & Diffinitorum generalium ex prædicta Bulla. Munus illorum eſt etiam deferre literas teſtimoniales ſubſcriptas à Prouinciali, & Cœnobiorum Miniſtris ſuæ Prouinciæ, & ſygillatas, quibus Prouincia teſtificetur, nullam ſe habere viſitam, ſiue ſindicationem contra Miniſtrum generalem, vel contra aliquem alium; quod teſtimonium tenentur Cuſtodes præſentare in Congregatione
C die Veneris ante feſtum Pentecoſtes tenenda coram Præſide Capituli generalis. Eorum etiam officium erit procurare reformationem ſuæ Prouinciæ proponendo in ſcriptis ea, quæ emendatione, correctione, ac reformatione indigeant. & Cuſtodis officium durat vſq; ad alterius Cuſtodis electionem, quæ fieri debet in Capitulo Prouinciali in quo fit electio Prouincialis, & Definitorum Prouincialium, & huius rei conuenientia eſt, quia ad electionem Cuſtodis requiruntur idemmet vocales, qui eligunt Prouincialem, & Diffinitores: qui vocales vix vnquam in vno toto triennio alias ſimul conueniunt; cùm vt plurimum infra triennium ab electione Prouincialis celebrentur ſolum Congregationes, & Capitula intermedia, ad quæ Prouincialis cum Diffinitoribus dumtaxat accedit, quibus cum neceſſaria quæcumq; pertractat, ordinat, atq; decernit.

ANNOTATIO SECVNDA.

D

Capitulum Generale celebrari debet ſingulo quoq; triennio in vigilia Pentecoſtes, iſtud enim tempus deprehenſum eſt eſſe comodius, atq; opportunius eo, de quo in regula. Et in quolibet Capitulo generali deputandus, & declarandus eſt locus, vbi ſubſequens Capitulum generale erit celebrandum, vt de omnibus requeſitis opportunè prouideri poſſit. Ad quod celebrandum venire tenentur vocales omnes, quibus ex regula, vel ex conſtitutionibus Apoſtolicis competit electio Miniſtri generalis. Quapropter ne poſſint aliqua tergiuerſatione excuſari, debent conuenienti tempore citari per Miniſtrum generalem, ad omnes mittendo patentes, ſeu conuocatorias literas, quibus indicetur locus, & tempus celebrandi Capitulum generale; Qui vocales poſtea veniant, necne, ce-

ne, ce-

ne, celebrandum erit nihilominus tempore præfixo Capitulum generale cum illis ſolis, qui venerint. Etſi qui legitima de cauſa non impediti non acceſſerint, erunt arbitraria pœna plectendi. Debet etiam Miniſter generalis prouidere de Patribus, & Fratribus idoneis, qui per aliquot dies ante Capitulum, & ipſo durante Capitulo ſingulis diebus in Miſſa minori conciones, & poſt prandium Concluſiones habeant. Et feria ſexta ante Pentecoſtem Miniſter Conuentus inſtituet orationem quadraginta horarum coram ſanctiſſimo Sacramento. Debentq; omnes vocales ad locum Capituli eadem die conueniſſe. Qua die veneris congregati omnes deputent Præſidem Capituli, & tres, aut quattuor Patres Diſquiſitores, coram quo Præſide, & dictis Patribus recenſeantur omnes vocales, perſpiciendo illorum omnium teſtimoniales literas ſub ſigillis, & ſubſcriptionibus autenticis. A

Quibus peractis à Congregatione excludatur Miniſter generalis, & requirat Præſes à vocalibus, an aliquid habeant dicendum de exceſſibus Miniſtri generalis, & ſinguli teneantur bona fide manifeſtare per inſtrumentum autenticum literarum à Prouincijs tranſmiſſarum, quod fuerit ſindicatum, quæ literæ legantur publicè in illa congregatione; & earum ſubſtantia Miniſtro generali manifeſtetur, eiq; audientia, & copia ad ſe excuſandum, & exonerandum præbeatur, & licentietur Capitulum vſq; ad mane ſequentis diei. Interim tamen Præſes cum Patribus Diſquiſitoribus examinet, diſcutiatq; adducta pro & contra Miniſtrum generalem, & communis inter eos collatio habeatur, reſſoluantq; qualiter ad correctionem, vel liberationem, Miniſtri generalis ſubſequenti mane ſit procedendum. B

Sabbato igitur ſequenti poſt primam cantatur Miſſa de Spiritu ſancto, & ad Capitulum pulſatur. Vbi poſtquàm conuenerint omnes vocales, cantatur Hymnus. Veni creator Spiritus, &c. & dicitur verſus. Emitte ſpiritum &c, Et Oratio. Deus qui corda fidelium &c. Deinde ab aliquo ad id deputato habeatur ſermo ad commouendos omnium animos, vt ſanctè, & incorruptè Religioni Miniſtrum generalem eligant, vel iam electum (ſi confirmari poteſt, debet, & expedit) confirment. Poſtea excluſis omnibus, qui non ſunt de corpore Capituli, Miniſter generalis coram Præſide, & vocalibus tantùm officio ſuo renunciabit, culpaſq; ſuas iuxta decretum Clem. VII. Ad vberes &c. recognoſcet. & Præſidens iuxta id quòd cum Diſquiſitoribus decreuerat, Miniſtrum generalem condemnabit, vel liberabit, aut etiam commendabit. C

Deinceps coram Præſide, & Patribus Diſquiſitoribus, vocato etiam tabellione, ſeu notario, deueniatur ad electionem Miniſtri generalis, & Difinitorum generalium, prout in regula, & in conſtitutionibus Apoſtolicis continetur. Et ſi vocales non conuenerint, poſſent recludi, atq; eis alimenta ſubtrahi, donec eodem die Miniſtrum generalem elegerint.

Electione vero completa, & publicata, ſtatim Miniſter generalis nouus induitur cota, ſtola, & impluuia, & pulſatis omnibus Conuentus Campanis, omnes Te Deum laudamus &c. cantantes, vadunt ad Eccleſiam in proceſſionis forma; ibiq; fiunt reliqua, quæ in formula de cæremonijs in Capitulis generalibus obſeruandis habentur. D

Et durante Capitulo generali ſingulo quoq; die hora opportuna congregandi eſſent Ordinis Patres, Difinitores generales, atq; omnes dicti Capituli vocales coram Miniſtro principali, vel coram alio Patre ab ipſo Miniſtro generali ad hoc deputato; Qui inibi res ſerias, & graues totius Religionis, & cuiuſq; Prouinciæ in ſcriptis proponant, & diſcutiant, atq; approbent, vel reprobent. Atq; omnes cauſas definiant, & terminent. Et ſi quid dignum memoriæ mandandum ab eis concluſum fuerit; Tunc Miniſter generalis vnà cum ſuis Difinitoribus ſuper illud, Decretum vnum vel plura condere poterit, prima

A *anno obſeruandum, ſecundo examinandum, & tertio approbandum, iuxta Apoſtolica priuilegia; quod deinceps perpetuæ legis vim habeat. Et completo Capitulo fiant quæ in fine ſupradictæ formulæ de cæremonijs habentur.*

ANNOTATIO TERTIA.

VT aſſiduis multorum præcibus morem geramus; breuem, & compendioſum Catalogum Comitiorum frequentiorum, Miniſtrorum generalium, Prouinciarum, Cœnobiorumq; longobardæ Congregationis noſtræ; Necnon ſanctorum, ac Beatorum totius de Pœnitentia ordinis ſubijcimus.

Et quo ad Capitula generalia, & conſequenter ad Miniſtros generales attinet, (de his enim coniunctim verba faciemus) dico, quod ſicut ignoratur quando de Pœnitentia ordo haberi cœperit pro Religione approbata, ſic etiam ignoratur initium, & numerus certus Capitulorum, & Miniſtrorum generalium. B *Et quamuis hucuſq; quantum fieri potuit prædictam ignorantiam excuſauerimus, tamen non poſſumus non parum inertiam anteceſſorum noſtrorum quandoq; incuſare; ſiquidem non circa vnam, vel alteram rem tantum, ſed erga omnes æqualem negligentiam oſtenderunt. Adeo quod non ſine labore, & ſolicitudine indicibili omnia ſcripta, & inſtrumenta, rationumq; libros Cœnobiorum omnium voluendo, & legendo vix perpauca hæc infraſcripta colligere potuimus. Et quod maximæ admirationis erat, ſi quando antiquioribus Ordinis Patribus, quæ in eiuſmodi laborioſa reuolutione, ſcripturarumq; lectione inueneram, retuliſſem, eis videbar ſomnia, & res omnino ignotas referre; & ſic illos ego docebam, & non illi me res, ſuis, & præteritis temporibus in ordine geſtas. Iam promiſſa recenſere incipiamus.*

C *ANno 1449. erat Generalis Pater Frater Bartholomeus de Bonamatis de Peruſia; quod mihi conſtat ex quodam inſtrumento cartæ procuræ, quam ipſe cum ſuis Difinitoribus fecit Patri Fratri Andreæ de Franceſchinis à Mediolano. Sed mihi non conſtat de Capitulo generali, nec de eius electione exiſtimo tamen eum fuiſſe electum in Capitulo generali in loco Caſtri de Montefalco diœceſis Fulginateñ. ſub die 25. Iulij 1448. per Epiſcopum Eugubinum Bullæ Nicolai Quinti. Paſtoralis officij nobis, &c. exequutorem congregatum; quam in Archiuio noſtri Conuentus ſanctorum Coſmæ & Damiani de Vrbe in carta pecorina conſcriptam cum ſigillo; appenſo duplicatam inuenimus, ibiq; ea conſeruatur. Et forſan fuit primus Viſitator generalis in Italia. Inter alia habentur infraſcripta verba in dicto inſtrumento.*

D *Anno domini 1449. indictione 12. tempore ſanctiſſimi Nic. Papæ V. die quinta Auguſti Aſſiſij in domo &c. exiſtentes perſonaliter conſtituti in dicto loco &c. coram &c. Frater Bartholomeus de Bonamatis de Peruſia Viſitator, & Pater principalis in partibus Italiæ tertij Ordinis Beati Franciſci tàm fratrum nouiter indutorum Honeſtam, Capucium, & Cordonem, quàm etiam Fratrum dicti Ordinis adhuc in habitu Eremitico exiſtentium, frater Franciſcus de Genua, frater Antonius Laurentij, frater Honofrius de Mediolano, & frater Stephanus de Piſis, quatuor Diſcreti, Difinitores, & Conſiliarij dicti tertij ordinis non vi, nec dolo &c. omni meliori modo, via, iure &c. fecerunt, conſtituerunt, & creauerunt eorum nominibus, & dicti tertij ordinis Procuratorem, actorem, factorem &c. Fratrem Andream de Franceſchinis à Mediolano præſentem &c. contra rebelles, & inobedientes fratres dicti tertij ordinis, & Bullæ Apoſtolicæ*

conceſſæ

conceſſæ dicto ordini per Summum Pontificem Nic. V. & generaliter ad omnia alia- faciendum &c. Et ego Donatus quondam &c. Conſtantini, Franciſci, Angelutij Calzauerdis de Aſſiſio Notarius &c. Priores Populi Ciuitatis Aſſiſij vniuerſis, &c. **A**

Circa quæ notandum eſt, quomodo ab initio fratres noſtri veſtiebant habitum Eremiticum, & poſtea aliqui per aliqua ſtatuta facta virtute ſupradictæ Bullæ Nicolai V. Paſtoralis officijs nobis &c. cæperunt induere, Tunicam, Caputium, & Cordonem, perſeuerantibus nihilominus alijs in habitu Eremitico; & omnium vnus erat Miniſter generalis.

Ad quorum etiam rem facit, quod viſitanti mihi Prouinciam Calabriæ venerunt ad meas manus ſcripturæ quædam per antiquæ, in quibus inter alia perlegi, qualiter Pater Frater Blaſius Margionus Calaber de Siniſi tertij ordinis S. Franciſci regularis obſeruantiæ iuit Florentiam, & die 6. Februarij 1439. obtinuit ab Eug. IV. Bullam quandam Archimandritæ S. Adriani diœceſis Roſſani directam, vt ſibi placeret fratribus **B** *tertij ordinis S. Franciſci opem ferè pro conſtruendis Cœnobijs intus, & propè Ciuitates, & Terras, eo quod propter moleſtiam latrunculorum cogebantur vitam Eremiticam deſerere. Qui Pater Blaſius, & vna ſecum Pater frater Petrus de Pedacijs in breui conſtruxerunt Monaſteria Biſiniani, Cropani, Orioli & alia.*

De iſto Patre fratre Andrea de Mediolano fit mentio in tranſumpto ſtatutorum, & ordinationum de Flandria, & in multis alijs ſcripturis. fuit Procurator generalis in Curia Romana; fuit Præſes in Capitulo generali Florentiæ de anno 1472. celebrato &c.

Anno 1458. fuit celebratum Capitulum generale in Conuentu ſancti Saluatoris Caſalis Butani diœceſis Cremonæ die 20. Aprilis. In quo prima vice fuit electus Generalis Pater frater Vgolinus de Placentia, prout reperij in quibuſdam ſcripturis in Conuentu ſancti Donati extra Cumum. **C**

Anno 1466. fuit Generalis Pater Ioannes de Verona, & de anno 1467. obtinuit priuilegium Pauli II.

Anno 1469. fuit electus in Generalem Pater Ioannes de Crema.

Anno 1472. fuit celebratum Capitulum generale Florentiæ in Conuentu ſanctorum Iacobi, & Philippi in quo fuit electus Generalis Pater Ioannes Paulus de Verona. & in illo Capitulo facta fuerunt ſtatuta generalia, de quibus in proœmio regulæ.

Anno 1475. fuit celebratum Capitulum generale in Conuentu ſanctæ Mariæ Syluæ Matutinæ diœceſis Spoleti; in quo fuit electus generalis Pater Henricus de Vngaro de Conſtantia prout conſtat ex inſtrumento rogato per ſer Florianum de Roſſenis ſuper electionem ſequentis Generalis. Ibiq; fuerunt confirmata ſtatuta Florentiæ condita, vt in proœmio regulæ. & mortuus eſt in officio.

Anno 1477. fuit celebratum Capitulum generale Bononiæ die 2. Maij in Conuentu ſan- **D** *ctæ Mariæ Charitatis; in quo ſecundo fuit electus Generalis Pater Ioannes de Verona, vt ex literis ſuæ electionis, quæ habentur Cremonæ, obtinuit priuilegium Ducis Andreæ Vendramini, & mortuus eſt in officio.*

Anno 1479. fuit creatus Generalis Pater frater Arcangelus de Guerinis à Cremona, vt ex literis ſequentis Generalis apparet.

Anno 1482. die 30. Aprilis in Conuentu ſanctæ Mariæ de Pizzighitono diœceſis Laudenſis fuit celebratum Capitulum generale. & in eo electus Generalis ſecundo Pater Vgolinus de Placentia, de qua electione rogatus fuit ſer Iacobus de Puteis Laudenſis.

Anno 1488 factum fuit Capitulum generale in Conuentu ſanctæ Mariæ de Pizzighi-

A tono diœceſis Laudenſis; & fuit electus Generalis Pater Bernardus de Crema; de quo Generali ſit mentio in quodam inſtrumento Conuentus Caſalisbutani.

Anno 1491. fuit Generalis Pater Antonius de Cremona, de eo ſit mentio in quodam inſtrumento Conuentus Pizzighitoni.

Anno 1494. die 28. Aprilis celebratum fuit Capitulum generale Cremæ, vt in regula capite de clericali tonſura. Sed quis fuerit Generalis non inueni.

Anno 1497 fuit celebratum Capitulum generale in Conuentu ſancti Saluatoris Cremonæ die 30. Aprilis, & electus fuit ſecundo Generalis Pater Archangelus de Gueriniis, cuius electionis rogatus fuit ſer Lazarus de Dulcetijs.

Anno 1500. fuerunt celebrata duo Capitula generalia vnum ſtatim poſt aliud, & ſimiliter duo Generales. Primum fuit celebratum in Conuentu ſancti Saluatoris Caſalis Butani diœceſis Cremonæ, in quo fuit electus Generalis Pater Leonardus de Vincentia; ſed quia ipſe Pater Leonardus ad dictum Capitulum magna armatorum comitatiua B ſtipatus acceſſerat; atq; ex dicto Capitulo nonnullos ex vocalibus, quos non eſſe eius voti compotes timebat, eiecerat; Cœperunt quamplures vocalium dicere talem electionem non eſſe canonicam. ſed per vim, & metum factam. Quapropter recedentes à dicto Capitulo, ſtatim ſimul conuenerunt in vnum in Conuentu ſanctæ Mariæ de Plazzano diœceſis Cremæ, & ibi denuo celebrarunt Capitulum generale, & elegerunt in Generalem Patrem Alexandrum de Salla. Et tunc fuit maximum ſchiſma in Religione; quare fuit neceſſe habere recurſum ad Sedem Apoſtolicam pro opportuno remedio. Et Summus Pontifex, qui tunc erat Alexander Sextus commiſit cognitionem cauſæ Protectori Ordinis; & ipſe ſubdelegauit formationem proceſſus Vicario generali in ſpiritualibus Bononienſi; & tandem ſententia lata fuit pro Patre Alexandro de Salla, & ſic permanſit ipſe Generalis Ordinis. Et Papa ſuppleuit omnes, & C quoſcumque defectus, ſi qui forſan in tali electione interueniſſent. Et ego vidi proceſſum.

Anno 1503. die 8. Maij in Conuentu ſanctorum Coſmæ, & Damiani Ciuitatis Regij fuit celebratum Capitulum generale, & in eo electus Generalis Pater Antonius de Paſſarijs de Crema, de qua electione rogatus fuit ſer Petrus de Scbartochijs.

Anno 1506. die 3. Maij fuit celebratum Capitulum generale in Conuentu ſanctæ Mariæ de Plazano diœceſis Cremæ, & electus fuit Generalis Pater Leonardus de Lauezarijs de Vincentia, cuius electionis rogatus fuit ſer Angelus Franciſcus Calcinatus de Crema.

Anno 1509. fuit Generalis Pater Leonardus de Vincentia, ſic enim reperij in multis locis, modo relinquimus Lectori diſcutiendum, an vnus, & idem ſit Leonar-D dus, qui fuit de anno 1506. & de iſto anno 1509. an duo Leonardi de Vincentia; an potius ille primus ſit de Crema, vbi reperitur familia de Lauezarijs, quam Vincentiæ inuenire non potuimus; & inter nos fuerunt, & etiam modo ſunt alij fratres de Crema de Lauezarijs, ac propterea prædictæ literæ circa Patriam ſint corrigendæ.

Anno 1513. electus fuit Generalis Pater Franciſcus de Crema, vt collegimus ex quibuſdam ſcriptis.

Anno 1516. fuit electus Generalis Pater Bernardus de Crema, vt quædam ſcripta teſtantur.

Anno 1519. fuit creatus Generalis Pater Franciſcus de Crema, vt vidimus in literis ab eo datis.

Anno 1522. die 13. Maij celebratum fuit Capitulum generale Nouẽtæ diœceſis Paduæ in Conuentu Annuntiationis, & electus fuit Generalis Pater Georgius de Salodio, vt ex literis ſuæ electionis. A

Anno 1525 fuit Generalis Pater Franciſcus de Crema, vt ex patentibus literis ab eo datis cognouimus.

Anno 1528 die 3 Maij in Conuentu ſanctæ Mariæ de Curla diœceſis Bononiæ celebratum fuit Capitulum generale, & in eo electus Generalis Pater Peregrinus de Vincentia, vt ex literis ſuæ electionis.

Anno 1531. die 4. Maij in Conuentu S. Mariæ de Vairano diœceſis Cremæ fuit celebratum Capitulum generale, in quo electus fuit Generalis Pater Remigius de Salodio, vt ex literis ſuæ electionis.

Anno 1534. die 26. Aprilis in Conuentu S. Mariæ de Pirtello diœceſis Imolæ celebratum fuit Capitulum generale, atq; ſecundo fuit electus Generalis Pater Peregrinus de Vincentia, vt ex literis ſuæ electionis. B

Anno 1537. die 22. Aprilis in Conuentu S. Mariæ Angelorum Vincentiæ factũ fuit Capitulum generale, & in eo ſecundo fuit electus Generalis Pater Remigius de Salodio. vt ex literis ſuæ electionis.

Anno 1540. die 18. Aprilis in Conuentu ſanctæ Mariæ de Pizzighitono diœceſis Laudenſis fuit celebratum Capitulum generale, & in eo tertio fuit electus Generalis Pater Peregrinus de Vincentia, vt ex literis ſuæ electionis. quarum exemplum placuit nobis hic apponere tamquàm illæ quæ nobis viſæ ſunt omnibus alijs exactiores, vt notum ſit quali modo, & forma, & cæremonijs anteceſſores noſtri Capitula generalia celebrarent.

In nomine Domini amen. Anno Natiuitatis eiuſdem milleſimo quingenteſimo quadrageſimo inditione 13. die Dominico 18. Menſis Aprilis Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Pauli diuina prouidentia Papæ Tertij. Cum vt moris eſt religioſorum, Generalis Viſitator, & principalis Miniſter totius tertij Ordinis ſancti Franciſci de Pœnitentia in habitu Eremitico regularis Obſeruantiæ per vniuerſum orbem creandus, & eligendus ſit. Et adhoc fuerit, & ſit deputatus in præcedente Capitulo generali locus congruus, & idoneus Conuentus, & Monaſterium Dominæ ſanctæ Mariæ de Poiano, ſeu de Pizzighitono vulgariter nuncupatus diœceſis Laudeñ. Ordinis prædicti. In quo quidem loco capitulariter, ter tamen ſono Campanellæ præmiſſo iuxta ſolitum, quamplures Patres videlicet numero quadraginta ſex, vel circa dicti Ordinis congregati, & coadunati pro creando, & eligendo Viſitatorem ipſum, & Miniſtrum Generalem præmiſſis etiam & factis prius pluribus monitionibus ſuper huiuſcemodi optima electione fienda interſe ſe ad inuicem, & poſt Spiritus ſancti Miſſarum ſolemnia, & multis orationibus decantatis, omnes vnanimes & nemine eorum diſcrepante elegerunt, & eligunt in Præſidem dicti Capituli Reuerendiſſimum Patrem Fratrem Georgium de Salodio, qui præſit dicto Capitulo donec omnia fiant. Ad pedes cuius omnes dignitatem habentes proſtrati, Miniſtro Generali principali præterito inchoante ſuis dignitatibus & officijs renuntiarunt, humiliter pro erratis, & culpis circa ſuum regimen commiſſis veniam poſtulantes; atq; condemnationem, & pœnitentiam pro erratis, ſeu liberationem reſpectiuè recipientes. Quibus peractis Venerabiles Patres ita congregati, conſtituti de vno in vnum ad præſentiam Venerandorum Dominorum Fratrum Amatoris de Salodio, Ludouici de ſancto Columbano, Iuliani de Crema, & Leonardi Placentini, Auditorum, & Deputatorum per ipſos Dominos Patres congregatos ad habendum, & intelligendum voces Dominorum Fratrum ibidem ad hoc congregatorum,

(margin letters: C beside "...ſanctiſſimi in", D beside "...nemine eorum")

A torum, necnon mei Notarij infraſcripti, vti publicæ perſonæ; Et per ipſos Dominos Auditores, & Deputatos de vno in vnum interrogati, quem ipſorum congregatorum pro bono comodo, & vtilitate ipſius Religionis eligere volebant in Viſitatorem, & Miniſtrum generalem. Maior pars eorum in Reuerendiſſimum in Chriſto Dominum Fratrem Peregrinum de Vincentia, virum quippè multa honeſtate prædictum, vnanimiter conſenſit; Ipſumq; in Viſitatorem, & Miniſtrum Generalem, & Patrem principalem ipſius totius tertij Ordinis ſancti Franciſci de Pœnitentia per vniuerſum orbem poſtulauit, & elegit pro triennio proximè futuro prout in Bullis Apoſtolicis dicti Ordinis. Qua electione Spiritus ſancti afflante flamma in ſignum veri Viſitatoris, & Miniſtri Generalis per me Notarium infraſcriptum, Virga, quam mihi Fratres ſuperius congregati tradidere, Ipſi Reuerendiſſimo Patri Peregrino ita electo tradita fuit, & in eius manibus demiſſa, & acceptata, licet tamen prius ipſam proſtratus in terram accipere recuſauerit,

B rogando omnes Fratres, vt aliquem alium peritum ad gubernandum eligerent. At ipſi dixerunt de communi conſenſu ipſum ad tale regimen fuiſſe electum, & pro tali eum ſe velle habere, vt potè per alias duas vices in tali regimine probatum. Quare Te Deum &c. canentes, & magno iubilo exultantes, ſtola rubea ornatum iuxta dictorum Fratrum morem collocarunt, & intronizauerunt in Sedem Paſtoralem ante altare maius præſtantes eidem obedientiam, atq; recipientes benedictionem cum cordis lætitia Rogantes me Notarium infraſcriptum, ipſi Patres Congregati, vt de prædictis omnibus rogatus eſſem, & publicum, ſeu publica conficere poſſem inſtrumentum, & inſtrumenta. Laus Deo Optimo Maximo.

Ego Iacobinus della Valle. D. Bernardini Ciuis Laude publicus Apoſtolica, Cæſareaq; authoritatibus Notarius Laudenſis prædictis omnibus, & ſingulis interfui, eaque rogatus &c.

C Anno 1543. fuit celebratum Capitulum generale in Conuentu ſanctæ Mariæ de Piratello diœceſis Imolæ, in quo fuit electus Generalis Pater Frater Petrus de Calderinis de Bergamo, vt apparet per quam plura inſtrumenta.

Anno 1546. die 17 Maij fuit celebratum Capitulum generale in Conuentu ſanctæ Mariæ de Curla diœceſis Bononiæ, in quo electus fuit Generalis Pater Frater Bonauentura de Vincentia, vt ex literis ſuæ electionis per ſer Iacobum de Panetinis Notarium Faentinum rogatis. Et quoniam tunc temporis maxima diſſidia in Religione verſabantur. Huic capitulo præfuit D. Hieronymus Papius Epiſcopatus Faentiæ in ſpiritualibus Vicarius Generalis ex commiſſione Cardinalis de Carpo Protectoris. In quo Capitulo facta fuerunt nonnullæ conſtitutiones, & præcipuè illa magna publico inſtrumento, & omnium Capituli vocalium (qui fuerunt numero ſexagintaquinq;) iuramento firmata, de alternatiua ſcilicet Miniſtri principalis, & Commiſſarij generalis, & de æqualitate

D Prouincialium, Diffinitorum generalium, & Diſcretorum Prouincialium; Quæ conſtitutio, & conuentio fuit limitata, & confirmata à prædicto Cardinali de Carpo Protectore, vt ex eius literis. Cum olim &c. Quod & fecit Papa Paul. III. Paſtoralis officij cura &c. Cuius conſtitutionis, & conuentionis confirmatio fuit dilata, & prorogata, quia partes nolebant ſtare promiſſis, & ad ſe ſe inuicem calumniabant apud Protectorem, & ego legi quàm plures querelas hinc inde prædicto Cardinali porrectas. Quapropter Summus Pontifex, & Protector illum adinuenerunt modum prædictam conuentionem limitandi, vt inter partes nulla contentionis occaſio circa tales electiones eſſet, ſed perpetua inter Fratres vigeret concordia.

Hic eſt ille Pater Bonauentura Vincentinus, qui tam mirabiliter Regulam noſtram exornauit, quam circa finem ſui officij Cardinali de Carpo Protectori dicauit vt ex eius

Gaſparis propter mortem Patris Bonauenturæ de Vincentia.

A *Anno 1563. die 5. Maij in Conuentu ſancti Marci Montiſgaldæ diœceſis Paduæ celebratum fuit Capitulum generale, in quo fuit electus Generalis Pater Colombanus de S. Colombano, vt ex literis ſuæ electionis apparet in locum præmortui Gñalis.*

Anno 1564 in Conuentu ſanctæ Mariæ Charitatis Bononiæ fuit celebratum Capitulum generale, in quo fuit electus Generalis Pater Bartholomeus dè Morettis de Crema, & mortuus eſt in officio.

Anno 1565. in Conuentu ſancti Saluatoris Caſalisbutani diœceſis Cremonæ celebratum fuit Capitulum generale, in quo fuit electus Generalis Pater Franciſcus de Morettis de Crema in locum præmortui.

Anno 1567. in Conuentu ſanctæ Mariæ de Quercu Vallis Nuriæ diœceſis Placentiæ fuit celebratum Capitulum generale, in quo electus fuit Generalis Pater frater Magiſter Ioannes Baptiſta Cantone de Papia, ſeu de Ticino, Cuius officium durauit
B *vſque ad totius ordinis ſuppreſſionem factam à Pio V. per ſuas literas. Ea eſt officij noſtri &c. Romæ die vndecima Iulij 1568. datas, & deinceps vſq; ad annum 1586. in quo Sixtus V. Religionem in priſtinum reſtituit tota Religio noſtra ſubiacuit Generali Miniſtro Minorum de obſeruantia.*

Anno 1584. Pater frater Mauritius de Balzanis de Reggio de noſtro tertio Ordine profeſſus in Conuentu ſanctorum Coſmæ & Damiani Reggij fuit conſtitutus Commiſſarius generalis ad totam Italiam viſitandam à Reuerendiſſimo Patre Franciſco Gonzaga Miniſtro Generali totius Ordinis fratrum Minorum de obſeruantia, ſed citò priuatus fuit.

Anno 1585. de mandato Ferdinandi Cardinalis Medicis Protectoris congregatum fuit Capitulum generale in Conuentu ſanctorum Coſmæ, & Damiani Romæ, ad effectum vt Religio noſtra ſibi ex proprijs Superiorem Generalem eligeret. Sed pluribus
C *habitis ſcrutinijs, & per interpollatos dies pluries repetitis, cum vocales in vnum non conuenirent, ſanctiſſimus Papa, conſtituit Commiſſarium, ſeu Vicarium Apoſtolicum generalem per totam Italiam Patrem Magiſtrum Peregrinum de Sauiolis de Vincentia noſtri ordinis profeſſum, virum omni virtute præditum. Qui nondum expleta viſitatione totius Religioni è vita diſceſſit.*

Hic die 25. Maij 1578. in noſtro templo Charitatis Bononiæ me ſancta veſte Religionis ornauit rogatu admodum Reuerendi Patris Magiſtri Bonifacij de Sillis Patruelis, & Conſobrini mei colendiſſimi, cum Patres amborum eſſent germani fratres, ac matres vtriuſque ſorores, & tàm ij, quàm illæ de Sillorum familia. Qui Bonifacius viuit egregius Doctor Bononienſi collegio Theologorum adſcriptus, eius Ciuitatis vnà mecum Ciuis effectus. Qui Templum prædictum pulcherimis organo, & choro exornauit, ſacrarium thecis, vaſis, iocalibus, ornamentis prætioſis, atq; omni ſacra ſupellectili inſtruxit, & Conuentũ multis prouentibus locupletauit. Ad omnes pro meritis Religionis gradus quos geſſit ſanctiſſimè eſt vicibus iteratis prouectus, vno ſupremo excepto, ſi tamen eſt dicendum illum quoq; non fuiſſe aſſecutum, quem pluries ſibi oblatum conſtantiſſime recuſauit.

Anno 1586. Sixtus V. Nobis Italis reſtituit Miniſtrum Generalem, vt apparet ex eius Bulla Romani Pontificis &c. Romæ die 29. Martij ſui Pontificatus anno primo data. In executionem cuius fuit congregatum Capitulum generale Romæ in Conuentu ſanctorum Coſmæ, & Damiani 24. Maij eiuſdem anni 1586. In quo fuit electus Generalis Pater Benedictus Bellotus de Cremona, qui multum laborauerat pro reſtitutione Generalatus recuperanda.

Anno

Anno 1589. *die* 20. *Maij celebratum fuit Capitulum generale in Conuentu ſanctæ Mariæ de Piratello extra Imolam, in quo fuit electus Generalis Pater Dionyſius Columba de Oriolo Calaber, & mortuus eſt primo ſui officij anno.* A

Anno 1590. *fuit conſtitutus Vicarius Apoſtolicus à Summo Pontifice loco præmortui Pater Seraphinus Maſnaga de Mediolano.*

Anno 1592. *die* 16. *Maij fuit celebratum Capitulum generale in Conuentu ſanctæ Mariæ de Piratello extra Imolam, in quo fuit electus Generalis Pater Seraphinus Maſnaga de Mediolano prædictus, qui circa finem ſui officij defunctus eſt.*

Anno 1595. *die* 13. *Maij fuit celebratum Capitulum generale Romæ in Conuentu ſanctorum Coſmæ & Damiani, in quo fuit electus Generalis Pater Hieronymus de Marchettis de Crema.*

Anno 1598. *die* 9. *Maij fuit celebratum Capitulum generale Cremonæ in Conuentu ſancti Saluatoris in quo fuit electus, & confirmatus prædictus Pater Hieronymus de Marchettis.* B

Anno 1601. *die* 9. *Iunij fuit celebratum Capitulum generale Romæ in Conuentu ſanctorum Coſmæ & Damiani in quo fuit electus Generalis Pater Magiſter Ioannes Baptiſta Prouenzanus de Drepano.*

Anno 1604. *die* 5. *Iunij celebratum fuit Capitulum generale Romæ in Conuentu ſanctorum Coſmæ & Damiani, in quo electus fuit Generalis, & confirmatus prædictus Pater Magiſter Ioannes Baptiſta.*

Anno 1607. *die* 2. *Iunij fuit celebratum Capitulum generale Romæ in Conuentu ſanctorum Coſmæ & Damiani, in quo (licet meritis imparibus) in Generalem fui electus Ego Frater Magiſter Antonius filius q. Ioannis de Sillis Vallis Scaluæ de Terra Colleri diœceſis Bergomi.*

Anno 1610. *die* 29. *Maij fuit celebratum Capitulum generale Romæ in Conuentu ſanctorum Coſmæ, & Damiani in quò denuo Ego Frater Magiſter Antonius de Sillis fui electus, & confirmatus. Et vt habeatur etiam formula literarum patentium electionis modernorum Generalium, placuit nobis hic apponere exemplum literarum electionis noſtræ, ſeu confirmationis, videlicet.* C

Nos Hieronymus S. R. E. tituli ſancti Blaſij de Annulo Presbiter Cardinalis Pamphilius nuncupatus totius Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia; necnon Fratrum Tertiariorum regularium ſancti Franciſci, Viceprotector, Correctorꝰ, & Gubernator atteſtamur, quod cum Romæ die 29. *Maij* 1610. *fuerit legitime in Conuentu ſanctorum Coſmæ, & Damiani congregatum coram nobis Generale Capitulum Fratrum prædicti tertij Ordinis ſancti Franciſci, ad quod trigintaſex Patres ex vniuerſa Religione conuenerunt, Pater Magiſter Antonius de Sillis Bergomenſis trigintaquinq; votorum numero canonice in Generalem electus fuit; eumq; electum nominauimus, & confirmauimus, cum omni authoritate Generalibus conceſſa ex Regula, Sacrorum Canonum, Conſtitutionum, ac Summorum Pontificum Priuilegiis. Vnde has patentes literas fieri iuſſimus, manu noſtra ſubſcriptas, proprioq; ſigillo corroboratas. Datum Romæ die* 12. *Iunij* 1610. D

Hieronymus Card. Pamphilius Viceprotector.

Sigillum.

Franciſcus Caligarius Secr. de Mandato.

Anno 1613. *die* 25. *Maij fuit celebratum Capitulum generale Romæ in Conuentu ſanctorum Coſmæ, & Damiani, in quo fuit electus Generalis Pater Magiſter Ioannes Baptiſta Prouenzanus ſupradictus. & die vndecima Aprilis* 1614. *mortuus eſt.*

Anno

A *Anno 1614. die 5. Maij Paulus V. conſtituit Vicarium Apoſtolicum Generalem vſq; ad electionem Miniſtri Generalis in Capitulo generali faciendam Patrem Magiſtrum Sanctorum Pecorellam de Saleme. Cuius patentes literas hic appoſuimus, vt habeatur quoq; forma, ſecundum quam à Sede Apoſtolica huiuſmodi Vicarij Generales deputantur.*

Dilecto filio Sanctoro Pecorelle tertij Ordinis fratrum ſancti Franciſci profeſſori Paulus Papa V. Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum per obitum quondam Ioannis Baptiſtæ Prouenzani, dum vixit tertij Ordinis fratrum ſancti Franciſci per Italiam Viſitatoris generalis, nuper ad Sedem Apoſtolicam defuncti, ordo prædictus ſuperiore Generali in Italia deſtitutus ſit. Nos pro noſtro paſtoralis officij munere dicti ordinis, ne aliqua in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta patiatur felici regimini prouidere volentes, ac de tuis fide, prudentia, integritate, & religionis zelo plurimum in Domino confiſi. Motu proprio, & ex certa ſcientia, maturaq; deliberatione
B *noſtra, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine te in Vicarium Apoſtolicum Generalem dicti Ordinis in Italia vſq; ad nouam electionem Viſitatoris Generalis in Capitulo generali iuxta ſtatuta, & ordinationes prædicti Ordinis faciendam, cum poteſtate dictum Ordinem in Italia, vt præfertur regendi, moderandi, & gubernandi, ac alijs facultatibus, necnon omnibus, & ſingulis priuilegijs, honoribus, oneribus, præeminentijs, & prærogatiuis, quibus alij, qui pro tempore fuerunt eiuſdem Ordinis Vicarij Apoſtolici Generales, vti frui potiri. & gaudere conſueuerint, tenore præſentium creamus, facimus, conſtituimus, & deputamus. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ ac ſub arbitrij noſtri pœnis omnibus, & ſingulis Prouincialibus, & alijs quocumq; nomine nuncupatis dicti ordinis Officialibus, Superioribus, & Fratribus, alijſq; illius perſonis in Italia exiſtentibus quibuſcumq;, vt tibi in omnibus, quæ eis ordinanda, mandanda, & per eos exe-*
C *quenda duxeris humiliter pareant, & obediant. tuaq; iuſſa, monita, & mandata ſuſcipiant reuerenter, & efficaciter adimplere procurent, alioquin ſententiam, ſiue pœnam, quam ritè tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore Domino vſq; ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die quinta Maij 1614. Pontificatus noſtri anno nono.*

S. Cobellutius.

Anno 1616. die 21. Maij celebratum fuit Capitulum generale Romæ in Conuentu ſanctorum Coſmæ, & Damiani, in quo electus fuit Generalis Pater Magiſter Mattheus de Siruțijs de Monteſino Marchiæ Anconitanæ. Quem Deus in ædificationem ſacræ no-
D *ſtræ Religionis incolumen diù conſeruare dignetur.*

DE PROVINCIIS EARVMDEMQVE COENOBIIS.

DE Prouincijs, & Cœnobijs Miniſtro Generali Congregationis Lombardiæ per totam Italiam, & extra ſubiectis verba facturi. De ijs enim licet principaliter, prout modo reperiuntur agere intendimus. Secundariè tamen, & conſequenter dicendum eſt aliquid etiam de illis ſecundum ſtatum, quò antiquitus gubernabantur, & diuidebantur. Sciendum eſt igitur, quod alias Prouinciæ non ſic diuiſæ; quia etſi erant fortaſſis tunc plures eſſent Prouinciæ, quàm modo tamen earum multæ ſimul erant vnitæ, quibus vnus tantum Vicarius Prouincialis deputabatur; aliquæ verò non erant totali-

totaliter vnitæ Congregationi Lombardiæ, maxime quoad celebrationem Capituli Prouincialis. Exempli gratia tempore Paul. III. quando fuit celebratum Capitulum generale in Conuentu ſanctæ Mariæ de Curla apparet manifeſte ex Bulla conuentionis de alternatiua Viſitatoris Generalis pro bono pacis, quæ incipit. Paſtoralis officij cura &c. quod in Capitulis generalibus quattuor tantummodo eligebantur Vicarij Prouinciales, duo ex dominio Veneto, & duo ex altera parte Italiæ. Et nihilominus reperio, quod multoplures extabant Prouinciæ, quàm quattuor. Prouincia enim Lombardiæ ſe extendebat Mutinam vſq; incluſiue ex vna parte; & Brixiam, imò Salodium vſq; ex altera & habebat vnum ſolum Vicarium Prouincialem. Prouincia Venetiarum habebat & ipſa ſuum Prouincialem. Prouincia Romandiolæ comprehendebat ſecum Bononiam, & eius diœceſim, necnon Prouinciam Montisfeltri Ducatus Vrbini, & vnum ſolum habebat Prouincialem. Prouincia Romana ſecum vnitas multas Prouincias habebat, ſcilicet Marchiæ Anconitanæ, Ducatus Vmbriæ, Patrimonii, Tuſciæ, & Aprutij, & habebat vnum ſolum Vicarium Prouincialem, & harum omnium Prouinciarum ſic vnitarum in Capitulo generali conſtituebatur vnus Commiſſarius generalis. Et hi tantum ſupraennarati quattuor Prouinciales eligebantur in Capitulis generalibus. A B

Sed vltra prædictas Prouincias aderant etiam Prouinciæ Calabriæ, Sardiniæ, Neapolis, ſancti Angeli Montis Gargani, Apuliæ ſeu Barij, Aletij, & Baſilicatæ. Et iſtæ faciebant Capitula Prouincialia in ſuis Prouincijs, in quibus eligebatur earum Vicarius Prouincialis, vnà cum alijs Officialibus. Et mittebant vnum Patrem in tali Capitulo Prouinciali electum ad dandam vocem in Capitulo generali Congregationis Lombardiæ, in quo Capitulo generali conſtituebatur vnus Commiſſarius generalis prædictarum Prouinciarum. Aderat etiam Prouincia Siciliæ vnita Longobardis, quæ & ipſa mittebat fratres ad Capitulum generale Lombardiæ, ſed Capitulum prouinciale fiebat in proprio Regno. & quandoq; Commiſſarius generalis pro ſupradictis Prouincijs erat etiam pro Regno Siciliæ, inuenio enim illos ſeiunctos, & quandoq; Commiſſarium vnum vtriuſq; Siciliæ Regni Neapolis, & Sardiniæ. Inuenio etiam, quod Miniſter principalis Italiæ, quandoq; tranſmittebat fratres ad Prouinciam Argentinam, quæ ſub ſe continet Baſileam, Conſtantiam, & multas alias Alemaniæ Ciuitates, quo factum fuit, vt & multi fratres ex Alemania, vt Pater Henricus de Vngaro de Conſtantia, & alij nobiſcum in partibus Italiæ dignitates, & officia adepti ſint. C

Modo Prouinciæ aliter diuiſæ ſunt, & aliquæ extinctæ, & aliæ ſuperadditæ de quibus vt infra nunc eſt agendum.

SERIES PROVINCIARVM.

Prouincia Mediolani, vel Lombardiæ. D

PROVINCIAM Lombardiæ. quæ & Mediolani nuncupatur conſtituunt infraſcripti Conuentus.

Sancta Maria Paradiſi in Burgo Vigintini Ciuitatis Mediolani.
Sanctus Barnabas Greaſolij extra Mediolanum.
Sanctus Donatus extra Cumum.
Sanctus Antonius in Ciuitate Laude.
Sancta Maria de Poiano; ſeu de Pizighittono Montisbelli extra Laudam.
Sanctus Ioannes Baptiſta terræ ſancti Colombani diœceſis Laudæ.

Sanctus

Sanctus Saluator in Ciuitate Cremonæ.
A Sanctus Saluator Caſalisbutani diœceſis Cremonæ.
Sancta Maria Montis Tironi terræ Geneuoltæ diœceſis Cremonæ.
Sanctus Rochus Terræ Nichi diœceſis Cremonæ.
Sanctus Franciſcus Terræ Soreſinæ diœceſis Cremonæ.
Sanctu in ciuitate Placentiæ.
Sancta Maria de Quercu Vallis Nuriæ diœceſis Placentiæ.
Sanctus Antonius Abbas extra Placentiam.
Sanctus Antonius Abbas Caſtelli Arquati diœceſis Placentiæ.
Sancti Geruaſius, & Prothaſius in ciuitate Papiæ.
Sancti Cornelius, & Cyprianus Terræ Triuoltij diœceſis Papiæ.
Sancta Maria Gratiarum Burgij Franchi diœceſis Papiæ.
Sancta Maria Terræ ſancti Nazarij diœceſis Papiæ.
B Sancta Maria de Granirolo extra Ianuam, ſeu Genuam.

Extra Mediolanum extabat Conuentus ſanctorum Fauſtini, & Iouitæ, ita reperio in quodam inſtrumento celebrato in Capitulo Prouinciæ Lombardiæ in Conuentu ſanctæ Mariæ de Plazano diœceſis Cremæ rogato per ſer Angelum Franciſcum Calcinatum Notarium die 5. Maij 1544. Per quod deputabantur Conſeruatores in ſolidum Præpoſitus ſanctæ Mariæ Braidæ Mediolani Ordinis Humiliatorum Commendatarius ſancti Abundij extra Cumum, & Ceſareus Senator Mediolani à Patre Petro de Calderinis de Bergomo tunc temporis Generali, in defenſionem prædicti Conuentus ſanctorum Fauſtini, & Iouitæ, nec non omnium aliorum Conuentuum in Mediolanenſi diœceſi poſitorum, & fabricandorum.

Buſſeti etiam diœceſis Cremonæ reperiebatur Conuentus ſanctæ Agatæ, ita inuenio in quodam inſtrumento cartæ Procuræ à Miniſtro, & fratribus tertij Ordinis dicti Conuentus facto, & rogato per ſer Vitalem de Vicarijs Notarium, die 3. Septembris 1457. in terra Buſſeti. C

Laude quoq; habebamus Conuentum ſub titulo ſanctæ Mariæ Blanchæ.

PROVINCIA BRIXIÆ.

PRouincia Brixiæ conſtituunt infraſcripta Monaſteria.
Sancta Maria de Vairano extra Cremam.
Sancta Maria de Plazano extra Cremam.
Sancta Maria Magdalena in ciuitate Cremæ.
Sanctus Rocchus de Riperia Salodij diœceſis Veronæ.
D Sanctus Rocchus de Fornacibus extra Brixiam.
Sancta Maria de Saiano diœceſis Brixiæ.
Sancta Maria Conceptionis de Longuel propè Bergomum.

Habuit & ſanctum Rocchum propè Tridentum. & relictum fuit à Patre Manſueto Brixienſi noſtris temporibus.

PROVINCIA VENETIARVM.

PRouinciam Venetiarum conſtituunt infraſcripti Conuentus.
Sancta Maria Angelorum ciuitatis Paduæ.
Sancta Maria Annunciationis Nouentæ diœceſis Paduæ.

F Sanctus

Sanctus Marcus Montis Galdæ diœceſis Paduæ. A
Sancta Maria Angelorum Ciuitatis Vincentiæ.
Habuit Conuentum ſanctæ Luciæ extra ſanctum Saluatorem Collis Alti.
Sancti Petri Ciuitatis Torcelli.
Sancti Georgij de Poled. communis Schij diœceſis Vincentiæ.
Sanctæ Annæ in opido Campi ſancti Petri diœceſis Paduæ.

PROVINCIA BONONIÆ.

Prouinciam Bononiæ conſtituunt infraſcripta Cœnobia.
Sancta Maria Charitatis Ciuitatis Bononiæ.
Sancta Maria de Curla diœceſis Bononiæ.
Sancta Maria de Piratello extra Imolam.
Sancta Maria de Figna Terræ Crouariæ diœceſis Imolæ. B
Sancta Maria Paradiſi prope Fauentiam.
Sancta Maria Vallisuiride Ciuitatis Foriliuij.
Sancta Maria de Populo extra forum Pompilij.
Sanctus Rocchus propè Ceſenam.
Sancta Maria Cellæ Bonhoræ extra Montem florum diœceſis Ariminenſis.
Sancta Maria Gratiarum Ciuitatis Mutinæ.
Sancti Coſmas, & Damianus Ciuitatis Reggij.
Sancta Maria Burgij Taſcherij Ciuitatis Parmæ.
Extra Portam ſancti Mamoli Ciuitatis Bononiæ habebamus Eremum ſub titulo ſanctæ Mariæ Magdalenæ.

PROVINCIA MARCHIÆ ANCONÆ.

C

Prouinciam Marchiæ Anconitanæ conſtituunt infraſcripta Monaſteria.
Sancta Maria Conſolationis Terræ ſancti Geneſij diœceſis Camerini.
Sancta Maria Cammorani Montiſelpari diœceſis Montiſalti.
Sancta Maria de Succurſu Montisſani diœceſis Auximanæ.
Sancta Maria Gratiarum Montis ſancti Georgij diœceſis Firmi.
Sancta Maria Miſericordiæ Montis ſancti Martini diœceſis Firmi.
Crucifixus Ciuitatis Firmi.
Crucifixus Vrbiſaliæ diœceſis Maceratæ.
Sancta Maria de Saleto fuit Monaſterium dictæ Prouintiæ extra Firmum relictum à Patri Magiſtro Sebaſtiano de Michelangelis de Monte ſancti Georgij. D

PROVINCIA SANCTI FRANCISCI.

Prouinciam Vmbriæ, ſeu Ducatus Spoleti, ſeu ſancti Franciſci conſtituunt infraſcripti Conuentus.
Sanctus Antonius Abbas Terræ Maſſæ diœceſis Tuderti.
Sancta Maria Pacis Terræ Maſſæ diœceſis Tuderti.
Sancta Maria Mineruæ Ciuitatis Aſſiſij.
Sanctus Antonius de Padua Ciuitatis Aſſiſij.
Sancta Maria Syluæ Matutinæ diœceſis Spoleti.

A Sancta Maria Poſcargani Colliſcipionis diœceſis Narniæ.
Sancta Maria Gratiarum ſancti Iemini diœceſis Narniæ.
Fuit etiam monaſterium in Caſtro de Monteſalco, vt apparet in proceſſu executionis Bullæ Nic. Quinti. Paſtoralis officij nobis, &c.

PROVINCIA ROMANA.

PRouinciam Romanam conſtituunt infraſcripta monaſteria.
Sancti Coſmas, & Damianus Romæ.
Sanctus Antonius de Padua extra Tyburim.
Sancta Maria Gratiarum ciuitatis Lauiniæ diœceſis Albani.
Sancta Lucia ciuitatis Paleſtinæ.
B Sancta Maria de Sepulcro Terræ Viguarij diœceſis Tyburtinæ.
Sancta Maria de Quercu Terræ Marani diœceſis Tiburtinæ.
Sanctus Bartholomeus Terræ Arſuli diœceſis Tiburtinæ.
Sancta Maria Illuminata Terræ Vuiuari diœceſis Tiburtinæ.
Sanctus Michael Archangelus Opidi Romani diœceſis Hoſtiæ.

PROVINCIA APRVTII.

PRouinciam Aprutij conſtituunt infraſcripta monaſteria.
Sanctus Antonius de Padua Terræ Scurculæ diœceſis Marſij.
Sanctus Carolus Boromeus ciuitatis Aquilæ.
Sanctus Antimus diœceſis Aquilæ.
C Sanctus Antonius de Padua Terræ Fontanæ diœceſis Soræ.
Sancta Maria Montis Aſprini de Bariſano diœceſis Aquilæ.
Sancta Maria Collis Angeli Terræ Peſchi Sanſoneſchi nullæ diœceſis.
Sancta Maria de Monte Terræ Bolognani nullæ diœceſis.
Sancta Maria Angelorum de Cognolo diœceſis Pennæ.

PROVINCIA NEAPOLIS.

PRouinciam Neapolis, ſancti Angeli, Apuliæ, & Baſilicatæ conſtituunt infraſcripti Conuentus.
Sancta Caterina ad Portam de Chiaia Neapolis.
Sancta Maria de Monte ad Pertuſium Neapolis.
D Sanctus Antonius Abbas Terræ Scaffati diœceſis Noceræ.
Sancta Maria ad Niuer Terræ Scaffati diœceſis Noceræ.
Sanctus Rocchus ciuitatis ſancti Seueri.
Sanctus Rocchus Terræ Palatæ diœceſis Guardiæ Alferiæ.
Extabant plura alia Monaſteria; aliarum Prouinciarum huic vnitarum, videlicet.

IN PROVINCIA SANCTI ANGELI DE MONTE Gargano, aliàs Luceriæ.

SAncta Maria ſancti Sepulchri extra Terram Phocæ diœceſis Troiæ.
Domina S. Maria Vinearum extra Ciriniolam nullius diœceſis.

Sanctus Antonius ciuitatis Luceriæ. A
Sancta Maria Angelorum terræ Prucinæ diœceſis Luceriæ.
Sancta Maria Chriſti extra Terram Regnani diœceſis Sipontinæ.
Sanctus Honofrius Terræ Luciti diœceſis Guardiæ Alſeriæ.
Sanctus Vitus Rocchæ Iuuaræ diœceſis Treuenti.
Sancta Maria Montis Carmeli Terræ Freſiæ diœceſis Chieti.

IN PROVINCIA BARII.

Santa Maria Noua extra Ciuitatem Andriæ.

IN PROVINCIA ALETII APVLIÆ.

Domina ſancta Maria Hoſpitalis ciuitatis Pulignani.
Sanctus Georgius Terræ Maruggij Equitum Melitæ diœceſis Aletij. B

IN PROVINCIA BASILICATÆ.

Sanctus Antonius Vinearum extra Ciuitatem Tricarici.
Sancta Maria Vrceolorum Terræ ſancti Arcangeli diœceſis Tricarici.

PROVINCIA CALABRIÆ.

PRouinciam Calabriæ componunt infraſcripta Cœnobia.
Sanctus Franciſcus Terræ Orioli diœceſis Anglonen̄.
Sancta Maria de Laureto terræ nouæ, diœceſis Roſſani
Sancta Maria de Cruce Terræ Metaſaloni diœceſis ſancti Marci. C
Sancta Maria Pietatis Terræ ſancti Giniti diœceſis ſancti Marci.
Sanctus Sebaſtianus Terræ Fagnani diœceſis ſancti Marci.
Sancta Maria Gratiarum ciuitatis Biſiniani.
Sancta Maria Angelorum ciuitatis Coſentiæ.
Sancta Maria de Monte Carmelo Terræ Domanici diœceſis Coſentiæ.
Sancta Maria de Succurſu Terræ Laci diœceſis Coſentiæ.
Sancta Maria de Cruce Terræ Cotis diœceſis Coſentiæ.
Sancta Maria de Loreto extra Mantheam diœceſis Tropiæ.
Sanctus Saluator terræ Maciſani diœceſis Catãzarij dicitur, & ſancta Maria de Loreto
Sanctus Saluator Terræ Zagariſi diœceſis Catanzarij.
Sanctus Saluator Terræ Cropani diœceſis Catanzarij.
Sancta Maria Gratiarum terræ Cropani diœceſis Catanzarij. D
Sancta Trinitas ciuitatis Belcaſtri. Prius Fratres habitabant in loco dicto Scauigne, & Eccleſia nuncupabatur ſancta Maria de Spiritu ſancto. Sed relicta illa habuerunt Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Loreto; & etiam relicta illa habuerunt Eccleſiam ſancti Blaſij; qua relicta modò habent Eccleſiam prædictam ſanctæ Trinitatis.

Extra terram Beluedere habuimus Monaſterium ſub titulo ſancti Nicolai de Palumbario.

Extra ciuitatem Biſiniani habebamus Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Loreto.

In Strombolo habuit Prouincia Calabriæ Conuentum ſanctæ Mariæ Gratiarum.

In Lipari Inſula habuit Conuentum ſub titulo ſancti Bartholomei.

In Terra Grimaldi propè Coſentiam extabat Conuentus.

PRO-

A

PROVINCIA SICILIÆ.

PRouinciam Siciliæ conſtituunt infraſcripti Conuentus.
Sanctus Nicolaus ciuitatis Panormi.
Sancta Maria miſericordiæ ciuitatis Panormi.
Sancta Maria Annunciationis zisæ propè Panormum.
Sancta Maria Angelorum Martognę de Monte diœceſis Mazzaræ.
Sanctus Rocchus Drepani diœceſis Mazzaræ.
Sancta Maria Gratiarum Marſallæ diœceſis Mazzaræ
Sancta Maria de Ieſu Salemi diœceſis Mazzaræ.
Sanctus Michaelarcangelus Calataſimi diœceſis Mazzaræ.
Sancta Maria de Itri Alchami diœceſis Mazzaræ.
Sancta Maria de Lilio Sciacchæ diœceſis Agrigenti.
B Sanctus Vitus de Burgio diœceſis Agrigenti.
Sancta Maria Conſolationis ciuitatis Agrigenti.
Sancta Maria de Cruce de Sicli diœceſis Siracuſæ
Sanctus Ioſeph de Modica diœceſis Siracuſæ.
Sanctus Antoninus de Raguſa diœceſis Siracuſæ.
Sancta Maria Angelorum de ſancto Philippo diœceſis Catanæ.
Sancta Caterina de Aſero diœceſis Catanæ; Alias habebant. Conuentum ſub titulo ſanctæ Mariæ de Ieſù ad Vineas.
Sanctus Michael de Cirami diœceſis Catanæ.
Sancta Maria Conſolationis de Nicoſia diœceſis Catanæ.
Sanctus Nicolaus ciuitatis Catanæ.
C Sancta Maria Miſericordiæ ciuitatis Meſſanæ.
Sanctus Bartholomeus de Termino diœceſis Panormi.

PROVINCIA DALMATIÆ.

PRouinciam Dalmatiæ, & Iſtriæ ſubiecit Clem. VIII. Genrali Italiæ, & eam conſtituunt infraſcripta Monaſteria.
Sancta Maria de Peruico diœceſis Sebenici.
Sanctus Michael de Zaglauo in Inſula de Salo.
Sanctus Paulus primus Eremita in Inſula Scoglieti propè Iadram.
Sanctus Ioannes Ciuitatis Iadræ.
Sanctus Franciſcus Inſulæ Arbæ.
Sancta Maria de Viaro Oſſari Inſulæ Cherſi.
D Sanctus Hieronymus Vallis ſancti Martini Inſulæ Cherſi.
Sanctus Nicolaus de Fareſiua Inſula Cherſi.
Sancta Maria de Chao Inſulæ Veiæ.
Sancta Maria Magdalena de Inſula Veiæ in terra Dobazniz.
Sancta Maria de Campo diœceſis Parenzi.
Sanctus Gregorius Ciuitatis Capitis Iſtriæ, ſeu Iuſtinopolis.

PROVINCIA PATRIMONII.

PRouinciam Patrimonij conſtituebant multa Cœnobia inter quæ
Sancta Maria de Gimneſtra Viterbij.
Sed modò non habemus talem Prouinciam.

PROVINCIA TVSCIÆ. A

PRouinciam Tuſciæ conſtituebant multa Cęnobia, inter alia.
Sancti Iacobus, & Philippus ciuitatis Florentiæ.
Vnum Monaſterium Peruſijs.
Modò Prouincia prædicta extincta eſt.

PROVINCIA MONTIS FELTRI.

PRouincia Montisfeltri Ducatus Vrbini vacat, inter alia habebat infraſcripta Monaſteria.
Sancta Maria Cellæ Bonboræ Montis florum diœceſis Ariminenſis. modo ſubiacet Prouinciæ Romandiolæ, iſte Conuentus conceſſus fuit Religioni noſtræ de anno 1408. Summo Pontifice Greg. XII. B
Sanctus Nicolaus ciuitatis Eugubij.
Vnus Conuentus in ciuitate Piſauri.

PROVINCIA SARDINIÆ.

PRouincia Sardiniæ vacat, nec reperio illius aliquem Conuentum, ſed ſolum illius mentionem faciunt literæ patentes Commiſſarijs Generalibus Calabriæ, & Regni Neapolis, & Sardiniæ conceſſæ, & datæ.

DE SANCTIS, ET BEATIS TERTII ORDINIS. C

SANCTORVM, ac Beatorum Ordinis Catalogum ſimul cum Regula pro Tertiarijs in proprijs domibus manentibus, aliàs, ſiquidem de anno 1605. die 10. Februarij prædictis Tertiarijs fratribus ſub nomine del Paruolo Regij congregatis dicatum in lucem dedimus. Quem nunc quoq; multis ſanctorum nominibus ex cronicis Patris Marci de Lisbona. ex Bernardino Buſto, ex Franciſco Gonzaga, ex arbore ſereniſſimæ Mariæ Magdalenæ Auſtriæ, & Tuſciæ dicato, ex Bullis, & alijs probatis Authoribus collectis ditatum, & auctum inter cætera Religionis noſtræ præclara geſta, imò tamquàm principale ijſdem rationibus duximus eſſe ponendum. Nam quemadmodum reliquæ artes, & ſtudia hominibus traduntur; Ita ritum Deo inſeruiendi pro cæleſti gloria conſequenda nos edocuit Deus verbis, & exemplis, lege (inquam) & hominibus iuſtis, & ſanctis, qui adamuſſim diuina præcepta exequentes; rerum omnium agendarum tamquàm viua exemplaria cæteris ſe præbuerunt. D Parum Domino viſum fuerat Exod. cap. 25. Moyſi verbotenus ſanctuarij ſtructuram vniuerſam ſigillatim, & diſtinctè ordinaſſe; quod & illius ædificij modulum, & formam voluit ei oſtendere; Vnde eodem capite complens cùm Moyſe ſermones de ſanctuario faciundo, dixit ei, inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in Monte monſtratum eſt. Non diſſimili modo in cæleſtis Hieruſalem conſtructione proceſſit; quandoquidem poſt æternæ vitæ præcepta feliciter tradita, in omni quoq; ætate, in omni ſtatu, & in omni conditione, ſenes, & iuuenes, religioſos, & ſeculares, diuites, & pauperes, fortes, & debiles, ſanctos ſuorum mandatorum veros obſeruatores nobis propoſuit, vt cuiuſcumq; virtutis, humilitatis, caſtitatis,

A ſtitatis, patientiæ &c. ſecundum cuiuſq; ſtatum, & captum poſteris daretur exemplum. Tob. 2. Et vt pro voto huiuſce rei euentus fœlicius ſuccederet ei, non ſolum ſanctorum nobis exemplaria oſtendit, quod etiam ſeipſum nobis tradidit in exemplum: Chriſtus (inquit. 1. Petr. 2.) Paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Quapropter cum ego animaduerterem hanc mirabilem, diuinamq; diſpoſitionem, ſimul ac erga huius ordinis profeſſores magnam Dei miſericordiam, quibus, vltra tot, tàmque bene diſpoſita ſtatuta, propoſuit etiam exemplar innumerabilium ferè Sanctorum, & Beatorum eiuſdem Ordinis; Conſilium meum hoc fuit (ne quid deſit, quod ad vitæ ſanctitatem nos promouere poſſet) pariter cum decretis, ſtatutis, & præceptis regularibus ædere quoq; catalogum Sanctorum, & Beatorum Ordinis; præſertim cum Leo Papa in ſerm. de ieiun. dicat; quod validiora ſunt exempla, quàm verba, & plenius opere docetur, quàm voce. Erga ſanctos dicit Bernard. in quodam ſerm. tria conſiderare debemus, Auxilium ſancti, Exemplum eius, & Confuſionem noſtram. Dum
B ergo tot exemplaria, & tot viæ Ductores nobis proponuntur; Eaq; non alterius ordinis, & profeſſionis, neq; maioris fortitudinis, quàm nos ſimus; ſiquidem Ambr. lib. de Ioſeph, dicit, cognoſcamus illos non naturæ præſtantioris fuiſſe, ſed obſeruantiæ maioris, nec vitia neſciuiſſe, ſed emendaſſe. Conditionem conſequamur Pictorum, qui pulchras imagines diligenter conſiderant, vt conſimiles faciant, & vnam excellentem pulchritudinem, vel tractum colligunt de vna imagine, & aliam de alia, vt omnes illas excellentias in vna imagine ponant, & pulcherimam faciant. Sic nos ab vno ſancto diſcamus vnam excellentiam, quæ ſingulariter in eo fuerit, vtpotè humilitatem, ab alio continentiam, ab alio ſilentium, & ſic de alijs, vt de vnoquoq; noſtro dici poſſit, quod de Antonio Abbate, quod ſcilicet virtutum tanto ſtudio incenſus fuit, vt quemcunq; videret aliqua virtutis laude excellentem, illum imitari ſtuderet. Addamus auxilium
C ſanctorum, quia ſi dum hic adhuc viuerent, peccatoribus miſerti ſunt, & orauerunt pro eis, nunc tanto amplius, quanto verius agnoſcunt miſerias noſtras, Patrem orant pro nobis. Siquidem beata illa patria charitatem eorum non mutauit, ſed augmentauit. Hic ergo qui tot propoſitis Ducibus in via Dei nil proficit, arguat ſemetipſum, & agnoſcat, quod eſt nimis negligens ſcolaris, qui ad tot exemplaria vera librum conſcientiæ non corrigit; nimis negligens de pulchritudine animæ, qui ad tot ſpecula peccatorum maculas non tergit; nimis rudis Pictor qui ad tot inſignes imagines viſas, nec aptam ducere lineam vnam diſcit. Vitamq; ſuam componat, & mutet in melius, vt Deo adiuuante, & intercedentibus ſanctis, vna cum eis ad vitam peruenire mercatur æternam, quam omnibus precor.

CATALOGVS SANCTORVM.

D B. AGnes Viotta ex Galia. p. 4. c. 147.
B. Albertus de Monte Acuto. ex Arbore.
B. Alexander de Peruſia. p. 1. c 197.
B. Alexander de Anglia Magiſter in Theologia. Buſtus.
B Amadeus Cardinalis, & Dux Sabaudiæ. ex Arbore.
B. Andreas de Rauenna. ex Arbore.
B. Andreas de Tuderto. ex Arbore.
B. Andriana de Cortona. ex Arbore.
B. Amphroſina de Burgo ſancto Sepulcro. p. 3. c. 215.
Sancta Angela de Fulginea. p. 2 c. 575. & ex Bulla Pau. III.

B.Angelina Comitiſſa Ciuitellæ de Thermis Aprutij.p.3.c.27.
B.Angelina de Fulginea Comitiſſa Corbaræ. p.4.c.135.
B.Antonius de Vrbino frater B. Ioannis de Vrbino.p.3.c.40.
B.Apollonia de Bononia.p.4.c.200.

A

B. BArtholomeus de Eugubio ex Arbore.
B. Bartholus à ſancto Geminiano.p.2.c.538.
B.Beatrix Comitiſſa Rusconi.p.3. c.253.
B.Beatrix ſoror ſanctæ Claræ. ex Arbore.
B.Belias Rex Vngariæ frater ſanctæ Eliſabet. p.2.c.166.
B.Beneuenuta de Ancona.p 2.c.387.
B.Blanca Regina Catalonię p.2 c.709.
B.Blanca Mater ſancti Ludouici Francorum Regis.p.1.c.197.
B.Bona Vxor.B Luceſij de Pongibunzo p.2.c.84.
B.Bonazicus de Volterra.p.1.c 197.
B.Brunus de Colle.p.2.c.85.

B

B. CArolus de Monteſeltro.p.1.c.197.
B. Carolus de Montegranello Comes.p.3 c.17.
B Carolus Rex Siciliæ Pater ſancti Ludouici Epiſcopi. ex Arbore.
B.Catherina de Portugallo. ex Arbore.
B.Chriſtina de ſancta Cruce. ex Arbore.
B.Cingua ſoror ſanctæ Eliſabet.p. 1.c.175.
B.Clara de Mantua. Pater Gonzaga.
B.Clara de Monteſalco in cronicis.p.2.lib.5.c.40.& ex alijs ponitur ex tertio ordine, ſed Auguſtiniana Religio ſatetur habere deciſionem quandam pro ſe.
B.Coleta, quæ Dei præcepto reformauit ordinem ſanctæ Claræ p.3.
B.Coleta filia Rodulphi Impegatoris. Pater Gonzaga.
B.Conradus Placentinus iacet in Regno Siciliæ.
B.Conſtantia Federici Imperatoris Nepos, atq; Petri Aragonum Regis Vxor, Pater Gonzaga.
B Conſtantia Regina Caſtiliæ filia ſanctæ Eliſabet Reginæ Portugalli. ex Arbore.
B.Cuſtodia.p.3. c.217.

C

S. DElphina vxor ſancti Eleezarij.p.1.c.193. Sur.Tom.5.
B. Demetrius Albanenſis.p.3.
B.Dominicus de Terris.p.3.
B.Ducelina de Prouenza. ex Arbore.

D

S. ELeezarius Comes Ariani.p.1.c.193.
B. Eleonora Quinnionia. Pater Gonzaga.
Sancta Eliſabeth Regina Vngariæ. p.1 c.185.
Sancta Eliſabet Regina Portugalli Nepos ſanctæ Eliſabet Reginæ Vngariæ. p.2.c.673.
B.Eliſabet de Oſorio. Pater Gonzaga.
B.Eliſabet de Meſſana. ex Arbore.
B Eliſabet Imperatrix Romanorum. Pater Gonzaga.
Sanctus Pater Seraphicus Franciſcus de Aſſiſio Inſtitutor Ordinis.

B. Fi-

B.Philippus de Rauenna; iacet Romæ in Eccleſia ſanctorum Apoſtolorum.

A B.Franciſca de Eugubio. p.2. c.751.

B.Franciſca de Contrera. Pater Gonzaga.

B.Franciſcus de Piſauro. ex Arbore.

B.Franciſcus de Brittania.ex Arbore.

B. Gabriela de Nurſia.p.4.c.147.

B. Garſenda nutrix ſancti Eleeazarij. Surius.

B.Ghirardus de Villamagna propè Florentiam. p.2.c.18.

B.Gualterius de Marſi p.3.c.17.

B.Gualterius Epiſcopus Treuiſij.p.1.c.197.

B.Gulielmus de Notu in Sicilia.

B B.Henricus Rex Daliæ.p.3.c.21.

B. Hieremias de Lambertenghis à Cumo Sacerdos profeſſus Tertij Ordinis ex quo eſt Religio approbata fuit Vicarius in Conuentu Piratelli, & Miniſter Conuentus Foriliuij, vbi colitur.

B Hieronymus de Ancona. p.3. c.261.

B.Humiliana de Circis de Florentia.p.2.c.28.

B. Iacoba Settiſoli de Roma.ex Arbore.

B. Iacobus Sacerdos de Caſtroplebe Etruriæ.p.2.c.54.

B.Iacobus Sacerdos de Landa.p.1.c.197.

B.Ioanna de Signa propè Florentiam. p.2.c.752.

C B.Ioanna Romana. ex Arbore.

B.Ioanna de ſancta Maria. p.2.

B.Ioanna Regina Neapolis. ex Arbore.

B.Ioanna Rodriquez p.3.c.255.

B.Ioanna de Rauenna. p.1.c.197.

B.Ioanna de ſancta Maria in Balneo. p.4. c.135.

B. Ioanna de Cruce.p.4.c.150.

B.Ioannes de Ancona. p.3.c.8.

B.Ioannes Eleemoſinarius Clementis Papæ.

B.Ioannes de Vrbino. p 3. c.40.

B.Ioannes martir ex Etiopia.ex Arbore.

B.Iulia de Cortona.ex Arbore.

D Sanctus Iuo Sacerdos Brittaniæ. p.1.c.193.

B. Landa.Du.Dion.ex Arbore.

B. Landonus de Montefalco. Buſſus.

B.Leo Archiepiſcopus Mediolani. p.1 c.197.

B.Lucheſius de Pongibunzo.p.2.c.84.

Sanctus Lucius Primus ad ordinem de Pœnitentia à S.Franciſco receptus. ex Bulla Pau.III.

B.Lucia de Venetijs. p.2. c.751.

Sanctus Ludouicus Rex Franciæ p.1.c.197.

B. MAgdalena de ſancto Antonino. Pater Gonzaga. A
B. Margherita de Cortona p.2.lib.5.cap.29.
B. Margherita de Montefalco. p.2.c.600.
B. Margherita de Fulginea.p.4.c.134.
B. Maria uxor Belias Regis Vngariæ p.2.c.166.
B. Maria de Toleto, nuncupata Pauper.p.3.c.255.
B. Maria Clemens.p.4.c.147.
B. Maria Mendozza. pater Gonzaga.
B. Mea de Senis. Bustus.
B. Michelina de Piſauro.p.2.c.739.

B. Nicolucius de Senis.p.1.c.197.

B. Orlandus Comes de Chiuſi. ex Arbore. B

B. PAſqualina de Fulginea. p.2.c.600.
B. Paula de Fulginea.p.3.c.222.
B. Paulus de Ambroſijs Terræ Cropani diœceſis Catanzarij ſacerdos profeſſus tertij ordinis ex quo eſt Religio approbata mortuus eſt Scauigna, & iacet in Eccleſia ſancti Saluatoris Terræ Cropani.
B. Pelingottus de Vrbino p.2.c.542.
B. Petrus Tecelanus de Campo.p.2.c.447.
B. Petrus de Colle.p.2.c 85.
B. Petrus de Vrbino p 3. c.40.
B. Petrus Hiſpanus.p.3 c.21. C
B. Petrus Pectinarius de Senis.p.1.c.197.
B. Petrus Romanus. p. 1.c.197.
B. Pica Mater ſancti Franciſci. p.1.c.1.

B. RIcardus Epiſcopus Foſſumbroni. p. 1. c.197.
B. Rita de Monte Brandone. ex Arbore.
B. Robertus Malateſta. p.3.c.40.
Sanctus Rocchus. ex Bulla Pau. III.
Sancta Roſa de Viterbio. ex Bulla Pau. III.
B. Roſtagnus de Acquis de Marſilia. p.2.c.387.

B. SAnctia uxor Roberti Regis Siciliæ. p.2.c.710. D
B. Siriana Socia B. Michelinæ de Piſauro. p.2.c.739.
B. Stuppa ſocius B. Thomaſuzzi p 3.c.17
B. TArriatus Comes Petræmale. ex Arbore.
B. Tobias germana ſancti Bernardini de Senis. p.3.
B. Tomaſuzzus de Fulginea. p.1.c.197.
B. Torellus de Popio. p.2. c.387.
B. Torellus Caſentinus.p.2.
B. VBaldus de ſancto Geminiano. p.2. c.541.
B. Viridiana de Caſtro Florentino.p.2. c.17.
B. Vitalis de Aſſiſio. p.3.

A # CAPVT SECVNDVM.

De Prouincialibus Capitulis.

QVotannis res noſtras renouari cupientes, ne malæ tentationes, nimia deſidia, & otia quempiam deprimant, conſulto decernimus, vt in ſingulos annos (eo tamen excepto, quem frequentiſſimis
B Comitijs ſtatuimus, niſi neceſſitas alicuius loci etiam tunc aliud poſtulauerit) Capitulum Prouinciale in vnaquaque Prouincia Sedulo habeatur. 2 Quò ſe Prouincialis Vicarius, atq; illius Diſcretus; necnon Cœnobiorum Miniſtri, & Diſcreti prouinciatim conferant. 3 Vbi vero congregati fuerint ſinguli coram Miniſtro principali, vel aliquo eius Commiſſario, officia, dignitateſq; deponant. 4 Mox ſancti Spiritus
C præſidio inuocato, 5 nouus Vicarius per nominationis ſcrutinium, vel per ſecretam electionem fabarum eligatur, aut vetus confirmetur. 6 Hunc à maiori Capituli parte electum principalis Miniſter comprobare debeat, & teneatur, ſi verò indignum elegiſſent, tunc principalis Miniſter cum Diffinitoribus eligendis alium præponere, ac eligere poſſit, & debeat. 7 Neq; prius nouus Vicarius officio ſuo fungi poterit, quàm per ipſum Miniſtrum principalem, vel eius Commiſ-
D ſarium fuerit comprobatus. 8 Eo ipſo Vicario electo, & confirmato, quattuor difinitores eligi volumus, 9 quibus cum ipſe Prouinciæ diſcretum, & Cœnobiorum Miniſtros eligat, fratres per Cœnobia diſponat, & mouendos moueat. Deniq; omnia vel neceſſaria, vel opportuna Prouinciæ componat, & ordinet. 10 Si verò contingeret, vt alicui Prouinciæ Vica-

rius præponeretur in triennium; is toto tempore ſui officij Capitulo præſit; habeatq; cum ſuis difinitoribus authoritatem ad ea, quæ in ſuperiori proxima particula dicta ſunt, ordinatim conficienda. 11 Si quando etiam Congregationi expedire videretur, plures Prouinciæ conueniant, & hoc Prouinciale Capitulum, quatenus eius neceſſitas poſtulabit, more generalis habeatur. A

ANNOTATIO PRIMA.

B *Non obſtantibus his, quæ hoc cap. nu. 1. habentur, nunc eo quoq; anno, quo Capitula generalia celebrantur, habenda ſunt Capitula prouincialia, quia ceſſat ratio, propter quam tunc omittebantur, quia his temporibus in Capitulis generalibus non diſponitur de Prouinciarum, & Cœnobiorum dignitatibus, nec de particularium fratrum diſpoſitione, & transmiſſione, ſed hæc omnia, cuiq; Prouinciali Capitula relinquuntur moderanda, iuxta* Bullam. *Clem VIII. Decet Romanum Pontificem &c.*

ANNOTATIO SECVNDA.

C *Vltra Vicarios prouinciales; Diſcretos Prouinciarum, Miniſtros Conuentuum, & eorum Diſcretos ex hoc cap. nu. 2. votum habentes; habent etiam votum in Capitulis Prouincialibus pro electione Vicarij Prouincialis, Cuſtodis, & Difinitorum Prouincialium. Difinitores generales, actuales, & Procurator Ordinis tunc exiſtens iuxta eiuſdem* Bullæ *Clem. VIII. determinata. Ex conſuetudine verò immemorabili Miniſter generalis votum præbet in omnibus Capitulis congregationibus, & difinitorijs Generalibus, Prouincialibus, & Conuentualibus, Item, & Vicarius Prouincialis in omnibus Capitulis Conuentualibus ſuæ Prouinciæ.*

ANNOTATIO TERTIA.

Electiones non licet amplius facere per nominationis ſcrutinium, nec per ſecretam fabarum electionem, vt hoc cap. nu. 5. ſed per vota ſecreta, eaq; in ſchedulis conſcripta, ſecundum formam in prædicta Bulla *Clem. VIII. traditam.* D

ANNOTATIO QVARTA.

Prius debet eligi, & confirmari Prouincialis Vicarius antequam ad Difinitorum Prouincialium electionem deueniatur. Et ſi indignum in Prouincialem quem vocales elegerint; ipſe Generalis in tali caſu debet præponere electoribus, vt alium eligant, & ſic facere, quouſq; dignum elegerint, quo electo, & confirmato, deueniendum erit ad electionem Difinitorum Prouincialium, & non prius, quod ex iſto cap. nu. 6. 7. & 8. maxima eſt animaduerſione dignum.

ANNO-

A ## ANNOTATIO QVINTA.

BVlla prædicta Clem. VIII. concordat cum his, quæ hic habentur.nu.9.de facultate eligendi Miniſtros Cænobiorum,& Diſcretum Prouincialem, quòd nempè pertineat ad Vicarium Prouincialem,& Diſinitores Prouinciales tantum.

ANNOTATIO SEXTA:

QVando Vicarius Prouincialis,eſt Præpoſitus, & præfectus Prouinciæ per triennium, vt hoc.cap.nu.10.tacitè etiam Diſinitores prouinciales intelliguntur electi per triennium. Debet tamen Præſes Capituli ante electionem Prouincialis Vicarij notum facere electoribus,ſe huiuſmodi electionem per triênium eſſe facturos; alias
B ſine tali monitione Prouincialis Vicarius intelligetur electus per annum tantum Et ſub hac diſpoſitione de rigore literæ non comprehenditur Diſcretus prouincialis; nam Prouincialis Vicarius ſic electus per triennium cum ſuis Diſinitoribus facultatem habet facere ea,quæ poterat in Capitulo prouinciali,ſi per annum tantum fuiſſet electus; at tunc eligebat Diſcretum prouincialem, quare & nunc de anno in annum poterit illum eligere. Verumtamen eſt,quod ſi qui primo anno electus fuit in diſcretum,repertus fuerit eo officio dignus, quod debet confirmari, quia habet ius ad id quodammodo acquiſitum, Quòd & de Cenobiorum Miniſtris eſt dicendum.

Et quamuis per triennium Prouinciæ de Vicario, & Diſinitoribus Prouincialibus fuerit prouiſum; debent nihilominus ſingulo quoq; anno celebrari Capitula Prouincialia,quæ & Capitula intermedia nuncupantur, in quibus conuenient ſolum Vicarius, Diſinitores,& Diſcretus Prouinciales. Sed ante celebrationem dictorum Capitulorum in-
C termediorum debent de eis fieri certiores inprimis Miniſter generalis,& eius mandata expectari; necnon omnes Cenobiorum Miniſtri, & fratres, vt vnuſquiſq; ſuas, & Monaſteriorum neceſſitates per literas Prouincialibus,& Diſinitoribus miſsas; poſſint facere notas.

Temporibus ſubiectionis Prouinciales eligi nequibant per triennium, ſed ſolum de anno in annum, quamuis confirmari potuerint.

ANNOTATIO SEPTIMA.

PLures Prouinciæ nunc conuenire, & Capitulum inſimul more Capituli generalis habere, vt in fine huius capitis, nu. 11. dicitur, nequaquam poſſunt, ſed in qualibet Prouincia proprium Capitulum Prouinciale ex diſpoſitione prædictæ Bullæ Clem. VIII.
D haberi debet.

ANNOTATIO OCTAVA.

PAtres noſtri ſtatutorum horum inſtitutores animaduertentes quanti referat, vt ad dignitates,& officia ordinis præſtantiores fratres eligantur,& arceantur indigni, non fuerunt contenti dixiſſe in capite antecedenti, nu. 19. digniora dignioribus dentur &c. quod & hoc capite, nu.6. in mandatis reliquerunt Miniſtro generali, vt ſi indignum in Vicarium prouincialem vocales elegiſſent, eum non confirmet. ſed ad alterius digni electionem deueniat; Quod præceptum intelligendum eſt non ſolum de Vicarijs

Prouin

Prouincialibus, ſed etiam de quocumq; alio ſuperiore indigno, imo etiam & de ipſomet Generali Miniſtro; quod Nic.V. Apoſtolicæ Sedis benignitas &c. clarè his verbis expreſſit, dicens. Et ſi quo tempore appareret vniuerſitati Miniſtrorum dicti ordinis præfatum Generalem Miniſtrum non fore ſufficientem, teneantur fratres prædicti ad quos electio huiuſmodi ſpectat alium ſibi in Generalem Miniſtrum eligere, &c. Quapropter & ego electores, & eligendos in hoc loco conuenio, in hoc inquam potius, quam in capite antecedenti, tū quia in Capitulis Prouincialibus plurium fiat electio, quàm in Capitulis generalibus, cum etiam, quia vt plurimum, qui in Capitulis generalibus aſſumuntur ad Generalatum, vel Diffinitoratum, vel ad alia officia ſint ex electis in Capitulis prouincialibus ad alias dignitates. Eos igitur in Christo Ieſu monitos eſſe cupio, vt diligenter etiam, atq; etiam huius rei magnitudinem perpendant, ne ambo ſimul, eligendo malè illi, & electionem perperam de ſe factam acceptando alteri, cauſam ſuæ mutuæ perditionis, necnon & ſubditorum operentur; ne columnas erigant ſub templo Dei, quarum fragilitate, & defectu tàm ipſi, quàm columnæ, quàm ſubiecti opprimantur. Quare curent ex diuinis ſcripturis, & Sacris Canonibus, ex dictis ſancti Patris Franciſci par. 1. Chronicorum lib. 2. cap. 13. atq; ex probatis authoribus bonorum Prælatorum conditiones adinuenire, & opere adimplere. Quarum principaliores maioris facilitatis gratia illis breuiter ſubijciemus.

Et primò ætate Prælatus debet eſſe grauis. Quia licet poſſet euenire, vt aliquando iuuenis ad gubernandum ſeniori aliquo aptior reperiatur. & Sap. cap. 4. dicatur; quod ſenectus venerabilis eſt non diuturna, nec annorum numero computata, ſed cani ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata; tamen quia, qui cæteris præficitur, tot, & tantis debet qualitatibus præditus eſſe, vt Greg. in Paſt. dicit; quòd tanto debet populi actionem actio tranſcendere Præſulis, quanto diſtare ſolet à grege vita Paſtoris. Quæ dotes cum rarò, & dificiliter in iuuenibus reperiantur; idcirco generaliter loquendo magis tutum eſt, ætate prouectiores eligere ad dignitates, propterea Prouerb. 16. ſapiens dicit. Corona dignitatis ſenectus, quæ in vijs iuſtitiæ reperietur. & Eccleſ. 25. ſpecioſum Canitiei iuditium, & ſpecioſa veteranis ſapientia. Hieron. contra Iouin. quærit, cur non Ioannes electus eſt, virgo, ſcilicet, vt eſſet caput Eccleſiæ? & Reſpondet. Ætati delatum eſt, quia Petrus ſenior erat, ne adhuc adoleſcens, & penè puer progreſſæ ætatis hominibus præferretur. Et Bernard. in Epiſt. ad Archiepiſcopum Lemouic. Iuniorum promotionem reprehendens. Scholares (inquit) & pueri, & impubes adoleſcentuli, ob ſanguinis carnalitatem ad Eccleſiaſticas promouentur dignitates, & à ferula transferuntur ad principandum presbyteris, lætiores interim, quod virgas euaſerint, quàm quòd meruerint principatum.

Sed quæ minor ætas recipietur pro ſufficienti; vt quis cæteris alijs requiſitis ornatus, in illa ætate conſtitutus, poſſit ad dignitates admitti? Ex Regula cap. 1. nu. 22. habetur hoc decretum. Reliquum eſt vt officia huiuſmodi nemini cuiquam niſi ſacerdotali dignitate polleat tempore vllo tribuantur. Cenobiorum tamen diſcreti modò ad ſubdiaconij ſaltem ordinem promoti ſint, quaſi legitimi recipiantur. Quod decretum cum ſatis conforme iuri canonico videatur, expendendum nobis eſt, quid iura circa dignitates eccleſiaſticas decernant; vt & Nos pro dignitate propoſitæ quæſtioni ſatisfacere poſſumus. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. inhærens cap. Cum in cunctis. decernit quod nemo deinceps ad dignitates quaſcumq;, quibus animarum cura ſubeſt, promoueatur, niſi qui ſaltem 25. ſuę ętatis annum attigerit &c. Et de dignitatibus animarum curam non habentibus inferius verba faciens dicit Ad ceteras autem dignitates, vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, Clerici alioquin idonei, & viginti duorum annorum non

mino-

A minores adſciſcantur &c. & de his, qui vocem in Capitulis habent loquens. dicit ſeſſ. 22.c.4.vocem non habeant,qui ſacro ordine non ſunt inſigniti. Et de Epiſcopis dicitur. cap. Cum in Cunctis. Vt nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui iam 30. annum ætatis exegerit. Quæ omnia propoſito noſtro applicantes,facile eſt reſpondere quæſito dicendo. Quòd Miniſter Generalis,& Vicarij Prouinciales,cum ipſorum iuriſdictio ſit quaſi ſimilis iuriſdictioni Epiſcoporum, non deberent ad tales dignitates aſſumi ante 30. annum ſuæ ætatis completum. Miniſtri verò Cœnobiorum, & qui curam animarum habent,debent eſſe Sacerdotes,& ad minus annum 25 attigiſſe.Diſcreti autem locales,quorum officia æquiparantur dignitatibus animarum curam non habentibus, debent eſſe in ſacris conſtituti; & ad 22.ſaltem annum perueniſſe.

Scientia quoque,& non mediocris;& litterarum præcipuè ſacrarum peritia in præficiendis deſideratur.ita cap.cum in Cunctis.& Conc Trid.ſeſſ.24.cap.12.Vnde & Bernard.ſuper Cantic. dicit, quomodo in paſcua diuinorum eloquiorum educet greges dominicos Paſtor idiota? & Caſſ.lib.1.epiſt. neceſſe eſt inquit prudentiſſimum eligere,qui poſſit contra ſubtiliſſimos diſputare,& in Conuentu Doctorum ſic agere, ne ſuſceptam cauſam tot erudita poſſint ingenia ſuperare,magna res eſt contra artifices loqui,& apud illos aliquid agere,qui ſe putant omnia prouidere. & Leo Papa in quodam ſerm. & ponitur 61.diſt.Valde iniquum eſt,& abſurdum, vt imperiti Magiſtris, noui antiquis, rudes præferantur eruditis.Et ratio id dictat; ſiquidem tenetur quilibet ſcire ea,quæ ſuo ſtatui,& muneri ſunt neceſſaria; at prælatio eſt ars artium teſte Greg. 1.2.Paſt.vbi ait. ab imperitis paſtorale magiſterium quanta temeritate ſuſcipitur, cùm ſit ars artium regimen animarum; hoc eſt magiſterium diſcipline,vt culpis diſcretè nouerit parcere,& piè reſecare. Imò eſt ars omnium difficilima,quæ non ſolum maximam ſcientiam, & eruditionem requirat, ſed & ſagacitatem, aſtutiam,& experientiam plurimam, alioquin & ipſa ſcientia quandoq; non ſufficiet. Multo conſilio, & prudentia opus eſt paſtori (inquit Chriſoſt.in dialog.lib.2.) & mille vt dicitur oculis ad ſpeculandam vndiq; habetudinem earum, quas gubernat animarum.

Ab omni cupiditate,& auaritia neceſſe eſt etiam alieni ſint Prælati,cum(teſte Apoſtolo 1.Timoth.6.)malorum omnium radix ſit cupiditas, ideo non quæ ſua ſunt,ſed quæ Ieſu Chriſti quærere tenentur,munera enim excæcant, & mutos reddunt ſuperiores, ne videant,nec corripiant ſubditorum errata. Sic dicitur Eccleſiaſt.20.Xenia, & dona excæcant oculos iudicum,& quaſi mutus in ore auertit correptiones eorum. Vnde quidam Doctor exponens de Prælatis illud Matth.5.ſic luceat lux veſtra.dicit, quod ſicut inter corpora luminoſa quædam ſunt, quæ gratis lumen ſuum effundunt, nec aliquam requirunt remunerationem,vel nutritionem,ſicut corpora cæleſtia. Et quædam luminoſa multa conſumunt,expetunt,& requirunt,ſicut ignis in lignis,& candelis. Sic in Eccleſia quidam gratis accipiunt Dei dona,ordines, & beneficia, & gratis dant. de quibus Baruch.3. ſtellæ dederunt lumen in cuſtodijs ſuis,& lætatæ ſunt; & ſignanter dicit, dederunt,& non dicit,quod vendiderunt,vel mercedes extorſerunt. Quidam vero ſunt Ticiones inferni,& mercatores rerum ſpiritualium, quia ſicut nec gratis acceperunt, ſed ſimoniacè,ita gratis dare nolunt; qui pauperes,qui nihil dare poſſunt à ſacramentis, & beneficijs excludunt,vel in confeſſionis audientia poſtponunt,& malos, quorum dextera repleta eſt muneribus,omnibus anteponunt. Quos paſtores auaros Deus minis inſequitur,per Ezech.34.dicens. Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, nonne greges à paſtoribus paſcuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis,gregem autem meum non paſcebatis. Ecce quod faciunt paſtores auari. Sed attendant, quid eodem capite de illis Deus ſit facturus. Ecce (inquit) ego ipſe ſuper paſtores

ſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciam eos, vt vltra non paſcant gregem, nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos, & liberabo gregem meum de ore eorum. Cuius rei exemplum habemus. Reg. 1. c. 8. Vbi filij Samuel fuerunt repudiati, ne iudicarent populum Iſrael, eo quòd non ambulauerunt in vijs Patris ſui, ſed declinauerunt poſt auaritiam, acceperuntq; munera, & peruerterunt iudicium. A

Requiritur, & fortitudo in Prælatis, quod ex dictis Bernard. lib. de grad. humilit. liquido patet. vbi ait. Optimi Iudicis, atq; Prælati eſt pro Religione, pro patria, pro iuſtitia, & pro veritate tuenda, & pro ſubditorum ſuorum ſalute, interdum ſi opus fuerit vitam exponere, & omne diſcrimen, mortemq; ipſam ſubire, atq; damna, & pericula quæcunq; contemnere, nihilq; debent prorſus timere, ne timore concuſſi, atq; perterriti à ſemitis deuient iuſtitiæ, atq; à ſemel cepto propoſito deficiant, & propterea non incumbant ſuæ obligationi, ac muneri. Quare, & ſapiens Eccleſiaſt. 7. Iudices alloquitur, dicens: Noli fieri Iudex, niſi & virtute valeas prorumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in æquitate tua. B

Præ alijs virtutibus iuſtitia requiritur in Prælatis. Nil adeo glorioſe (dicit Pet. Rauen. in quadam Epiſt.) lucet in Iudice, ſicut amare, & exhibere iuſtitiam ſine omni acceptione perſonæ. Teſte enim Cicerone, prouerbialiter dicitur. Exuit perſonam Iudicis, quiſquis amici induit. Æquitas, cui Iudex obſequitur, ſiniſtram odij, vel dexteram amoris neſcit. Nam talis eſſe debet iuris Miniſter, vt in eius manu nullius authoritate perſonæ titubet, aut vacillet libra iuſtitiæ. Et ex quo libræ, ſeu ſtateræ Iudicis facta eſt mentio, de ea ſic loquitur Beda. lib. 2. ſuper illud Prouerb. c. 11. ſtatera doloſa &c. Qui enim aliter cauſam pauperis, aliter potentis, aliter ſodalis, aliter audit ignoti, ſtateram vtiq; librat iniqua, ſed pro iniquitate libræ doloſæ abominabitur à Domino. Vnde Hieron. in Epiſt. ad Dam. alienum te à perſonis omnium redde in iudicio, ac propter iuſtitiam in iudicio pauperem defendas, nec propter gratiam diuiti indecenter adſiſtas, aut ſi non potes facere, cognitionem reſpue cauſarum. & Amb. de Caim, & Abel. feci iudicium (inquit) & iuſtitiam, in iudicio non contempſi pauperem, non oppreſſi viduam, perſonam diuitis non recepi, in omnibus operibus miſericordiam reſeruaui. Caſſ. ſuper illud Pſalmi. & operantur iuſtitiam dicit. Iuſtitia non nouit patrem, non nouit matrem, veritatem nouit, perſonam non accipit. Deum imitatur. Quattuor modis iudicium humanum peruertitur, dicit Anſelm. de ſimilitudinibus mundi. Timore, cupiditate, odio, & amore. Sed à dextris erunt peccata accuſantia, à ſiniſtris infinita Demonia, ſubtus horrendum chaos inferni, deſuper Iudex iratus, foris mundus ardens, intus conſcientia vrens, ibi iux iuſtus ſaluabitur. Et viceuerſa tot bona operatur iuſtus prælatus alijs, & ſibi, vt nil deſideretur melius. Sic enim ait Cypria. de 12. abuſ. Iuſtitia Regis pax eſt populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aeris, ſerenitas maris, terræ fœcunditas, ſolatium pauperum, hæreditas filiorum, & ſibimetipſi ſpes futuræ beatitudinis. & vt concludam verbis Caſſi in Epiſt. Tamdiù Iudex dicitur, quàmdiù & iuſtus putatur, quia nomen quod ab æquitate ſumitur, per ſuperbiam non tenetur. C D

Nihilominus debent pariter eſſe Miſericordes, & cum iuſtitia clementiam, & cum rigore miſcere benignitatem. Quia licet multum interſit congregationibus, vt delicta non maneant impunita, tamen correctio ipſa fieri debet cum magna cautela, & prudentia; nam quandoq; ſumma ſapientia erit delicta ipſa diſſimulare, præcipuè leuia, & occulta, quæ potius paterna correctione, quàm publica punitione emendari debent. Vnde ſapiens Prouer. 30. dicit. Noli eſſe nimium iuſtus, nam qui vehementer emungit, elicit ſanguinem & Bernard ſuper Cant. diſcite (inquit) ſubditorum Matres vos eſſe debere,

A debere, non dominos, ſtudete magis amari, quàm metui, & ſi interdum ſeueritate opus eſt, paterna ſit, non tyrannica, matres fouendo, patres corripiendo vos exhibeatis; ſuſpendite verba, producite vbera, pectora lacte pingueſcant, nec typo turgeant. & Greg. 3. Mor. dicit. Miſcenda eſt lenitas ſeueritati, faciendo quoddam ex vtroq; temperamentum, vt neq; multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neq; nimia benignitate ſoluantur; hoc nimirum illa tabernaculi arca ſignificat, in qua cum tabulis virga ſimul, & manna erat. Sed præ cæteris Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 1. verbis penè diuinis documentum hoc ad cœlum vſq; extollit, dicens. Illud primum eos admonendos cenſet, vt ſe Paſtores, non percuſſores eſſe meminerint, atq; ita præeſſe ſibi ſubditis oportere, vt non in eis dominentur, ſed illos tamquàm filios, & fratres diligant, elaborentq;, vt hortando, & monendo ab illicitis deterreant, ne vt vbi delinquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur. Quos tamen ſi quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apoſtoli eſt ab eis ſeruanda præceptio, vt illos arguant, obſecrent, increpent in omni bonitate, &
B patientia, cum ſæpe plus erga corrigendos agat beneuolentia, quàm auſteritas plus exhortatio quàm comminatio, plus charitas, quàm poteſtas. Sin autem ob delicti grauitatem virga opus fuerit, tunc cum manſuetudine rigor, cum miſericordia iudicium, cum lenitate ſeueritas adhibenda eſt &c.

Et tandem ne in enarrãdis omnibus boni prælati circumſtantiis plus æquo ſermonem protraham, Prælatus eſſe debet humilis, modeſtus, grauis, continens, ſobrius, prudens, benignus, affabilis, iuſtus, miſericors, & ſuper omnia Deum timens, ac omnibus ſi fieri poteſt virtutibus ornatus. & vt dicit Hieron. in epiſt. ad Ocean. Quamuis res penè contra naturam ſit, vt ſine peccato aliquis ſit, tamen talis eligatur, cuius comparatione cæteri grex dicantur. Nam monſtruoſa res eſt (inquit Bernard. de conſiderat. lib. 2.) gradus ſummus, & animus infimus, ſedes prima, & vita ima, lingua magniloqua, & manus
C otioſa, ſermo multus, & fructus nullus, vultus grauis, & actus leuis, caput canum & cor vanum, facies rugoſa, & lingua nugoſa, ingens authoritas, & nutans ſtabilitas; ſed heu vt idem Bernard. ſuper cant. dicit, Canales hodiè in Eccleſia multos habemus, conchas autem perpaucas, tantæ charitatis ſunt, per quos nobis fluenta cæleſtia manant, vt ante infundere, quàm infundi velint, loqui, quàm audire paratiores, & prompti docere, quod non didicerunt, & alijs præeſſe geſtientes, qui ſe regere neſciunt. Omnes enim vſq; ad vnius anni profeſſum fieri volunt Prælati, & tamen vſus rectæ conuerſationis eſt (inquit Greg. lib. 1. dial.) vt præeſſe non audeat, qui ſubeſſe non didicit, nec obedientiam ſubiectis imperet, quàm Prælatis exhibere non nouit.

Quibus omnibus vltimo loco addam quæ Clem. VIII. Nullus omnino &c. decreuit in decretis reformationis, decreto. 35 36 & 38. Vt omnis (inquit) officiorum ambitus occaſio præcludatur, caueant omnes, a directa, vel indirecta vocum, ſeu ſuffragiorum procuratione, tam pro ſe ipſis quàm pro alijs, tùm in Capitulo locorum, tùm in cæteris, præ-
D ſertim Generalibus Capitulis, aut Congregationibus, ſeu alibi. Quicunq; ſecus fecerint præter alias pœnas, & cenſuras hactenus contra huiuſmodi ambientes inflictas, quas in ſuo robore permanere volumus, in pœnam priuationis officiorum, quæ obtineant, eo ipſo incidant, & ad futura quæcunq; pariter inhabiles habeantur, ſuper quo cum eis diſpenſari à nemine poſſit, niſi à Nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, & pro qualitate culpæ grauius etiam plectantur. Porrò ſupradictas omnes pœnas ad complices, & ſimpliciter ſcientes, & non reuelantes extendimus.

In Superiorum, & Officialium electionibus forma præſcripta à Sacro Conc. Trident. & ordinis conſtitutionibus inuiolabiliter ſeruetur. Iurentq; electores ſecundum veritatem cuiuſq; conſcientiæ probiores, ac magis idoneos ſe electuros; ac propterea priuſquam

ad electionem deueniatur in primis, & ante omnia prælegantur conſtitutiones de qua- A
litate, & requeſitis eligendorum. Ad officia, gradus, & Prælaturas illi præcipuè eli-
gantur, qui poſſint, & conſueuerint regulas, ordinis, & conſtitutiones obſeruare; præſer-
tim quæ pertinent ad ſeruitium chori, ac veſtitum, & victum communem &c. pro quo
videatur decretum primum, octauum, & decimum.

Illud porrò ſuperiores omnes in Domino admonemus, vt memores ſint rationis, quam
in nouiſſimo die reddituri ſunt pro grege ſibi commiſſo, ac propterea omni ſtudio inuigi-
lent, vt quæ in eorundem ordinis, regulis, & conſtitutionibus, de oratione mentali, ſi-
lentio, ieiunijs, Capitulo culparum, aliiſq; ſpiritualibus exercitijs prudenter, ac piè ſanci-
ta ſunt, ea omnia, & ſingula ad vnguem obſeruentur; intelligantq; ſuper his veluti fun-
damentis omnium religionum ædificia conſtruenda, & amplianda eſſe, quæ vt facilio-
rem exitum ſortiantur, & fructus vberiores in animis fratrum producant, valde oppor-
tunum erit, ſi in quolibet Conuentu, ſingulis hebdomadis habeatur ſermo de religioſa B
diſciplina regulariq; obſeruantia.

Cum q; Prælatus ſederit in ſolio Regni ſui iuxta illud Deuteron. 17. quotidie legat ſta-
tuta regularia, vt timeat Dominum, nec eleuetur cor ſuum in ſuperbiam ſuper fratres
ſuos, neq; declinet ad dexteram, vel ſiniſtram, vt longo tempore regnet.

CAPVT TERTIVM.

De generalis Viſitatoris officio.

CVM præceperit Ieſus Chriſtus diſcipulis ſuis; C
atq; etiam cunctis hominibus, vt vigilent, ſo-
lertem patrem familias imitantes: monueritq;
Apoſtolus, vt vnuſquiſq; miniſterium ſuum
impleat, decernimus, vt generalis Viſitator, ſiue principalis
Miniſter electus tempore ſui officij ſemel in anno (& cre-
brius ſi oportuerit) omnia Cœnobia, & fratres noſtræ Con-
gregationis viſitet: vitia, aut commiſſa ſcelera ſcrutetur, & D
puniat: inquietos corripiat, repurganda repurget, corrigen-
da corrigat; turbata dirigat, confuſa ordinet, negligentes, ac
deſides admonitionibus excitet: & quæ ex illius iudicio re-
formatione indigebunt, diligenti ſtudio emendentur. Deni-
que priuilegia noſtra ad vnguem obſeruans, quæcumq; in
illis continentur, viriliter exequatur. Cæterum ſi alijs occu-

pationi-

A pationibus impeditus hæc ipſe præſtare, & efficere non poſſet, nec etiam eius Commiſſarius generalis; Commiſſarijs alijs tunc deputatis harum rerum curam demandet. Hos Prouinciales Diſcreti quaſi conſiliarij, & ſcribæ prouinciatim comitentur. Diſcretis abſentibus, vel legitimè impeditis, alios ordinis patres ad hanc prouinciam maximè idoneos aſſumere ſibi liceat. 2 Singuli verò Fratres viſitantibus prælatis delinquentium errores reuelent. 3 Si quis autem incor-
B rigibilis fuerit, poſt trinam monitionem Diſcretis conſultis, quaſi morbida pecus (vt præcepit Nic. IV.) de congregatione eijciatur.

Collatio ex num. 1. 2. & 3.

QVod Viſitator generalis ſemel in anno, & pluries, ſi opus fuerit, viſitet &c. habetur ex Regulis Nic. IV. & Leonis X. poteſt etiam conijci ex alijs priuilegijs: & licet præciſè de Commiſſarijs mentio ibi non fiat, ſubintelligitur tamen, quod ordinarius impeditus poſſit ſui officij exercitium alijs demandare, &
C habere Vicarium, & omnes officiales pro recta ſui officij adminiſtratione. In literis tamen Paul. 3. Paſtoralis officij &c. quam plura de Commiſſario generali decernuntur.

ANNOTATIO PRIMA.

MInister generalis Religionem viſitaturus, cùm ad aliquem Cœnobiorum prima vice peruenerit, recipiatur à tota fratrum communitate cum cruce, cantantes. Salue Pater &c. vel Te Deum &c. & deducatur ad eccleſiam ante altare maius, & decantata oratione ponatur in ſella paſtorali, ad quem omnes accedant, illius manus deoſculantes, ac ſub illis capita ſua ponentes in ſignum obedientiæ, recipiantq; eius benedictionem.

D *Et ſi quis cupiat ſcire, quanta ſit authoritas Miniſtri generalis, vltra contenta in hoc capite, & in prædictis Nic. IV. & Leonis X. regulis. Legat etiam Bullas Eug. IV. Iniunctum nobis &c. Nic. V. Apoſtolicæ Sedis &c. Sixti IV. Sedes Apoſtolica &c. Clem. VII. Ad vberes &c. qui inter alia concedit Miniſtro generali, vna cùm Diffinitoribus poſſe facere ſtatuta diuerſa pro diuerſitate perſonarum ſibi ſubiectarum: nempè nonnulla pro fratribus, & ſororibus coniugatis in ſeculo manentibus; alia pro Eremitis; alia pro Fratribus in communi viuentibus, nec non alia pro Monialibus huius ordinis de Pœnitentia, & poſſe omnes ad eorumdem ſtatutorum obſeruantiam compellere; legat pariter, & indulta aliorum Summorum Pontificum. Quibus addatur, quòd Miniſter generalis noſtri ordinis ſicuti Generales aliarũ religionum eſt Prælatus exemptus, & immediatè Summo Pontifici ſubiectus, & iure communi ordinario, naturali, diuino,*

atq; humano in ſuos ſubditos omnem illam authoritatem, atq; poteſtatem habet, quam Archiepiſcopi, & Epiſcopi in ſuos; & generaliter circa illos diſpenſare poteſt in omnibus illis caſibus, in quibus iure non eſt prohibitus. Vnde ſicut Epiſcopi ſi non fuiſſent prohibiti à iure, à Papa, aut ab Eccleſia poſſent in ſuis diœceſibus quidquid poteſt Papa in tota Eccleſia. Ita & Generalis ſi non fuiſſet prohibitus, poſſet circa ſuos ſubditos omnia ea, quæ & Summus Pontifex in tota Eccleſia, cum poteſtas Miniſtri generalis, æqualis ſit, vel ſaltem ſimilis poteſtati Epiſcopali. Animaduertendum tamen eſt, quod quandoque aliqua prohibentur Generalibus, quæ non Epiſcopis, & viceuerſa aliqua prohibita ſunt Epiſcopis, & non Generalibus, quare huiuſmodi authoritates ſe adinuicem excedunt. Vnde diligenter Generalis conſiderare debet, quæ ei ſint conceſſa, & quæ prohibita. Plura vide apud Nau. Commentarijs de Regul. & in ſumma cap. 12 Victor. in relect. de poteſt Eccl. q. 2. num. 28. Soto in quarto ſent. diſtin. 27. q. 1. artic. 4. A

Quorum Miniſtrorum Generalium expleto ſuo officio adhuc perdurat aliqua ſuæ authoritatis ſimilitudo, & figura. Nam omnes qui fuerunt Generales ſunt Patres totius ordinis, qui ſi comodè fieri poteſt, vocari debent ad quodcunq; negotium totum ordinem concernens. & ad Diſinitiones generales, in quibus vocem deciſiuam habent, & ex conſuetudine ſubijciuntur ſolo Miniſtro generali; & retinent titulum Reuerendiſſimi. Et durante Capitulo generali poſt Miniſtrum generalem actualem ſedet Miniſter generalis, qui tunc ſuo functus eſt officio. & ordinatim alij qui fuerunt Miniſtri generales ſecundum antiquitatem ſuæ electionis, & poſtmodum peracto Capitulo, ille etiam, qui immediate antea fuit Miniſter generalis ſeruare habet cum alijs qui fuerunt Generales ſuæ electionis antiquitatem iuxta decreta Fratrum Minorum de obſeruantia. Solentq; ſi ipſi conſentiunt in ſuis Monaſterijs, in quibus degunt; imò & quandoque in tota ſua Prouincia authoritate Commiſſarij generalis ornari. Quod Monaſterium à nullo alio, quàm à Miniſtro generali viſitari conſueuit. & ego vidi literas patentes vno ex antiquis Miniſtris generalibus noſtræ Religionis ſub titulo Miniſtri perpetui talis Cœnobij conceſſas. Et Generales Fratrum Minorum Conuentualium Sancti Franciſci, & Sancti Auguſtini, & alij conſimilem, imò & maiorem authoritatem habent. In conſtitutionibus Fratrum Minorum ita habetur. Generales præteriti nuncupantur, & ſunt Patres perpetui ordinis; vocarique debent ad Capitula generalia, in quibus habent votum electiuum, & reſpectiue deciſiuum. Et qui fuerunt Generales præcedant omnes à Generali. Et Conuentus optionem pro arbitratu ſuo habere poſſint, in quo reliquum vitæ ſuæ ſpatium Deo famulantes traducant, quibus de neceſſaria, & congruenti ſeruitute conſulatur, ita vt duos ad minimum ſocios habeant, qui ipſis Miniſtrent. Et præterea retinere eos volumus titulum Reuerendiſſimi. B C D

ANNOTATIO SECVNDA.

Nimis eſſem prolixus ſi omnia recenſere vellem, quæ ſeruare debent ſuperiores, pariter & inferiores in inueſtigandis, & reuelandis Fratrum delinquentium erroribus, & peccatis. Quapropter vt ſine offenſa ſuum vnuſquiſq; munus adimpleat, legant attentè, quæ tradunt Sumiſtæ, & præcipuè Nauar. cap. 18. à num. 37. vſque ad num. 62. cap. 24. à num. 12. vſq; ad nu. 15. & cap. 25. à num. 31. vſq; ad num. 34. & Tolet. lib. 5. cap. 57. cap. 69 & cap. 73. Quia frequenter prætextu correctionis alterius propria illaqueatur conſcientia. Quid poſtea erit, ſi ira, odio, inuidia, vel aliqua

alia

A alia malitia debitus non ſeruetur ordo? Ignis zelus debet ardere in oleo miſericordiæ. Propterea Apoſt. 2. Theſſ. inquit, nolite quaſi inimicum exiſtimare illum, ſed corripite vt Fratrem. Ideo attendat Prælatus, qui iniuſtitias aliorum debet corrigere, ne ipſe iniuſte agat. Et qui accuſat, ne accuſatio eius ſit accuſabilis, vel reprehenſio ſit reprehenſibilis.

ANNOTATIO TERTIA.

Circa eiectionem incorrigibiliũ videatur Nau. Comentariis de Regul. Et eſt ſciendum, quod non ſolum noſtra, ſed & omnes ferè religiones habent ſtatuta, & priuilegia, quibus tenentur incorrigibiles eijcere; & de facto tales quotidie eijciunt. Seruandum eſt tamen præſens ſtatutum præcepto Nic. IV. & Leonis X. innixum. Similiter & doctrina ſancti Bonauenturæ ſuper Regulam Fratrum Minorum quæſt. 14 Vbi
B concludit, quod Fratres poſſunt, & debent expelli à religione, & habitu priuari, infraſcriptis ſimul concurrentibus. Scilicet, quod ſint incorrigibiles, & eorum defectus ſint notorij non ſolum fratribus, ſed & ſecularibus, & quòd periculum immineat, quod ſuo malo exemplo alios inficiant, & corrumpant. Et licet duplex ſit incorrigibilitas, iuris ſcilicet, & facti, & regula noſtra loquatur ſolum de incorrigibilitate iuris, quæ conſiſtit in hoc, quod de eodem graui, & ſcandaloſo delicto quis ter fuerit punitus, & non reſipuerit; tamen non improbabiliter à multis tenetur, quod poſſit extendi etiam hoc decretum ad incorrigibilitatem facti, quæ conſiſtit in hoc, quod quis pluries graue, & ſcandaloſum crimen comiſerit, quamuis de eo non fuerit punitus; quia vtriuſq; ratio eſt eadem. Iſta tamen expulſio non poteſt fieri à quocumq; ordinis Superiore, ſed ſolum à Generali; ſed neq; ipſe ſolus hoc poteſt, ſed cum conſilio Diſcretorum, neq; pro
C quocumq; delicto, ſed pro graui, & ſcandaloſo tantum, atq; pluries comiſſo, & non ſit ſpes emendationis.

ANNOTATIO QVARTA.

**Qui Miniſter generalis ad inſtar Ioſue reſpectu Moyſis locum Seraphici Patris Franciſci tenens, pro exacta ſui officij adminiſtratione velim putet ſibi dictum, quæ Dominus (Moyſe mortuo) dixit Ioſue cap. 1. *Sicut fui cum Moyſe, ita ero tecum, non dimittam, nec derelinquam te, confortare, & eſto robuſtus, tu enim ſorte diuides populo huic terram, pro qua iuraui Patribus tuis, vt traderem eam illis, confortare igitur, & eſto robuſtus valde, vt cuſtodias, & facias omnem legem, quam præcepit tibi Moyſes ſeruus meus, ne declines ab ea ad dexteram, vel ad ſiniſtram, vt*
D *intelligas cuncta, quæ agis; non recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus, ac noctibus, vt cuſtodias & facias omnia, quæ ſcripta ſunt in eo, tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. Ecce præcipio tibi confortare, & eſto robuſtus, noli metuere, & noli timere, quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcumq; perrexeris.***

CAPVT QVARTVM. A

De officio Vicariorum Prouincialium.

ET quoniam non omnia poſſumus omnes, animaduertimus per Miniſtrum principalem, & eius Commiſſarium generalem non poſſe ſingula effici: Quibus ſanè poſteaquam coadiutores dedimus, quos prouinciales Vicarios appellauimus, ac B ſingulis Prouincijs ſingulos præfecimus; eorum quoq; officia declarantes, ſtatuimus, & ordinamus; vt huiuſmodi Vicarij principali Miniſtro, eiuſq; Commiſſario generali, ac alijs (ſi quos interdum miſerit) in omnibus obediant. 2 Nec non vltra illius Miniſtri viſitationem ſemel in anno, vel ſæpius pro rei neceſſitate, vnuſquiſq; ipſorum prouinciali Diſcreto comitatus Cœnobia, & fratres Prouinciæ ſibi aſſignatæ viſitet, Cœnobiorum damna, & fratrum errores, ac delicta perſcrutans, quibus ſubueniendum ſenſerit, accurate ſubueniat, corrigenda corrigat, infrenes, ac nimiam ſibi licentiam vendicantes compeſcat, anomalos, ac preuaricantes, vel acri ſermone, vel ſupplicio ad noſtri Ordinis Decretorum obſeruationem, frugemq; reducat. Præſint deniq; prouincijs huiuſmodi Vicarij quaſi Viceſgerentes Viſitatoris generalis. C 3 Grauiora tamen, magiſq; ſeria eidem Viſitatori generali moderanda referuent; à quibus peragendis ipſi omnino abſtineant; niſi & quatenus prudens Viſitator per ſe facti, vel prouinciæ neceſſitate inſpecta, ac hominum integritate, & ſinceritate cognita ipſis, vel ipſorum alicui plenitudinem poteſtatis demandauerit, aut delegauerit. D

A

ANNOTATIO PRIMA.

Nihil aliud eſſet annotandum circa hoc caput, quàm quod dictum eſt in præterito capite. Cum Vicarij Prouincialis authoritas in ſua Prouincia æqualis ſit authoritati Miniſtri generalis in tota religione; & illius iuriſdictio, ſicut diximus de iuriſdictione principalis Miniſtri ſimilis ſit, vel quaſi ſimilis iuriſdictioni Epiſcopali; niſi authoritas Vicariorum prouincialium noſtrorum eis eſſet limitata, & reſtricta. Quapropter ſciant Vicarij Prouinciales, quod ex hoc capite.nu.3.debent ſe omnino abſtinere a grauioribus, magiſq; ſerijs peragendis, ſunt etenim Miniſtro generali reſeruata, niſi à Generali ipſo fuerint illis demandata, & delegata. Quod affirmandum eſt etiam de alijs ſibi prohibitis. Ideo ſtudeant Vicarij Prouinciales cognoſcere vſq; ad quem terminum ſua authoritas ſe extendat.

B

CAPVT QVINTVM.

De Cœnobiorum miniſtris.

C Vnicuiq; domui Paterfamilias decus, & columen. Itaque noſtris omnibus Cœnobijs rectores præfecimus; eoſq; Miniſtros nuncupauimus. 2 Nunc verò decernimus; vt familiæ vel cætui quiſq; ſuo, & Cœnobij bonis bene præſit, quæ velit (honeſta tamen) præcipiat, iubeat, & imperet. 3 Domus officia diſtribuat, errantem corrigat, delinquentem puniat, ne ipſi obijci poſſit, quod inquit ſanctus Apoſtolus: Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. D 4 Rigorem, & abſtinentiam regulæ, ſiuè decretorum noſtrorum, quoties vrgebit neceſſitas, ipſi Miniſtri ad tolerabilem clementiam, & æquitatem redigere poſſint. Sin autem nimis laxantes ordinis diſciplinam, eandem aut deſtruerent, aut immutarent, generali Viſitatori accuſentur.

Collatio ex cap. 5. & ex cap. 6. A

CVm Miniſtrorum Conuentus, & eorum Vicariorum officia ſint permixta, Nos quoq; promiſcuè decreta cap. 5. & 6. conſiderabimus. Horum capitum decreta ſumpta ſunt ex regula Nic. IV. & abundantius ex Bulla Nic. V. Apoſtolicæ Sedis, &c. Vbi habetur, quod generalis Miniſter, & deputati, vel deputandi ab eo, aut à maiori parte ipſorum, habeant plenariam poteſtatem quæcumq; iuſta, & honeſta ordinandi; & in abſtinentijs, ieiunijs, auſteritatibus, cæteriſq; obſeruantijs ex legitima cauſa diſpenſandi. Et ibi continentur multa alia ad hæc capita, & ad facultatem Prælatorum religionis ſpectantia.

ANNOTATIO PRIMA. B

OLeum, & operam me perditurum exiſtimo: ſi vt nomen Prioris, nomen faſtus, & ambitionis Cœnobiorum rectoribus, vt deponant, & nomen Miniſtri, nomen humilitatis, nomen Euangelicum vt reaſſumant perſuadere conabor. Attamen ſciant, quod nomen Miniſtri ſibi à regula hoc capite eſt præſcriptum. Et quotieſcumq; de eis in Regula fit mentio, ſemper eos Miniſtros vocari, & ſimiliter in Regulis Nic. IV. & Leonis X. Et in omnibus ferè priuilegijs. Quod nomen ſicuti originem traxit à Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui pluribus in locis, vt Matth. 20. & 23 Marc. 9. & 10. & Luc. 22. diſcipulos ſuos commonens primos, & priores nuncupauit Miniſtros, & ſeruos, & ſe veniſſe Miniſtrare, & non miniſtrari affirmauit; Ita non dubito quin à Seraphico ſancto Franciſco humilitatis Ieſu Chriſti vero immitatore non fuerit ſuperioribus noſtræ religionis impoſitum; cùm & in regula Fratrum Minorum cap. 10. Superiores illius ordinis vocauerit Miniſtros, & ſeruos dicens, qui ſunt Miniſtri, & ſerui aliorum Fratrum viſitent, & moneant Fratres ſuos &c. Quibus authoribus Chriſto, & Franciſco Maiores noſtri deferentes, nedum locorum Superiores, ſed & Generales ipſos, Miniſtros generales, vel Miniſtros principales nuncuparunt, ſimiliter, & priuilegia. Et Summi Pontifices pro ſummo honore, & pro maxima dignitate habent, ſe ſeruos ſeruorum Dei vocari. C

ANNOTATIO SECVNDA.

HOrum Miniſtrorum Conuentus, & ſuorum Vicariorum authoritas in hoc, & capite ſequenti expenditur. Vbi Miniſtrorum per ampla authoritas patet, non ſolum temporalis ſed & ſpiritualis; non ſolum circa bona Conuentus, ſed & circa fratres, quibus imperare poſſunt, non tantum contenta in regula, ſed quæcumq; velint, honeſta tamẽ; ac cum ipſis ſuper auſteritates moderate diſpenſare. Et quamuis explicite in regula non habeatur, tamen implicite ſupponitur, quod ſicuti cum alijs ita & ſecum diſpenſare poſſint; ſic docet Caiet. 2. 2. art. 5. dicens Quod qui habet authoritatem ad diſpenſandum cum ſubditis, habet eandem ad diſpenſandum ſecum. Imò per participationem priuilegiorum, vt notat collector in Compendio verbo Prælati; & verbo Guardiani. tantam poteſtatem habent in ſuis Conuentibus circa ſuos ſubditos, quantam prouinciales Vicarij in tota Prouincia, & Miniſtri generales in tota Religione; niſi per regulam, & ſtatuta Ordinis noſtri authoritate Apoſtolica confecta eſſet ipſis Miniſtris talis facultas in multis reſtricta. Nec etiam iure communi tantam auctoritatem habent, quantam prouinciales D

uinciales

A uinciales Vicarij, & Generales Miniſtri; quia licet, & ipſi locorũ Miniſtri ſint Prælati, & verè Prælati ordinarij, vt Syluest. verbo Prælatus Ang. verbo Delegatus, et Collector priuileg. verbo. Abſol. quo ad fratres. & Corduba. verbo Guardianus. Tamen ſunt Prælati minores, quorum authoritas aſſimilatur potius authoritati Archidiaconorũ, & Plebanorum, quàm quod æquiparetur authoritati Prouincialium, vel Generalium, quorum authoritas ſimilis eſt authoritati Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum. Quare non poſſunt maiora negotia per ſe abſoluere, cum eorum iuriſdictio ſit à iure limitata, & reſtricta. cap. fin. de off. Archipresb. & ibi Gloſſa. verbo. Referat. Vnde conſiderando ſimul quæ ſunt iuris communis, & quæ per regulam, & ſtatuta noſtra diſinitum eſt; Miniſtri locorum præeſſe poſſunt familijs ſuis, & cœnobiorum bonis; & iubere, præcipere, & imperare quæcumq; volunt, ſed honeſta, & diſcreta; corrigere, & punire delinquentes, eoſq; obedientia, cenſuris, & pœnis conſtringere; Non tamen maiora efficere, vtpote actibus legitimis priuare, vel grauiorem pœnam imponere, caſus ſibi reſeruare, vel à
B caſibus reſeruatis abſoluere, cum illegitimis diſpenſare, Nouitios admittere ad profeſſionem, inſtituere Prædicatores, nec Confeſſores, neq; etiam ad audiendas confeſſiones ſuorum ſubditorum, niſi ex approbatis, licentiare ad ordines, mittere fratres extra Prouinciam, nec fratres aſciſcere in ſuam familiam, diſtribuere bona decedentium, construere ædificia ſumptuoſa, alienare bona Conuentus, & ſimilia, quæ ſunt eis prohibita. Poſſunt tamen ſibi eligere Confeſſorem, vbicumq; fuerint, etiam ſi ſint Hoſpites; quia illis non eſt ablata talis facultas, quæ ipſo iure cap. fin. de pœnit. & remiſſ. collata eſt Prælatis exemptis. Compend. priuileg. vbi ſupra.

ANNOTATIO TERTIA.

C CVm duplicem, vt videre libet, hi Cœnobiorum Miniſtri poteſtatem habeant, ſpiritualem ſcilicet, & temporalem; vtriq; pro ſuo poſſe incumbere tenentur. Non plus gerat Abbas (inquit Bened. in Reg. cap. 2.) ſolicitudinem de rebus tranſitorijs, & terrenis, quam de ſalute animarum. Et ſi ambabus (vt conuenit) Miniſter vacare nequiuerit ſpiritualem temporali præponat, iuxta illud. Ioan. 6. operamini non cibum, qui perit, ſed manentem in vitam æternam. Et ſequutus conſilium Ietro. Exod. 18. ſit ipſe populo in his quæ ad Deum pertinent, vt referat, quæ dicuntur ad eum, oſtendatq; populo cæremonias, & ritum colendi, viamq; per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant. Et ad intendendum temporalibus alium ſubſtituat. Et eſt illud idem, quod maiores noſtri cap. 6. reg. voluerunt, dum ad inſtar Apoſtolorum. act. 6. qui vt orationi, & Miniſterio verbi Dei inſtarent, conſtituerunt ſeptem Diaconos ſuper menſarum miniſterium. Ita & ipſi ſtatuerunt, vt Miniſter eligat ſuæ familiæ Vicarium,
D qui temporalia curet, vt Miniſter ipſe facilius lectioni, exhortationi, & doctrinæ attendere valeret. Hoc eſt munus præcipuum Miniſtri, lectione, exhortatione, & doctrina paſcere ſuos ſubditos, alioquin ſuæ negligentiæ apud Deum pœnas luet. Audiant Miniſtri, quid Proſp. de vita contemplatiua lib. 1. de Paſtoribus dicat. Quapropter (ait) & ſanctè debet viuere propter exemplum, & docere propter ſuæ adminiſtrationis officium. Certus quod nihil ei ſua iuſtitia ſuffragetur, de cuius manu anima pereuntis exigitur. Quando quicumq; alius perit, quem nulla docendi neceſſitas mouet, ſolus pœnas ſui ſceleris dabit, ille autem cui diſpenſatio verbi commiſſa eſt, etiam ſi ſanctè viuat, & tamen perdite viuentes arguere noluit, qui non prædicit perſeuerantiam iuſtis, pœnitentiam prauis, contemptum mundi conuerſis, & futuras pœnas auerſis, cum omnibus, qui eodem tacente perierint, perit; & quid ei proderit non puniri ſuo, qui pu-

niendus eſt alieno peccato? fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, ſi impio locutus non fueris, vt ſe ab impietate ſua cuſtodiat, & ille perierit, ſanguinem eius de manu tua requiram. Ezech. 3. Quam rem altiſſima contemplatione perpendens Aug. dicebat, quod in tremendo Iudicio ſupremus Iudex Deus à Prælatis hæc tria requiret. Quomodo intraſti, quomodo vixiſti, quomodo rexiſti. A

Sciant tamen Miniſtri quod ſubditis proponitur Dei verbum non ſolum ſermone, ſed & opere, imò verius opere, quàm ſermone; longum paratur iter per præcepta ait ſapiens, ſed breue, & efficax per exempla. Eſt enim via compendij exemplum. Vnde Bened. in Reg. Abbati præcipit, vt bona, & ſancta factis amplius, quam verbis oſtendat. Prælati eſt dicere, quod Gedeon dixit. Iud. 7. quod me facere videritis, hoc facite. Efficacior eſt enim vox operis, quàm ſermonis. Regis ad exemplum totus componitur orbis, vnde ſubditi ſequuntur mores ſuperiorum; quapropter ſacra Scriptura Num. 26. dicit factum fuiſſe miraculum grande, quòd cum Chore non perierint filij eius, volens ex hoc oſtendere, quod fuit mirabile, Patrem fuiſſe peruerſum, & filios ſuum malum exemplum non fuiſſe ſequutos. B *Quare ſuperiores ſuis ſubditis in omnibus debent præbere ſeipſos exemplum bonorum operum. tit. 2. Nam vt dicit Greg. mor. cap. 8. loquendi authoritas perditur, cum vox opere non iuuatur. Et Hom. 17. in Luc. Tunc alijs recta verè prædicamus, ſi dicta rebus, & exemplis oſtẽdimus. Et certe res contra naturã eſt linguã manu maiorem habere, quare ſecundum conſilium Hieron. ſuper Leuit. eligatur, & promoueatur in Miniſtrum ille, qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute perfectior, qui potens, eſt opere, & ſermone.*

Et ſi contingat Miniſtrum minime eruditum eſſe; ſufficiat alium ex ſua familia idoneum, & eruditum, qui in locum ſuum Dei verbum, & ſufficientem eruditionem fratribus proponat; non ſecus ac Sanctus Vincentius ſui Diæceſani partes ſuſcepit, prædicandi Euangelium, eo quod Epiſcopus propter linguæ impedimentum prædicationis officio fungi non poterat; Nec eſt quid nouum, cum & Deus Moyſi populi Hebræorum Duci, eò quod eſſet linguæ tardæ, & impeditæ, dederit Aaron eloquentem, vt pro Moyſe loqueretur. Exod. 4. & ipſe (inquit) loquetur pro te ad populum, & erit os tuum; tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent. C

Sed forſan Miniſter nec fratrem in ſua familia idoneum ad tantum officium habebit, habeat ſaltem Scripturam ſacram, legendarium ſanctorum, libros ſpirituales, & exemplares, & eos præcipuè, qui de religioſorum eruditione pertractant; & eorum lectioni vna cum ſubditis ſuis iugiter ſerio incumbat, iuxta Hieron. ad Demet. virg. dictum. Diuinas ſcripturas ſæpius lege, imò numquàm de manibus tuis ſacra lectio deponatur, in ſcripturis diuinis, per quas ſolas potes plane Dei intelligere voluntatem, prohiberi quædam, præcipi quædam, concedi aliqua, ſuaderi nonnulla, prohibentur mala, præcipiuntur bona, conceduntur media, ſuadentur perfecta. Nihil (inquit Hugo lib. 1. de anima) in hac vita dulcius ſentitur, nihil auidius ſumitur, nihil ita mentem ab amore mundi ſeparat, nihil ſic animum contra tentationes roborat, nihil ita hominem excitat, & adiuuat ad omne opus, & ad omnẽ laborẽ, ſicut ſtudiũ Sacræ Scripturæ. & Hieron. ſuper illud Pſalm. 147. & adipe frum. ſatiat te. dicit. Pinguiſſimus ſermo diuinus eſt, omnes in ſe habens delicias, quicquid volueris, ex ſermone diuino naſcitur, ſicut tradunt Iudæi, quod manna, quãdo comedebant, ſecundũ voluntatẽ vniuſcuiuſq; ſapiebat in ore. D

Sed adhuc Miniſter aliquis dicet, Idiota ſum, & rudis, non intelligam libros ſacros, & ſpirituales. Audiat talis Chriſoſt. ſuper Matt. 22. In ſcripturis ignorans inuenit quid diſcat. & Hugo. lib. 1. de anima. Ad Sacræ Scripturæ cognitionem opus eſt animæ compunctione potius, quam profunda inueſtigatione; ſuſpirijs, quam argumen-

tis; cre-

A tis; crebris gemitibus, quàm copioſis argumentationibus; lacrimis, quàm ſententijs; oratione, quàm lectione; gratia lacrimarum, quam ſcientia literarum; cæleſtium potius contemplatione, quàm terreſtrium occupatione. Quare cum verbis Apoſtoli ad Timoth. 1. cap. 4. hanc annotationem concludam dicens. Præcipe hæc, & doce, ſed exemplum eſto fideliũ in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ; hæc meditare, in his eſto, vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus; attende tibi. & doctrinæ, inſta in illis, hoc enim faciens, & teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt. Nam vt idem Apoſt. ad Rom. 15. dicit. Quæcumq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.

ANNOTATIO QVARTA.

B NOn putet idcirco fidelis Miniſter. qui Vicarium in temporalibus ſuo Conuentui præfecerit, atq; omnia domus officia diſtribuerit, quod ipſe ab illis immunis ſit, & quod tantummodo lectioni, & verbo Dei vacare debeat; quia licet hoc ſit principale ſuũ munus, tamen & alijs quibuſcumq; officialibus inuigilare tenetur, ſiue Vicario, ſiue Nouitiorum Magiſtro ſiue Sacriſtæ, ſiue Ianitori ſiue Confeſſarijs, ſiue Cocquo; exẽplo euãgelici Patrisfamilias Mat. 25. qui non fuit contentus dediſſe vnicuiq; ſecũdũ propriam virtutem; ſed & in tempore ſuo poſuit cum eis rationem. Ita ipſe Miniſter quotidie, & omni hora debet ſuorum officialium actiones obſeruare, & ſecum tractare non tantum de expenſis, conſeruatione, vel multiplicatione rerum temporalium, quantum, & diligentius de profectu, vel detrimento animarum, & de ordinis reformatione, & efficere, vt vnuſquiſq; cum diligentia, cũ charitate, ſine quærela ſuum exequatur officium, & ſimul
C atq; ſuos ſubditos errantes inuenerit, correctionem non negligat, ſecundum dictum Bened. in Reg. 2. c. 2. Non diſſimulet Abbas peccata delinquentium, ſed mox vt cæperint oriri, radicitus ea amputet. Quia vt dicit Bernard lib. 3. de conſid. Impunitas eſt incuriæ ſoboles, inſolentiæ mater, radix imprudentiæ, tranſgreſſionum nutrix. Vnde de Prælato negligenti dici poteſt, quod habetur Prouer. 24. per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleuerunt vrticæ, & operuerunt ſuperficiem eius ſpinæ, & materia lapidum deſtructa erat.

Et ſicuti locum, & vices Dei tenet, ita pro poſſe, & ſuo modulo debet Deo aſſimilari, omnia intueri, omnia ſcire, omnia prouidere, in omnibus locis fieri præſens, in Choro, in Refectorio, in Eccleſia, orationi &c. Et maxime cum habeat temperare auſteritates regulæ, ideo debet omnes Ordinis aſperitates cum alijs ſuſtinere, vt ex ſe ipſo quæ proxima ſunt, intelligat, & dum ſentit miſeriam, adiſcat miſericordiam. De
D capite Eccleſiæ Chriſto dicit Apoſtolus ad Heb. 2. debuit aſſimilari per omnia fratribus, vt miſericors fieret. Miniſter enim qui in Conuentu non iacet, cùm communitate non manducat, nec bibit, qui ad diuinum officium, & orationes, & alia exercitia ſpiritualia, & temporalia non vadit, qui onus religionis non ſuſtinet, quomodo auſteritates prudenter temperabit? quid mirum ſi ſint immiſericordes? de talibus verificatur illud Amos 6. Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtatis veſtris, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem pſalterij bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph.

Se tamen abſtinere debent Miniſtri à leuibus diſpenſationibus, quia ſic non diſpenſant, ſed diſſipant; Non ſum tam rudis (dicebat Bernard. lib. 3. de conſid.) vt

ignorem nos poſitos diſpenſatores in ædificationem, non in deſtructionem. & lib. de præcepto, & diſpenſatione, ait; Remiſſio voti abſq; neceſſitate, non diſpenſatio, ſed præuaricatio eſt. A *Ideo Nic. IV. & Nic. V. vbi ſupra agentes de diſpenſatione regulæ vtuntur his verbis. In abſtinentijs, ieiunijs, & auſteritatibus alijs ex cauſa legitima, cum expedire viderint, poterunt diſpenſare. & Regula noſtra cap. 5. nu. 4. Rigorem, & abſtinentiam regulæ, ſine decretorum noſtrorum quoties vrgebit neceſſitas ipſi Miniſtri ad tolerabilem clementiam, & æquitatem redigere poſſint. & cap. 11. nu. 4. Neq; tamen vllus in plumeis lectis cubet in Cœnobijs noſtris, niſi adſit Miniſtrorum conſenſus, quos tamen hoc alicui concedere non permittimus, niſi vrgeat neceſſitas. & cap. 13. nu. 14. Prælatis enim iuxta priuilegia noſtra, circa ieiunia, religioniſq; auſteritatem, cum opus fuerit, diſpenſandi facultas datur. Velim notent Miniſtri verba illa. Ex cauſa legitima. Quoties vrgebit neceſſitas. Niſi vrgeat neceſſitas. Cum opus fuerit. Quæ verba arguunt magnam cauſam in diſpenſatione. Similiter illa. Ad tolerabilem clementiam, & æquitatem. Ex quibus conijcitur, quod auſteritas religionis non debet in* B *totum remitti, ſed ſolum quantum ſufficit. Quod colligitur etiam ex ſequentibus verbis dicti cap. 5. nu. 4. Quibus præcipitur, quod accuſentur Generali Viſitatori illi Miniſtri, qui non ſolum immutant, vel deſtruunt, ſed etiam, qui nimis laxant ordinis diſciplinam. Nec talis inconſiderata diſpenſatio dicenda eſt pietas, ſed crudelitas; quia nil aliud eſt, quàm retrahere fratres à ſibi æterno propoſito præmio, vel ſaltem illud eis diminuere; quod medijs auſteritatibus regulæ ſibi comparare promiſerunt. Eſt ſententia Bernard. de præcepto, & diſpenſatione. Si pœnitentia noſtra crudeli miſeratione minuitur, paulatim gemmis corona noſtra priuatur. & Miniſtri talia perpetrantes debent principali Miniſtro accuſari.*

Has inſtructiones omnibus ordinis Prælatis communes, ad Cœnobiorum Miniſtros potius, quàm ad Vicarios Prouinciales, vel ad Miniſtrum generalem dirigere voluimus, tum quia regula ipſa in hoc loco maximam nobis præbuit occaſionem, tum etiam C *& principaliter; quia totus ferè prouectus, & defectus ordinis; omnis reformatio, & diſſolutio religionis in manibus Miniſtrorum conſiſtit. Habeat religio noſtra regulam ſanctam, ſtatuta ſalubria, conficiant ſuperiores Maiores, & publicent conſtitutiones peroptimas, apponant eis pœnas, & præmia, cogitent, dicant, faciant, quicquid velint, quod ſi Miniſtri locorum, qui quotidie, omni hora, iugiterq;, virtutes, obſeruantias, necnon & vitia, & diſſolutiones ſingulorum fratrum vident, noſcunt, & experiuntur; ſi (inquam) ipſi Miniſtri non cuſtodiunt diſciplinam, & magno zelo non promouent, & exequuntur obſeruantiam; factum eſt nihil. Verumtamen eſt, quod quando reperiatur Meniſter aliquis diſcretus, prudens, & zelo animarum & religionis ardens, quod deberet à Prælatis maioribus adiuuari, & ad vlteriora promoueri.*

CAPVT SEXTVM. D

De Cœnobiorum Vicarijs.

QVò facilius Cœnobiorũ Miniſtri lectioni, exhortationi, & doctrinæ: quod ait Paulus, attendere valeant, eoſdem domeſtica cura omnino diſtineri nolumus; neq; enim æquum eſt iuxta illud,

nos

A nos relinquere verbum Dei,& miniſtrare menſis. 2 Decernimus igitur, vt vnuſquiſq; ipſorum idoneum familiæ ſuæ virum in Vicarium eligat: 3 Qui cœnobij bona procuret, & ſeruet, prouentuum curam habeat, eleemoſynas cuſtodiat diligenter, exigat, emat, & vendat, quæ exigenda, emenda, atq; etiam vendenda fuerint, victui præſit, & quotidianis Fratrum incómodis pro viribus ſubueniat, ac eorum veſtitui pariter conſulat. 4 Ipſi tamen duodecim ſolidos dumtaxat
B expendere liceat ſine Miniſtri, & conſilio, & aſſenſu. 5 Præterea accepti, & expenſi in ſingulos menſes coram fratribus aduerſaria proferat, rationemq; reddat.

ANNOTATIO PRIMA.

Vicariorum electio de iure. c. 1. & c. licet. & c. vlt. de offic. Vicar. lib. 6. & ex Regula noſtra hoc capite. nu. 2. ad Cœnobiorum Miniſtros ſpectat. Et vltra authoritatem per regulam illis conceſſam, nullam aliam habent, niſi quàm ipſis Miniſtri contulerint:
C *ex conſuetudine tamen ipſi Vicarij in abſentia Miniſtrorum gerunt eorum vices. Quare cum in electione, & in adminiſtratione dependeant à Miniſtris, eorum etiam officium ceſſabit ad nutum Miniſtrorum, necnon mortuis, vel priuatis Miniſtris ipſis. Niſi forte in tabula Capitulari familiarum à Vicario Prouinciali, & à Definitoribus non fuiſſent prædicti Vicarij deputati, quia eo caſu (quamuis ſint Miniſtrorum Vicarij, & eorum authoritas dependeat à voluntate Miniſtrorum, non ſecus, ac aliarum Vicariorum immediatè à Miniſtris electorum) non tamen per mortem, vel priuationem Miniſtrorum, eorum officium vacaret, neq; à Miniſtris, etiam ex cauſa poſſent deponi ſine licentia Superiorum Maiorum. Qui modus conſtituendi Vicarios in Capitulis Prouincialibus multoties dignis de cauſis obſeruatus eſt à nobis quem modum ex conſuetudine retinent fratres Prouinciæ Dalmatiæ. Nec iſti Vicarij ſunt Prælati; quod ſi alicubi, vt in Compend. priuil. verbo. Vicarius. & in qq. Reg. Emanuelis Rodrig. tom. 1. q. 17.*
D *reperiatur, quod Vicarij tantam habeant facultatem, quantam Miniſtri; & per conſequẽs ſint Prælati, intelligendum eſt de Vicarijs, qui re ſunt Miniſtri, licet non nomine, propter Fratrum ſubditorum penuriam, vel de Vicarijs à Prouincialibus, vel à Generalibus ad præſidendum alicui Conuentui propter mortem, vel longam abſentiam Miniſtrorum poſitis. Et non de Vicarijs cõmuniter à Miniſtris, vel in Capitulo Prouinciali deputatis, de quibus hucuſq; loquuti ſumus.*

ANNOTATIO SECVNDA.

Hiſce Vicarijs dicam tantum, quod Aug. in 3. reg. dicit Miniſtris Monaſterij, ſcilicet ne indignentur, vel ex conditione iubentis, vel ex conditione ſuſcipientis.

Attende-

Attendere debent iuſſionem Prælati, iuſſionem eſſe Dei; ſecundum illud Luc. 10. Qui
vos audit, me audit. Item attendere debent Miniſterium quod exhibetur minimo fra- A
tri, Chriſto exhiberi, ſecundum illud. Matth. 25. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi
feciſtis. Et Chriſtus non dedignatus fuit Miniſterium humile exhibere indigno Iudæ
proditori ſuo. Quare vt idem Aug. ibi. ſine dilatione, & ſine murmure, & vnicuiq; ſi-
cut cuiq; opus eſt diſtribuant, & Bened. in reg. c. 31. dicit. Celerarius eligatur de con-
gregatione ſapiens, maturus moribus, ſobrius, non multùm edax, non elatus, non turbu-
lentus, non iniurioſus, non tardus, non prodigus, ſed timens Deum, qui omni congrega-
tioni ſit ſicut Pater; curam gerat de omnibus, ſine iuſſione Abbatis nihil faciat, quæ iu-
bentur cuſtodiat fratres non contriſtet; ſi quis autem frater ab eo forte aliquid irratio-
nabiliter poſtulat, non ſpernendo eum contriſtet, ſed rationabiliter cum humilitate male
petenti deneget. & paulo inferius. Infirmorum, infantium, hoſpitum, pauperumq; cum
omni ſolicitudine curam gerat. & paulo inferius. Humilitatem ante omnia habeat, &
cui ſubſtantia non eſt, quæ tribuatur, ſermo reſponſionis porrigatur bonus, quia ſcriptum B
eſt, ſermo bonus ſuper datum optimum. & adhuc inferius. Fratribus conſtitutam anno-
nam ſine aliquo typo, vel mora offerat, vt non ſcandalizentur. & in fine. Horis compe-
tentibus dentur, quæ danda ſunt, & petantur, quæ petenda ſunt, vt nemo perturbetur,
neq; contriſtetur in Domo Dei. & ſuperius in eodem capite. Nihil ducat negligendum,
neq; auaritiæ ſtudeat, neq; prodigus ſit, aut exſtirpator ſubſtantiæ Monaſterij.

Quam vltimam ſententiam eleemoſynarum Quæſtoribus etiam ſibi ipſis dictam eſſe
velim putent, labori enim parcere non debent. Sed non auaritiæ, aut prodigalitati ſtu-
dere; ſed tantummodo vt ſerui Dei decenter, vt par eſt ſuſtententur curare viribus to-
tis contendant.

CAPVT SEPTIMVM. C

De Nouitiorum Præceptoribus.

PRouerbium eſt adoleſcens iuxta viam ſuam etiam
cum ſenuerit non recedet ab ea. Quocirca decer-
nimus, vt vnuſquiſq; Cœnobiorum Miniſter ſpe-
ctata virtute, fide, religione, ac bonis, & caſtis
moribus ex familia ſua virum eligat; 2 cui nouitios, & mo- D
res, & ordinis diſciplinam præbeat edocendos, 3 tradatque
idem præceptor eiſdem, ſi fuerint clerici, neceſſariam littera-
turam. 4 Huic vni ipſos regere liceat, præterea nemini. 5 His
Præceptoris, vel Miniſtri non impetrata venia, cum laicis
colloqui, litteras mittere, aut miſſas accipere, nequaquam
concedendum cenſuimus.

Collatio

A *Collatio ex cap. 7.*

DE Nouitiorum Magiſtris nihil ſanxerunt in ſuis regulis Nic. IV. & Leo X. forſan quia eis viſa res eſt adeo naturalis, vt præcepto nõ indigeret. Vel quia cum ſuperiorum munus ſit venientes ad Religionem inſtituere, eiſdem relinquerunt hanc prouinciam alijs demandare, cùm per ſe ipſos illam perficere nequirent. Eſt tamen decretum huius capitis conſonum iuri communi. c. ne in agro. de ſtat. Monach. §. ſanè. & in cap. omnis ætas. 12. q. 1. ſic decernitur. Omnis ætas ab adoleſcentia in malum prona eſt, nihil enim incertius vita adoleſcentium; ob hoc inſtituere oportuit, vt ſi qui in clero impuberes, aut adoleſcentes exiſtunt, omnes in vno conclaui atrij commaneant, vt lubricæ ætatis annos non in luxuria, ſed in diſciplinis eccleſiaſticis agant, deputati probatiſſimo ſeniori, quem, & Magiſtrum diſciplinæ, B & teſtem vitæ habeant. & fuſius, & extenſius habetur cap. 135. Conc. Aquiſgraneñ ſub Ludouico Pio Imperatore. Et Gloſſ. c. Humilis doctrina. de maiorita. & obed. verb. Humilis doctrina, perpendit nonnullas ex conditionibus, quas Magiſtri habere deberent. bene dicit humilis, nam Magiſter debet eſſe humilis, & benignus auditoribus, & humiliter docere, non cum auſteritate, & potentia. vt 46. diſt. c. hoc habet. Auſteritatis autem nimiæ increpatio nec correptionem recipit, nec ſalutem. 45. diſt. c. cum beatus. Et nimia ſeuitia præceptoris culpæ comparatur. §. ad legem Aquilam. præceptoris modica tamen, & leuis correptio conceditur magiſtro, ita vt excommunicationem non incurrat. Infra de ſent. excom. c. cum voluntate. & c. ex tenore. & 23. q. 5. c. circumcelliones. ad finem. Nec ſæuiendi audacia debet concedi, nec paterna diligentia omitti, quia (vt diſt. 86. c. quando neceſſitas) dum nimis ſeruatur humilitas, regendi frangitur authoritas.

C Et in decretis Congregationis, Reformationis, & Inſtitutionibus ſuper receptione, & educatione Nouitiorum. die 19. Martij 1603. editis. habentur infraſcripta de Magiſtro Nouitiorum, & eius ſocio. Sintq; ambo doctrina, & quantum per ſuperiorum diligentiam, & vires fieri poterit, vitæ etiam ante actæ exemplo præſtantes, orationis præterea, & mortificationis operibus addicti, prudentia, charitateq; referti, non ſine affabilitate graues, zelum Dei cum manſuetudine præſeferentes, ab omni cordis, & animi perturbatione, ira præſertim, & indignatione, quæ in ſe, & erga alios charitatem impedire conſueuerunt, quàm longiſſimè alieni; & tales demum, qui in omnibus ſeipſos bonorum operum exemplum præbeant; vt ij, qui eorum curæ ſubſunt illos non tam metuant, quàm reuereantur, nec illis vmquam detrahere quicquam poſſint. Habeat etiam Magiſter plenam & abſolutam poteſtatem circa Nouitiorum inſtitutionem, ac Nouitiatus regimen, ita vt in illis nemini (Viſi-D tatoribus, ac Superioribus maioribus, vel etiam localibus exceptis) quouis colore ſe ingerere liceat. Curam adhibeat diligentẽ, vt Nouitij omnes in regulari diſciplina ſedulo exerceantur, agnoſcantq; præcipue diuinæ, qua digni facti ſunt vocationis præſtantiam, & excellentiam; quæ vera ſit, atq; perfecta votorum ſolemnium, & quàm neceſſaria cuiuſq; ordinis conſtitutionum obſeruantia, modum in oratione, tàm vocali, quàm mentali fructuosè perſiſtendi, illicitas paſſiones, & vitia (ad quæ natura per peccatum labefactata omni tempore prona eſt, atq; procliuis) per ſenſuum cuſtodiam, & mortificationem cohibendi, auſteritatem, ieiunia, cilicia, diſciplinas, conſcientiæ puritatem, crebram illius diſcuſſionem, ſacramentorum frequentiam, confeſſionis præſertim, quæ bis ſaltem ſingulis menſibus fiat, per aperitionem

tionem quotidianam motuum internorum cordis, & tentationum manifeſtatio-
nem, per exercitium humilitatis circa viliora miniſteria, per modeſtiam in omni- A
bus actionibus, diuturnumq; ſilentium. Hæc ibi. Ex quibus decretis multa alia ad
conditiones, & facultatem Magiſtrorum elici poſſunt. & præcipuè omnia huic ca-
piti regulæ noſtræ conformia.

Nunc verò Magiſter Nouitiorum, & ſocius eligitur iuxta ſequens decretum
Clem. VIII. in ſuis litteris. Cum ad regularem diſciplinam &c. contentum. Noui-
tiorum Magiſtro ſocius, ſi per Nouitiorum inſtruendorum multitudinem neceſſa-
rius fuerit, vita, & moribus (quoad fieri poterit) conſimilis deputetur, qui in his,
quæ ad Nouitiatus regimen ſpectant, dicto Magiſtro immediatè ſubiectus exiſtat,
eliganturq; tàm Magiſter, quàm ſocius per Prouinciale Capitulum, per triennium
ad minus onus huiuſmodi ſubituri. Quod ſi aliquo caſu extra tempus Capitulare
noua loca Nouitiatus concedi contingat, tunc electionem Magiſtri Nouitiorum, &
ſocij huiuſmodi in his nouis locis, per Generalem, vel Prouincialem, ſeu Miniſtrũ, B
aut eorum Viſitatores, ſeu Vicarios, de Diſinitorum tamen, vel grauiorum aliorum
Patrum conſenſu fieri permittitur; idemq; ſeruetur, ſi intra triennium, alterum,
vel vtrumq; vrgenti aliqua de cauſa ex illis locis ammoueri, vel mori contigerit;
in cuius, vel quorum locum alij conſimiles ſubrogari debeant.

Plura de Nouitiorum Magiſtro, & eius ſocio videantur in dictis decretis Gene-
ralibus. Et ſimiliter de poſitu, conſtructione, & conditionibus loci Nouitiatus. Et
Oratorium Religioſorum, cap. 7.

CAPVT OCTAVVM.

C

Qui ad ordinem recipiendi.

NOn eſſe nobis colluctationem aduerſus carnem,
& ſanguinem, ſed aduerſus principes, & pote-
ſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum ha-
rum atteſtatur Paulus: Idcirco militum dele-
ctum habituri, vt acerrime repugnare poſſimus, hoc ipſo de- D
creto prohibemus, ne quis intra quartumdecimum ætatis
ſuæ annum, non orthodoxus, infectus hæreſi, amens, infamis,
cõiugali vinculo irretitus, alieno ære oppreſſus, ſeruus, epilep-
ticus, aut quodpiam aliud corporis vitium, vel defectum pa-
tiens, & religioſæ vitæ inhabilis, religionis noſtræ habitu in-
duatur. At ſi quis contra noſtrum inſtitutum indutus fuerit,

antea

A anteā exuatur, quàm tempus prætereat probationis ſuæ. Qui autem huiuſmodi quempiam induerit, Generali Viſitatori, vel Prouiucialibus Vicarijs attentati pœnam dabit. 2. A Cœnobiorum Miniſtris, maiore fratrum ſuorum parte aſſentiente nouitios ſemper recipi poſſe volumus. 3 Atq; illud in primis mandamus, vt vnuſquiſq; præceptis, quæ ad religionem pertinent, inſtituatur, ne ignarus, & expers, aut rerum; quibus opus eſt, non præmonitus, cœtum noſtrum
B quiſquam ingrediatur.

Collatio prima ex num. 1.

RECipiendorum ad ordinem conditiones deſſumptæ ſunt ex regulis Nic. IV. & Leonis X. & ex ipſo iure communi, vt ex annotationibus apparebit.

Collatio ſecunda, ex num. 1. & 2.

EX regulis Nic. IV. & Leonis X. collectum eſt Miniſtros Cœnobiorum cùm aſſenſu fratrum ſuorum facultatem examinandi recipiendos ſuper requeſita
C eoſq; ad ordinem admittendi habere.

Collatio tertia, ex num. 3.

NIcolaus IV. in ſua regula præcipit, vt religionem ingreſſuro aperte exponantur onera religionis, propterea & hoc in loco regulæ noſtræ mandatur, vt vnuſquiſq; recipiendus præceptis ad religionem pertinentibus inſtituatur, & præmoneatur. Quod deinde præceptum fuit, & in decretis generalibus, his verbis. Prouideant quoq;, vt omnes, etiam Conuerſi recipiendi, priuſquàm ad habitum regularem admittantur, ab ijs, quibus munus hoc incumbit, de regula, quam profeſſuri ſunt; tribus votis eſſentialibus, ſtatuq; regulari, & alijs cuiuſq; ordinis pe-
D culiaribus inſtitutis, & conſtitutionibus diligenter inſtruantur. Et multa alia ad receptionem, & educationem Nouitiorum, tam Clericorum, quàm Laicorum, ſeu Conuerſorum pertinentia videri poſſunt in dictis decretis generalibus. & nihilominus ſubijciemus nonnullas annotationes de Nouitijs, vt quæ principaliter de ipſis dicuntur, promptius præ manibus habeantur.

ANNOTATIO PRIMA.

IN primis animaduertam, quod promouere, & inducere aliquem ad religionem eſt nedum licitum, ſed & ſanctum, & valde meritorium. Thom. 2. 2. q. 189. art. 9. ad cuius confirmationem adducit illud Iacob. cap. vlt. Qui conuerti fecerit peccatorem ab

K errore

errore vitæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum ſuorum. & illud Dan.12. vbi inquit, qui ad iuſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. A

Sciant tamen ſic inducentes, quod id quod iuſtum eſt, iuſtè eſt etiam exequendum, vt habetur Deut.16. Ideo peccarent aliquem inducendo, vi, metu, minis, vel fraudibus. 20.q.3.c præſens. Item ſimoniace. 1.q.2.cap. quam pio. & cap. nullus Abbas. Similiter ad religionem relaxatam in qua non vigeat regularis obſeruantia. Caiet.2.2. quæſt. 189.art.1 quia eſſet talem exponere ſatis aperto periculo ſuæ ſalutis, & præbere illi occaſionem ſuæ perditionis. Vnde Chriſtus reprehendebat Phariſeos, & Scribas. Mat. 23. dicens. Væ vobis Phariſeis, & Scribis, qui circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum Proſelytum, qui cum fuerit factus, facitis filium gehennæ duplo magis, quàm vos. Ideo vt promouentes, & recipientes ſciant quomodo ſe gerere debeant circa venientes ad religionem, ſubiungam breuiter conditiones recipiendorum.

Primo impuberes, qui ſcilicet decimumquartum annum non agunt, ſine conſenſu ſuorum parentum, vel tutorum non poſſunt recipi ad religionem. Eſt præceptum regulæ noſtræ hoc capite. & in iure. cap. ad noſtram. & cap. ſignificatum. de Regul. & Silueſt. verbo Religio.2.q.11. ſed conuerſi ante vigeſimum annum ex decretis generalibus religioſi fieri nequeunt. B

Secundo. Recipiendus debet eſſe fidelis, catholicus, & de nullo errore circa fidẽ ſuſpectus. Ita quod habeat fidem rectam, & firmam ad martirium vſq; ſi opus fuerit. Eſt præceptum regulæ hoc capite. & in Regulis Nic. IV. & Leonis X. & ſine dubio præceptum Seraphici Patris ſancti Franciſci; ex quo tale mandatum dedit quoq; fratribus Minoribus cap.2. & poteſt ſuper hoc videri Bonau. in expoſit. reg. c.2.

Tertio. Amens, furioſus, & omnis mente captus inhabilis eſt, nec recipi poteſt ad religioſam vitam. Ita regula noſtra hoc cap. & in iure. cap. ſicut tenor. de Regul. & Silueſt. verbo Religio. 5. q.2. C

Quarto. Infames ſecundũ regulam noſtram hoc cap. & etiam iuxta Sacros Canones repelluntur ab ingreſſu religionis, ſiue ſit infamia iuris, ſiue facti. Qui vero ſint infames, & quomodo infamia contrahatur, habetur. 6. quæſt.1.c. omnes vero. cap. illi qui. & c. infames. poſſunt etiam videri. Panorm. in c. ex diligenti. de ſimonia. & Silueſt. verbo. Infamia. nu.1.2. & 3.

Quinto. Vxorati ab ingreſſu religionis prohibentur per regulam hoc capite. & in Decretalibus per totum titulum de conuerſione coniugatorum, niſi quibuſdam adhibitis conditionibus. Conc Trid. ſeſſ.24.c.1. & c.6. & Silueſt. verbo Religio.2. q.9. & verbo Matrimonium.8.q.12.

Sexto. Obligatus ad ratiocinia reddenda; & debitis onuſtus nõ poteſt admitti ad religionem, ex regula hoc capite, & ex iure. diſt.53.c. legem. ex conſti. Sixti V. Cum de omnibus &c. Siluẽſt. verbo. Religio.2.q.6. Nau. lib.3. Conſil. de regul. conſil.1. D

Septimo. Seruus, & qui nõ eſt ſui iuris, ex regula, hoc capite nõ admittitur ad religionem & diſt.54.c. ſi ſeruus. & c. generalis. & 17.q.2.c. ſi quis incognitus. Silueſt. verbo. Religio.2.q.3.

Octauo. Non debet recipi Epilepticus, ſeu morbo caduco (addas etiam) gallico, lepra, vel alia infirmitate contagioſa laborans; vel aliud quoduis corporis vitium, vel defectum patiens, eſt præceptum regulæ hoc capite. Et quicumq; ſit religioni inhabilis, ex quacumq; cauſa non debet ad religionem noſtram admitti ex hoc capite. Et licet inhabilitas ex multis capitibus prouenire poſſit, ſubiungam tamen ſolum inhabilitates ex ipſo iure prouenientes.

Nono.

Nono. Non licet filijs habentibus Parentes in neceſſitate conſtitutos, nec è contra li-
A *cet Parentibus filios in neceſſitate poſitos habentibus, religionem ingredi. Thom.2.2.q. 101.art.4.& q.189.art.6.& quodlibet.3.art.16.Alex.de Aleſ.3.p q.33.memb.4.& Nau.lib.3.Conſil.de regul.conſ.26.*

Decimo. Nullus vi, & metu compellendus eſt ad religionem, nec talis debet ad eam admitti. Et compellentes ſunt ipſo facto excommunicati. 20.q.2.c.puella. 22.q.2.cap.vlt. Conc.Tolet 3.can.10.Conc.Trid.ſeſſ 25.c.18.Nau in c.ſtatuimus.nu.71.& in Conſilijs lib.3.de regul.conſ.4.& in ſumma.c.14.nu.17.ſed recipiendus debet ex ſe promptè propter Deum tantum, ſequens animi motum interiorem, quærere religionem. Thom.22.q. 189.art.1.Caiet.ibidem.art.10.& Nau.in cap.cum portio.nu.7.

Vndecimo. Epiſcopus abſq; licentia expreſſa Papæ. & alij Prælati abſq; licẽtia ſaltem petita non debent ingredi religionem.c.niſi cum pridem.de renunciat. c. licet.de regul. Silueſt.verbo.Religio 2.q 8.Nau.Conſiliorum lib.1.conſ.1.& 4. de renunciat.

B *Duodecimo. Criminoſi, & qui ante ſuſceptionem habitus aliquod delictum punitione dignum commiſerunt, de quo fuerint accuſati, vel inquiſiti apud Iudices curiæ ſecularis, repelluntur à religione. Sixtus V. in Bullis. Cum de omnibus, &c. & Ad Romanũ Pontificem &c.& Silueſt.verbo.Iudex.q.6.*

Decimotertio. Defectus Natalium redactus eſt ad terminos iuris, inſpiciantur Bullæ Sixti V. Cum de omnibus &c. Ad Romanum Pontificem &c. & Greg.XIV. Circumſpecta Romani Pontificis prouidentia &c.& Clem.VIII. In ſuprema Eccleſiæ &c.

ANNOTATIO SECVNDA.

F*Acultas examinandi, recipiendi, & admittendi Nouitios ad noſtram Sacram Religionem ex regula c.8. pertinet ad Miniſtros Cœnobiorum, vna cum aſſenſu maioris partis fratrum ſuorum; qua in re non ſolum requiritur conſilium, ſed etiam conſenſus fratrum; ita quod Miniſtri per ſe ſoli, nec fratres Conuentus per ſe ſoli; ſed Miniſtri conſen-*
C *tiente maiori fratrum parte Nouitios creare, recipere, admittere, & ad ordinem incorporare debent; & ſic obtinuit conſuetudo; eſtq; talis modus valde iuri cõmuni conformis. Gloſſa in c.fi.de regul lib.6.c.nouit.c.quanto.c.ea noſcitur.de ijs, quæ fiunt à Prælatis.& Nau.lib.1.Conſil.de conſt.conſil.9.& lib.3.de regul.conſ.36.& 62.*

Eſt tamen maxime aduertendũ, ꝙ his præcipuè tẽporibus, aliud eſt habere facultatem ad recipiendos, admittendos, & incorporandum Nouitios ad ordinem. Et aliud habere facultatem ad deſſumendas, videndas, examinandas, & approbandas Nouitiorũ informationes. Nã receptio adhuc perſeuerat penes eos, ad quos de iure pertinebat. Et nos ſupra adnotauimus, ꝙ de iure, & ex vi regulæ hoc capite ad Miniſtros Cœnobiorum cum aſſenſu maiori fratrum ſuorum parte pertinebat. Examinatio vero; & approbatio informationum his temporibus diuerſimode, ſecundum varias Summorũ Pontificũ conſtitutiones diuerſis demandata eſt. Quare fruſtra deſſumuntur, examinantur, & approbantur
D *informationes eorũ, qui non fuerint recepti, & admiſſi, nec recipiendi, nec admittendi à Miniſtris cum Capitulo illius Conuentus ad quẽ incorporari debent. Et ſuperiores maiores debent ſe abſtinere à receptionibus, & profeſſionibus Nouitiorũ, niſi ſeruatis, quæ de iure ſeruari debent; quia eſt multorum opinio, quod tales receptiones, & profeſſiones ſint ipſo iure nullæ c.nouit c.quanto.& c.noſcitur.de ijs, quæ fiunt à Prælatis. poteſt videri. Nau.Conſil.lib.1.cõſ.1.& conſ lib.3 de regul conſ.36.& 62. Sed quomodo, & à quibus fieri debeant, & examinari, & approbari Nouitiorum informationes paucis dicemus. Conſiderando Bullas Sixti V. Cum de omnibus &c. & ad Romanum ſpectat Pontificem &c.& Greg.XIV. Circumſpecta Romani Pontificis &c. & Clem. VIII. In hiſ quæ ad religionem &c. Nam virtute illius Bullæ Sixti. Nullus maior 16 annorum*

Poterat ad religionem recipi, niſi de contentis omnibus in dicta Bulla in Generali, vel Prouinciali Capitulo plena, & indubitata fide facta; tam ſuperioris Generalis, ſeu Prouincialis, quàm Diffinitorum conſenſu approbatus fuiſſet. & informationes fiebant apud Iudices, & Notarios ſeculares. Per ſecundam verò eiuſdem Sixti Bullam, quæ modificauit primam, cenſuit, vt in qualibet Prouincia duo, vel tria, aut plura deputarentur Monaſteria, quorum ſuperiores infra annum congregarentur ad deſſumendam informationem Nouitiorum iuxta notata in prima Bulla. Quod ſi neq; hoc fieri poſſet propter ibi deducta, ſaltem tribus antiquioribus Patribus vnius Monaſterij facultas daretur à Capitulo Generali Monachorum, vel ſaltem Prouinciali Mendicantium ad informationes iuxta contenta in prima Bulla ſuſcipiendas. & Greg. XIV. in dicta Bulla conceſſit religionibus Monachalibus, in quibus erant perpetuæ filiationes, vt ſuperiores Monaſteriorum de conſenſu ſui Capituli habita aliquali informatione recipiendorum ad eorum receptionem procedere valerent, dummodo ante profeſſionem plenariam de eiſdem facerent inquiſitionem. Sed Clem. VIII. conceſſit Conuentui ſancti Stephani Salmaticenſi fratrum Prædicatorum, vt quoſcumq; iuuenes, etiam decimumſextum ſuæ ætatis annum excedentes ad habitum in eodem Conuentu admitti petentes, recepto ab eis iuramento, quod criminoſi, rationibus (vt præfertur) obligati, furto, latrocinio, aut homicidio notati, aut alijs impedimentis in dicta Bulla Sixti V. contentis, detenti non ſint, recipere, ac poſtea per aliquem eiuſdem Conuentus religioſum ad hoc deputatum ad inueſtigationem anteactæ illorum vitæ, ac morum, & reliquorum præmiſſorum, abſq; ſtrepitu iudiciario, ſed per ſcrutinium ſecretum procedi facere; qui ad hoc deputatus proceſſum, & informationem cœptam dictis Priori, ſeu Præſidenti, ac Superiori, & Magiſtro Nouitiorum, & ſtudentium, à quibus approbari, & reprobari poſſit, referre fideliter debeat, libere, & licite poſſint, & valeant. Vnde religiones, quæ habent communicationem priuilegiorum, veluti eſt noſtra, poſſunt vti, & gaudere dicto priuilegio Conuentus Sancti Stephani, in totum, ſi Conuentus in quo Nouitij debent recipi, habent ſuperiorem, Magiſtrum Nouitiorum, & ſtudentium; ſi verò non habent omnes illos officiales potientur eo in parte tantum, quantum ſcilicet attinet ad receptionem Nouitiorum ſolo medio iuramento præſtito, & non alia expectata informatione, remittendo poſtea recognitionem informationum ad quos Sixtus, vel alius Summus Pontifex ordinauit.

Non prætermittam tamen, quod in Decretis generalibus ad regularium reformationem, ac Nouitiorum receptionem, profeſſionem, & inſtitutionem ſpectantibus, alias factis, & publicatis, & S. D. N. D. Pauli V. (vt præfertur) iuſſu de anno 1607. editis. extat decretum Clem. VIII. ſub die 19. Maij 1602. quo facultas approbandi Nouitios, & eorum informationes examinandi committitur Congregationi reformationis, vel proprijs locorum ordinarijs, aut illis in quorum diœceſi Nouitiatus exiſtunt. Cuius decreti verba ſunt hæc. Nunc volens, vt ea quæ pro Nouitiorum receptione, & inſtructione, de mandato ſanctitatis ſuæ præſcripta fuerunt, in poſterum accuratius, & exactius obſeruentur, vltra formam traditam in Conſtitutionibus ſel. rec. Sixti Papæ V. & etiam ſanctitatis ſuæ ſuper receptione Nouitiorum; decreuit, ac præſentis decreti virtute mandauit, ne in Connentibus, ſeu Monaſterijs ad Nouitios recipiendos de ſanctitatis ſuæ, ſeu dictæ Congregationis reformationis licentia hactenus deſignatis, & approbatis, ſeu in poſterum deſignandis, & approbandis Nouitij ad habitum recipi vllatenus poſſint, vel admitti, niſi prius ab ipſa Congregatione, vel à proprijs locorum ordinarijs, aut ab illis in quorum diœceſi Nouitiatus exiſtunt, in quibus Nouitij recipiendi fuerint, expreſsè, & nominatim Nouitij ipſi recipiendi approbati fuerint, & vt recipi, & admitti poſſint, licentiam in ſcriptis (gratis tamen in omnibus, etiam quo ad ſcripturam,

ram,cancedendam) obtinuerint. Monet autem ſanctitas ſua eoſdem ordinarios om- A *nem curam,& diligentiam adhibere, vt circa ætatem,conditionem, educationem,ſcientiam,vitam,& mores,cæteraſq; qualitates in ipſis Nouitijs requiſitas,obſeruetur Inſtitutiones pro illis recipiendis ab eadem Congregatione reformationis factæ, & publicatæ. Neq; aliter, nec alio modo aliquem ad habitum recipi permittant.*

Siue tamen receptio Nouitiorum & eorum approbatio fiat vno, ſiue alio modo, ſemper Nouitij ſtatim ac ſunt recepti, debent mitti ad locum Nouitiatus authoritate Sedis Apoſtolicæ erectum,ac deputatum,ac inibi ſub diſciplina,& cura Magiſtri Nouitiorum facere ſuum Nouitiatum, per ea quæ ſtatuit Clem. VIII. Regularis diſciplinæ, &c. & nullus omnino,&c. & Congregatio reformationis. Sanctiſſimus in Christo Pater, &c. quæ omnia habentur in Decretis generalibus.

B

ANNOTATIO TERTIA.

Nouitius vt poſſet auſteritates, & obſeruantias religionis, Et religio Nouitij mores probare, atq; experiri valeret, pro diuerſitate temporum,& gentium, non eodem ſpatio probationis tempus fuit conceſſum, atq; præfixum. Vtpote pro Inſulanis, & de regionibus longinquis, & pro militibus ſpatium trium annorum. c. ſi quis incognitus. 17. q. 2. Pro laicis notis,& clericis incognitis ſpatium duorum annorum. cap. Monaſterijs. 19 q. 2. Pro clericis vero notis ſpatium vnius anni. cap. Gonſaldus. 17. quæſt. 2. cap. Ad apoſtolicam. cap. de regul. cap. ijs qui. cap. non ſolum. cap. Conſtitutionem de regul. lib. 6.

Poterant tamen Nouitij,& religio concordare, & renuntiare tanti ſpatij priuilegio, & infra annum, imò in ipſa receptione profiteri,& profeſſio tenebat. cap. ad Apoſtoli- C *cam. Sed non in religionibus Mendicantium. cap. non ſolum. de regul. Sed Nouitij noſtri bene poterant cauſa deuotionis admitti ad profeſſionem non expectato anno probationis ex priuilegio Clem. VII. Ad vberes,&c. At nunc poſt Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 15. in omnibus religionibus deſideratur annus integer probationis, alias profeſſio eſſet nulla, & irrita. & hoc habebamus in regula. cap. 9. num. 2. Ex priuilegio tamen Pij V. Summi ſacerdotij &c. Nouitij in articulo mortis, ac legitima ætate ad profitendum conſtituti, poſſent infra annum probationis pro conſolatione ſpirituali, & indulgentijs conſequendis profiteri. Qui probationis annus debet eſſe continuus, & non interpollatus, ex regula noſtra cap 9. nu. 2. Silueſt. verbo religio. 5. q. 4. Nau. lib. 3. Conſil. de regul. conſ. 37. Qui non deſinet eſſe continuus ex eo, quod Nouitius de licentia ſuorum Superiorum egrediatur Monaſterium, atq; cum habitu religionis ibidem per aliquod tempus commoretur. Nau. lib. 3. Conſil. de regul. conſ. 42. Qui annus probationis* D *incipit à die ſuſceptionis habitus. Ita quod ſi quis ſtatim expleto anno decimo quarto ſuæ ætatis reciperet habitum noſtræ religionis, tunc inciperet eius annus probationis, & compleretur finito anno decimoquinto, licet tunc non poſſet profiteri, propter defectum ætatis, niſi poſt decimum ſextum annum. Etſi talis vel alius completo anno Nouitiatus propter infirmitatem, vel aliam iuſtam cauſam habitu religionis retento e Monaſterio egrederetur, & in domo patris, vel alibi maneret, cum poſtea rediret ad religionem poſſet nihilominus profiteri. Nau lib. 3. Conſil. de regul. conſ. 29. & 30. & Gaſpar Paſſarellus in ſuo Compend. priuileg. fol. 130.*

ANNOTATIO QVARTA. A

Nouitij gaudent priuilegio Canonis.c.religioſo. de ſent.excom.lib.6. Nau. Coment. 2.de regul.nu.44. Et ipſi poſſunt abſolui à Prælato religionis infra annum probationis ob percuſſionem Clerici,etiam ante ingreſſum incurſam. Sed ſi intra annum egrediantur religionem,in eamdem ſententiam reinciderent. Sairus lib.3.c.28.nu.14.& 15. qui citat alios. Videatur quoq; Capuccini annotatio, in Compendio priuil. verbo. Nouitius,de Nouitiorum abſolutione, qui talem facultatem ad multa extendit. Non poſſunt intra annum probationis ordinari. Silueſt. verbo Religio.5. q. 10. Nec ad religionis dignitates aſſumi.c.nullus.de elect.lib.6.& Silueſt. verbo Religio. 5.q 9. & contriti, confeſſi, & ſacra Communione refecti in ingreſſu conſequuntur Indulgentiam Plenariam, & remiſſionem omnium ſuorum peccatorum. Paulus V. Romanus Pontifex, &c. & durante anno probationis non tenentur ad obſeruationem votorum ante ingreſſum factorum, quæ non poſſent in religione adimplere. Poterunt tamen qui Nouitiorũ curam habent, ea vota (vel in quid melius) commutare in obſeruantiam auſteritatum Religionis, quas experiri eis neceſſe eſt Eman. Rodrig. tom. 1.qq. Regul.q.25.art.8. B

CAPVT NONVM.

Quomodo, & quando religionis profeſſio emittenda.

ABnegare ſeipſos, & crucem tollere ſequentes ſe, C Chriſtus imperat: cui obtemperare cupientes, decernimus vt iuxta noſtra Apoſtolica priuilegia nouitij noſtri, per tres menſes poſt religionis ingreſſum de bonis ſuis diſponant, atq; teſtentur. 2 anno vero continuo finito, ſi eorum vita, & conuerſio digna, & religioni apta iudicata fuerit. 3 à Miniſtro principali, vel ab aliquo eius Commiſſario, ſeu Prouinciali Vicario, conſilio, & aſſenſu illius Cœnobij fratrum, in quo pro tempore eſſe reperientur, ad profeſſionem religionis noſtræ recipiantur. D 4 Quam quidem publicus Notarius, vel Prælatus ipſe (ſi maluerit) cum ſui officij ſigno, & ſcribat, & conficiat. 5 Promittantq; ipſi profitentes ſe diuina mandata, & cætera, quæ chriſtiani debent, ſeruaturos, namq; ſi ad vitam ingredi volumus,

A lumus, mandata ſeruare debemus. Quod ſi vllò vmquàm tempore circa decreta noſtra quicquàm aut omiſerint, aut commiſerint, caſtigationem pro prælatorum arbitrio non recuſent. 6 Tria illa inſuper ſubſtantialia vota paupertatem, caſtitatem, & obedientiam voueant: Cum adoleſcenti perfe-ctionem, & theſaurum in cœlo habere cupienti, bonis ſuis venditis, & in pauperum eleemoſynas diſtractis ire poſt ſe Chriſtus præceperit: liberis ac voluntarijs eunuchis regnum B cœlorum Dominus polliceatur, Matri Mariæ, & Ioſeph parere non recuſauerit, & propter obedientiam mortem crucis non horruerit. 7 Qua quidem profeſſione ſic emiſſa matrimonium contrahere, aut laicalem vitam ducere nemini vmquam licebit; ſcriptum eſt enim, nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. 8 Imo per Iulium 2. Pontif. Max. vnuſquiſq; noſtratum Sa-C thanæ traditur, qui ad alium ordinem (etiam Mendicantium) tranſierit, niſi prius à Viſitatore generali, ſeu eius Vicario prouinciali abeundi licentiam petierit.

Collatio prima, ex num. 1.

QVod Nouitij infra tres menſes poſt religionis ingreſſum teſtamentum condant, & de bonis ſuis diſponant, habetur ex regula Nic. IV. Et ex Bulla Eug. IV. Iniunctum nobis, &c.

Collatio ſecunda ex reliquis huius capitis numeris.

D DEſumpta ſunt omnia ſub his numeris comprehenſa ex regulis Nic. IV. & Leonis X. & præcipuè quo ad contenta ſub num. 6. & 7. ex regula Leonis X. & ex Bulla Eug. IV. Iniunctum nobis, &c. & Nic. V. Apoſtolicæ Sedis, &c. & Sixti IV Ad Chriſti Vicarij, &c, & ſub num. 8. ex Bulla Iulij II. Decet Romanum Pontificem, &c.

ANNOTATIO PRIMA.

H*Vic regulæ decreto non contrariatur decretum Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 16. Nam regula loquitur tantum de bonorum diſpoſitione, quæ reuocari poteſt quocunq; tempore*

pore ante mortem naturalem, vel ciuilem; ſeu ante profeſſionem, cuiuſmodi eſt teſtamentum, & donatio cauſa mortis. & decernit quod tales diſpoſitiones fiant intra tres menſes poſt religionis ingreſſum; tamen ſi fiant ante ingreſſum, ſiue poſt tres menſes (dum fiant ante profeſſionem) ſequuta profeſſione, vel morte validæ erunt. At Conc. Trid. loquitur ſolum de renuntiationibus, & obligationibus, & conſequenter etiam de donationibus inter viuos, & de alijs contractibus irreuocabilibus; quas renuntiationes etiam iuramento firmatas, & in fauorem cuiuſcumq; cauſæ piæ, vult nullas, & irritas eſſe, niſi fiant intra duos menſes proximos ante profeſſionem, & de licentia Epiſcopi, aut eius Vicarij; & niſi ſequuta profeſſione. A

An vero Decretum Conc. Trid. intelligatur ſolum de renunciationibus factis poſt ingreſſum religionis, an etiam & de factis ante, eſt magna Doctorum controuerſia. Cui ſatisfactum fuiſſe dicitur à Sacra Congreg. Card. ponendo diſcrimen inter donationes ante ingreſſum factas. Quia ſi abſolute, nullo habito reſpectu ingreſſus religionis factæ ſunt; tenent. Si verò fuiſſent factæ intuitu religionis ingrediendæ, (tamquam factæ in fraudem canonis) ſubeſſent diſpoſitioni Conc. Trid. ſed circa hanc, & alias huiuſmodi difficultates videantur. Nau. lib. 3. Conſ. tit. de donat. conſ. 7. & 8. & lib. 3. Conſ. de regul. conſ. 82. & Gaſpar. Paſſarellus in ſuo Compendio. & Hieronymus à Sorbo in Compend. priuileg. verbo. Nouitius. de bonorum ipſorum Nouitiorum diſpoſit. & Eman. Rodrig. 2. tom. qq. Regul. q. 47. art. 8. & in ſumma 1. par. c. 90. & 2. par. c. 7. B

ANNOTATIO SECVNDA.

NOtandum eſt circa hoc caput, quod Nouitiatus debet eſſe vnius anni integri, & continui ad modum quo diximus in annotatione tertia capitis antecedentis. Pariter notandum eſt, quod expleto Nouitiatus anno, profeſſio poteſt ex cauſa differri, vti ibidem diximus, ac etiam alijs iuſtis de cauſis, vti ſi completo probationis anno Nouitius inuentus ſit inhabilis, ex eo quod nundum bene didicerit, quæ debet profiteri; & adſit ſpes, quod infra breue tempus illa percipiet, & fiet habilis; nec hoc contrariatur regulæ noſtræ, ſicut nec Conc. Trid. cum hic, & ibi ſit idem decretum. & ſic fuiſſe reſponſum Gaſpari Paſſarello à Papa Pio V. & à Sacra Congreg. Card. ipſe teſtatur in ſuo Compend. priuileg. fol. 130. Vnde eſt ſcitu dignum, quod regula noſtra in omnibus eſt iuri communi, & ſacris Canonibus conformis; ſicuti & circa tempus receptionis Nouitiorum capite antedenti, & circa tempus profeſſionis hoc capite. nam ibi poterant Nouitij admitti ad religionis habitum completo decimoquarto ætatis anno; & hic poſt annum continuum finitum poſſunt profiteri; & ideo anno decimoquinto ætatis completo. & ita habetur. c. non ſolum. & cap. conſtitutionem. de regul. lib 6. & cap. ad noſtram. eodem tit. vt etiam diximus in prima recipiendorum conditione. Sed modo ex Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 15. quo ad profeſſionem in omnibus religionibus vtriuſq; ſexus requiritur decimusſextus annus completus; alias profeſſio antea facta eſt ipſo iure, & facto nulla, & irrita. C D

ANNOTATIO TERTIA.

SVnt bene conſideranda, quæ continentur nu. 3. & 4. circa receptionem ad profeſſionem, qui nimirum, & qualiter poſſint Nouitios ad profeſſionem recipere, illamq; adnotare. & nihilominus cum his conferantur etiam quæ Clem. VIII. Cum ad regularem diſciplinam, &c. de receptione, & educatione Nouitiorum dicit ad profeſſionem ſpectan-

A ſpectantia. Pro cuius rei aliquali dilucidatione ſciendum eſt, quod duplex eſt profeſſio; vna quæ dicitur expreſſa, & altera quæ dicitur tacita, ſeu interpretatiua, vt habetur in Decretalibus toto titulo de regul. Et ad hoc quod profeſſio dicatur expreſſa, nil refert, an fiat verbo, vel ſcripto, an vtroq; ſimul. c. ad Apoſtolicam. de regul. vel etiam fiat per verba notata in forma profeſſionis, vel per alia æquipollentia. Panorm. in c. Porrectum. de regul. Silueſt. verbo. Religio. 3. q. 1. Pariter an fiat præſentialiter, vel per Procuratorem. Silueſt. verbo. Religio. 3. q. 15. Nau. lib. 3. de Conſil. de regul. conſ. 52. Sed bene requiritur ætas legitima, ita quod profeſſio facta ante decimumſextum ætatis annum completum eſſet nulla. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 15. & poſt probationis annum integrum, & continuum, vt diximus capite antecedenti annotatione tertia, & in manu Prælati, ſeu illius, qui facultatem habeat profitentem religioni incorporare. Panorm. in c. porrectum. de regul. & cap. ad Apoſtolicam. de regul. Silueſt. verbo. Religio. 3. q. 16. Quæ facultas ſecundum regulam noſtram hoc capite pertinet ad Miniſtrum principalem, vel eius Commiſſarium, ſeu Vicarium Prouincialem; ſed cum conſilio, & aſſenſu

B Capituli fratrum illius Conuentus vbi Nouitius annum probationis peregit, vt diximus capite antecedenti annotatione ſecunda de Nouitiorum receptione, quod talis facultas penes Miniſtrum, & Conuentum ſimul reperiebatur, ita & de receptione ad profeſſionem talis facultas conſeruatur penes Generalem, vel eius Commiſſarium, ſeu Vicarium Prouincialem, & Capitulum Conuentus ſimul ex regula hoc capite. & conformatur iuri canonico. vt notat Nau. ſuper cap. ſtatuimus de regul. num. 74. & lib. 1. Conſil. de conſti. conſ. 9. & lib. 3. Conſil. de regul. conſil. 62. Similiter requiritur, quod profeſſio expreſſa fiat in religione per Sedem Apoſtolicam approbata, & ſecundum certam, & determinatam regulam. c. vnico, de voto, & voti redemptione. lib. 6. & c. porrectum. de regul. & tandem ad profeſſionem expreſſam requiritur, quòd profitens voueat tria vota eſſentialia, paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ. c. ad Apoſtolicam. c. cum ad Monaſterium. de ſtat. Monach.

C De profeſſione vero tacita nihil dicam, cum parum ſit in vſu: quamuis per Conc. Trid. profeſſiones tacitæ non ſint ſublatæ, dummodo eſſentialia obſeruentur. Nau. lib. 3. Conſil. de regul. conſ. 35. 41. 42. & 44. Tamen ſi quis ſcire cuperet, quomodo fiant, & quomodo ſint validæ. legat Panorm. Innoc. & Hoſtien. in c. porrectum de regul. Silueſt. verbo. Religio. 3. q. 19. Nau. in c. ſtatuimus. nu. 73. & 74. & lib. 1. Conſil. de conſti. conſ. 9. & lib. 3. Conſil. de regul. conſ. 13. 32. 34. 41. & 42. & Eman. Rodrig. tom. 3. qq. regul. q. 15. art. 12. & q. 17. art. 2. & in ſumma. 2. par. c. 8. & alios Doctores.

ANNOTATIO QVARTA.

D Eſt ſciendum quod omnia vota realia, perſonalia, atq; mixta, qualia ſunt peregrinationes, & ſimilia includuntur, & commutantur in religionis votum ſolemne, etiam authoritate propria, imo ipſo iure ſine alia diſpenſatione, ita quod profeſſione emiſſa, vota alias facta ceſſant. c. ſcripturæ. de voto, & voti diſpenſat. & ibi Panorm. & communiter Doctores. Thom. 2. 2. q. 88. art. 12. ad p. & q. 185. art. 8. ad 2. & q. 189. art. 3. ad 3. & Caiet. ibi. & Nau. in Conſ. tit. de regul. conſ. 4.

Similiter ſi fiat profeſſio debite, & in ſtatu gratiæ fit generalis remiſſio omnium peccatorum quo ad pœnas Deo debitas, nam quo ad hunc effectum eſt veluti quidam Baptiſmus. Bernard lib. de præcep. & diſpenſat. & lib. de prudentia, & contemplatione. Thom. 2. 2. q. 189. artic. 3. ad 3. & Caiet. ibi. & vterq; alibi. & confirmatur ex viſione illa S. Antonij, in qua dicitur, quod demones ipſius conſcenſum in cælum impedire co

nantes, obiecerant illi peccata ab ipſo in ſeculo facta; ſed confutati ſunt ab Angelis dicentibus, non debetis ipſi illa obijcere, quæ Chriſti ſunt iam pietate deleta, ſed ſi qua ſcitis, ex quo factus eſt Monachus illa proferte. Sed faciunt ad hoc etiam indulgentiæ, quæ profitentibus conceduntur. Nam Paulus V. Romanus Pontifex &c profitentibus, contritis, confeſſis, & ſacra communione refectis conceſſit Indulgentiam Plenariam. A

Emundantur etiam regulares per profeſſionem à quibuſdam notis, & irregularitatibus de quibus tractat Nau. Comment. 2. de regul. nu. 6.

ANNOTATIO QVINTA.

EX hoc capite, & ex formula profeſſionis noſtræ oritur difficultas ſcitu digniſſima. An ſub voto cadant tria vota eſſentialia ſolùm, an etiam obſeruantia mandatorum Dei toto vitæ tempore. Et pro erratis, & tranſgreſſoribus contra ſtatuta ordinis, & regulam Nic. IV. in ipſis conſtitutionibus, & ſtatutis ordinis contentam, debita ſatisfactio arbitrio ſuperiorum imponenda? Ita quod ſi quis noſtratum tranſgrediatur præceptum aliquod diuinum, committat duo peccata mortalia, vel ſaltem vnum duobus æquiualens; vnum contra diuinum præceptum, quod tranſgreditur; & alterum contra votum in profeſſione emiſſum, ac propterea in confeſſione debeat neceſſario aperiri vtraq; tranſgreſſio voti, & præcepti. B

Vt quoad fieri poteſt clarè, & diſtinctè procedamus, ponemus hic verba huius capitis noni regulæ, ſuper quæ difficultas fundatur. Sic igitur habetur nu. 5. & 6. Promittantq; ipſi profitentes ſe diuina mandata, & cætera, quæ chriſtiani debent, ſeruaturos, namq; ſi ad vitam ingredi volumus, mandata ſeruare debemus. Quod ſi vllo vnquam tempore circa decreta noſtra quicquam aut omiſerint, aut commiſerint, caſtigationem pro Prælatorum arbitrio non recuſent. Tria illa inſuper ſubſtantialia vota, paupertatem, caſtitatem, & obedientiam voueant &c. Secundum quæ verba ita de facto profitemur, vt videri poteſt in formula profeſſionis ſequentis tenoris. Ego frater. N. voueo, & promitto Deo omnipotenti, Beatæ Mariæ ſemper Virgini, Beato Franciſco, & omnibus ſanctis, & tibi Pater. N. me ſeruaturum mandata Dei toto tempore vitæ meæ, ac pro Prælatorum meorum arbitrio ſatisfacturum (vt conuenit) tranſgreſſionibus, & erratis meis contra conſtitutiones, & ſtatuta tertij ordinis eiuſdem Beati Franciſci de Pœnitentia nuncupati, regularis obſeruantiæ, & regulam ſanctiſſimi Domini Nic. Papa IV. quatenus ea in ipſis ſtatutis, & conſtitutionibus ineſſe reperitur. viuendo etiam in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate, iuxta dicti ordinis Apoſtolica priuilegia. Quæ omnia deſſumpta ſunt ex regulis Nic. IV. & Leonis X. Sic enim dicit Nic. IV. cap. 2. Recipiatur hoc modo (videlicet) vt promittat ſe diuina præcepta omnia ſeruaturum, ac etiam ſatisfacturum (vt conuenit) de tranſgreſſionibus, quas contra hunc viuendi modum commiſerit, cum interpellatus ad Viſitatoris extiterit voluntatem. & Leo. X. cap. 2. ſic ait. In qua profeſſione promittat ſeruare mandata Dei, & ſatisfacturum de tranſgreſſionibus, quas facere poſſet in futurum contra hanc tertiam regulam, vbi à Prælatis requiſitus fuerit, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. C D

Doctiſſimus ſimul ac religioſiſſimus D. Dionyſius Carthuſianus in elucidatione tertiæ regulæ ſancti Franciſci. art. 7. vbi probat, quod plus obligat votum, quàm iuramentum, tenuit partem affirmatiuam, his verbis. Cum igitur perſonæ tertij ordinis profeſſæ ſint obſeruare omnia præcepta diuina, conſtat quod quotieſcumq; tranſgreſſæ fuerint quodcumq; præceptum diuinum, frangant, & violent ſuam profeſſionem, quod iuxta nunc introducta, eſt peccatum grauiſſimum, nam tranſgrediendo præceptum quodcumq;

cumq; non ſolum mortaliter peccat, præuaricando præceptum, ſed & pluſquam mortaliter, vel valde mortaliter votum frangendo.

A Poteſtq; prædicta D. Dionyſij opinio tali ratione confirmari; dicendo. Quod noua promiſsio, & nouum votum Deo fieri nequit de vlla re, quæ poſsit eſſe materia voti, ita quod ex tali promiſſione, & voto non reſultet particularis obligatio, & nouum vinculum. Ideo ſi id quod promittitur, & vouetur erat alias de præcepto, vltra peccatum quod committitur contra tale præceptum ex illius rei tranſgreſſione, committatur & aliud peccatum cum particulari circumſtantia, & deformitate propter voti tranſgreſſionem. Cum igitur ſit communis Doctorum ſententia, quod Dei præcepta poſſint eſſe materia voti. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 2. Sotus de iuſt. lib. 7. q. 1. art. 3. Nau. c. 12. nu. 34. Tolet. lib. 5. cap. 17. nu. 21. Rodrig. 2. par. cap. 96. nu. 8. & alij. Ideo fratres tertiarij ex vi, & rigore verborum ſuæ profeſſionis (cum promittant, & voueant, ſe mandata Dei ſeruaturos) tranſgrediendo aliquod eorum, committent duo peccata, aut ad minus eorum

B peccatum erit duplex, aut vnum duobus æquiualens, & propter nouam circumſtantiam voti, cum obligatione illam confitendi.

Tenenda eſt tamen pars negatiua, quam exiſtimo ſine dubio certam, & veram, nempe quod fratres tertij ordinis tranſgrediendo aliquod præceptum diuinum non peccant duplici peccato, ſed vno tantum, quod eſt contra diuinum præceptum. Quam ſic aſtruo, & fortiſſimis rationibus confirmo. Primo, quia ex eo quòd hic ordo tertij ordinis tranſijt in religionem approbatam, nullam aliam mutationem fecit circa regulam, quàm quod regulæ ſuperaddidit, vel adiunxit tria vota eſſentialia, quæ ante non erant, quæ ſunt de eſſentia veræ religionis, vnde remanent quæ erant ante ea, vt erant, & ſuperaddita ſunt tria vota religionis. At in regula pro tertiarijs, qui non erant verè religioſi à Glorioſiſſimo Patre ſancto Franciſco facta, & ordinata, & à Nic. IV. approbata, & confirmata, & in ſua Bulla. Super Montem Catholicæ fidei, &c collecta

C expreſſe habetur, quod in regula contenta, nulla obligant ad culpam, niſi alias fratres tertiarij iure diuino, vel humano obligati eſſent. Sic ait. Nic. IV. Cæterum in premiſſis omnibus ad quæ fratres veſtri ordinis non ex diuinis præceptis, vel ſtatutis tenentur Eccleſiæ nullum ipſorum ad mortalem culpam volumus obligari, ſed impoſitam ſibi pœnitentiam pro tranſgreſſionis exceſſu prompta humilitate recipiat, & efficaciter ſtudeat adimplere. Quod decretum expreſſe tranſlatum eſt etiam ad fratres tertij ordinis qui vere ſunt religioſi. Ita Nic. V. Apoſtolicæ ſedis &c. loquens de ſtatutis religionis tertij ordinis approbatæ, decernit. Ita tamen quod difinitum ſeu ſtatutum huiuſmodi quemquam ad culpam non obliget, ſed ad pœnam, niſi quis illud in contemptum ordinis tranſgredi præſumpſit. Et adhuc clarius Leo X. in regula pro tertiarijs vota ſolemnia profitentibus in religione approbata, his verbis. Omnia, & ſingula in præſenti regula contenta ſunt conſilia ad facilius ſaluandas animas viatorum, & nulla ſunt obli-

D gatoria ad peccatum mortale, vel veniale, niſi humano, vel diuino iure aliquis alias eſſet obligatus. Quam immunitatem tranſtulerunt maiores noſtri in ſua ſtatuta, vt habetur in proœmio regulæ in formam quam habemus à Patre Bonau. Vicentino redactæ. his verbis. Operæ pretium eſt autem ſcire, neminem per ipſamet decreta (iuxta Sedis Apoſtolicæ priuilegia) ad culpam obligari, ſed ſolum ad pœnam, niſi quatenus ipſa decreta ius diuinum in ſe, aut humanum contineant, aut illa quiſpiam per contemptum obſeruare neglexerit. Quæ verba ſunt tàm clara, quod non indigeant coniecturis.

Ideo ratio in oppoſitum non valet; videlicet, quod non poteſt fieri promiſſio, nec votum de re aliqua; quæ poſſit eſſe voti materia, & non conſurgat obligatio, & vincu-

miſſio larga, & impropriè dicta; qui modus loquendi, & in ſenſu largo, & improprio
A verba accipiendi, eſt ordinarius, & communiter receptus, & vſitatus apud alias reli-
giones; & in iure canonico, & ciuili, & in diuina ſcriptura, & adeo manifeſtus, quod
non ſit mihi opus exemplis illuſtrare. Poſſunt tamen videri Nau. cap.23. à num. 48.
vſq; ad nu. 55. Item Caſtro lib.1. de lege pœnali. cap.5. nu. 46. & ad hoc propoſitum. Ca-
iet.2.2 q.186.art.9. & in ſumma. verbo. Præcepti tranſgreſſio.
Sed ſi quis adhuc velit verbum promitto in profeſſione accipi in proprio ſignificatu, &
aliquid operari, & aliquam obligationem nouam apponere circa mandatorum obſeruan-
tiam; dico quod verbum promitto ibi ſic eſt intelligendum, quod cadat ſolum ſuper om-
nia Dei præcepta in communi collectiuè, & non ſuper quodlibet in particulari, quod nil
aliud importaret, niſi quod fratres tertij ordinis procurabunt ſuam vitam inſtituere ad
illam maiorem Dei mandatorum cuſtodiam ſibi mediante diuina gratia poſſibilem, quo
caſu ſi quis eorum non ex contemptu fregerit aliquod mandatum diuinum, non commit-
B tet amplius quàm vnum peccatum, ſicut & alij Chriſti fideles, ſcilicet contra Dei legem.
& non duo ſpecie differentia, neq; cum noua circumſtantia ratione voti neceſſario confi-
tenda. Quod dictum ſine dubio verum eſt, & probatur conſimili doctrina Thom. 2. 2.
q.186.art.9. ad 1. Vbi poſtquam quæſierit, vtrum religioſus ſemper peccet mortaliter
tranſgrediendo ea quæ ſunt in regula, tandem reſpondet, quod non, ſed ſolum tranſgre-
diendo tria vota eſſentialia, & alia quæcumq; ex contemptu operis, vel præcepti ſerua-
re omiſit; quia qui promittit ſeruare aliquam regulam in communi, non promittit eam
cuſtodire in particulari. ita inquit. Ille qui profitetur regulam, non vouet ſeruare om-
nia, quæ ſunt in regula, ſed vouet regularem vitam, quæ eſſentialiter conſiſtit in tri-
bus ſupradictis, nempe obedientia, paupertate, & caſtitate. Nec quiſpiam putet pro-
miſſionem profeſſionis cadere poſſe ſuper quodlibet Dei mandatum in particulari; quia
eſt multorum opinio, quod hoc modo non poſſunt voueri Dei præcepta, quia eſſet votum
C numquàm peccandi mortaliter, & de re tam difficili, quamuis non impoſſibili, vt non
obliget, vel faciliter relaxari debeat. vt dicit Nau. cap.12. nu.65. & Tolet. lib.4. cap.
17. dicit, quod tale votum non eſt faciendum, vel ad minus tale votum eſſet tàm pericu-
loſum, & imprudens propter periculum euidens animam ſuam illaqueandi, (ita tenent
omnes, & præcipuè Sot. de iuſt. q.1 art.3.) quod non eſt credendum Glorioſum Patrem
ſanctum Franciſcum virum tam admirabili ſanctitate, & prudentia dotatum huius Or-
dinis fundatorem, regulam voluiſſe, & præſertim pro ſecularibus ordinare. Et ſimili-
ter tot, diuerſos, & doctiſſimos Summos Pontifices illam approbare, & confirmare, quæ
rem tàm periculoſam, & imprudentem contineret; onus tàm graue, terribile, & ferè
inſuportabile, quod ipſe ſanctus non impoſuit fratribus de primo, nec ſororibus de ſe-
cundo ordinibus. Nec alius cuiuſcumq; religionis, quamuis arctiſſimæ Fundator ſuis
ſubditis auſus eſt imponere. & Nau. lib.3. Conſil. de regul. conſ. 54. ait regulam ſancti
D Benedicti eſſe arctiorem regula tertia ſancti Franciſci de Pœnitentia. At regula ſan-
cti Benedicti non habet huiuſmodi vinculum, quare nec regula noſtra, alias iſta eſſet
arctior, & ſtrictior illa. Et ſic patet Deo fauente quid ſit tenendum circa hanc diffi-
cultatem, tàm de obligatione diuinorum præceptorum, quàm de obligatione pœnarum,
quod ſcilicet non cadunt ſub voto.

CAPVT DECIMVM A

Sint fratribus communia omnia.

LEgimus ineunte Eccleſia omnes, qui credebant fuiſſe pariter, & habuiſſe omnia omnino communia. Eorum igitur vitam affectantes mandamus, vt omnes noſtræ congregationis fratres (iuxta Apoſtolica priuilegia) in communi viuant; neq; etiam B
ſine miniſtrorum licentia, ſub prætextu emendi breuiaria, vel alios libros, ſeu quælibet alia, propriam, priuatamq; pecuniam habere, ac retinere poſſint: 2 Etenim eum ipſam ſuis miniſtris tradere debent, vndecumq; eam lucrati ſint, aut acceperint. 3 Tradita ſibi pecunia miniſtri tradentium indigentiæ ſubueniant, ne male audiant, alijs tradita maledicendi occaſione. 4 Itaq; nullus ad profeſſionem recipiatur, niſi C
omne peculium, aut patrimonium reliquerit, ſeq; in communi victurum eſſe promiſerit. 5 Neq; poſſit quiſpiam agere, negociari, emere, vendere, vel commodare quicquam, Miniſtri venia non impetrata.

Collatio ex cap. 10.

EO ipſo quod quis votum ſolemne paupertatis in ordine pro vera religione approbato profitetur, quemadmodum facimus nos omnes. Sequuntur poſtea de iure omnia in hoc capite contenta, & quamplura alia. cap. cui portio. & cap. non D
dicatis. 12. q. 1. & in alijs multis capitibus dictæ cauſæ duodecimæ. quæſt. 1. & alibi. & vltimo Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 2. de regul. cui perſimile eſt valde caput hoc decimum regulæ noſtræ.

ANNOTATIO PRIMA.

MVlta circa paupertatis votum eſſent dicenda, ſed quia omnes ferè difficultates quæ oriri poſſent ſuper hanc materiam, meis, atq; ad mentem Sacrorum. Canonum, & Concil. Trid. dilucidè pertractaui. Nam in quatuor Coment. de regul. Ideo cupientes ſuum votum adimplere ad prædictorum Commentariorum lectionem remitto. Et

vt

vt quanti facienda ſit paupertatis diuina virtus perpaucis oſtendam.

A *Certe non debet eſſe diſcipulus ſuper Magiſtrum, nec ſeruus ſuper Dominum ſuum.*
ſufficit Diſcipulo vt ſit ſicut Magiſter eius, & ſeruo ſicut Dominus eius. Luc. 6. Atten-
dat igitur religioſus cuius Magiſtri diſcipulus ſit, & cuius Domini ſeruus, nempè illius,
quem etiam Prophetæ non niſi pauperem venturum prædixerunt. Exulta ſatis filia
Sion, (dicit Zaccharias. 9.) iubila filia Ieruſalem. Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus, &
ſaluator, ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullũ filium aſinæ. Profectò,
quod cum Euangelio ſalutis illata eſt etiam mundo altiſſima paupertas. Ioannes præcur-
ſor Domini, & primus prædicator Euangelij dimiſſis omnibus, factus eſt incola deſerti,
contentus locuſtis, & melle ſylueſtri pro eſca, & cilicio de pilis Camelorum pro veſti-
mento; & prædicans Regnum Dei, dicebat qui habet duas tunicas det non habenti. Luc.
3. Poſt hunc venit, quem dicebat ante ipſum factum eſſe, nempe Dei Filius, ſed tam pau-
per, tam inops, tam egenus, vt (ſicut Euangeliſtæ teſtantur) non habuerit, vbi reclina-
B *ret caput ſuum, non vnde pro ſe, & Apoſtolo didragma ſolueret; alieno vſus eſt hoſpi-*
tio, alienis impenſis ſuſtentatus, aliena ſyndone inuolutus, alieno conditus ſepulcro, de-
niq; ſuum habuit nihil, cuius ſunt omnia, vt tu diſcas terrena contemnere, & amare
cœleſtia. Vnde & ipſe prædicans Regnum Dei, dicebat. Marc. 10. Vade, quæcumq;
habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & ſequere me. & Luc. 14.
Omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipu-
lus. Et Apoſtolis ſuis dicebat. Matt. 10. ne quid auri; ne quid argenti poſſideant, non
pecuniam in zonis, non peram in via, non duas tunicas, non calceamenta, non virgam
habeant: quid hac vita tenuiius? Sed quibus affuit Chriſtus, nihil (quantumuis inopes)
defuit. teſte Euangeliſta Luc. 22. nam interogati à pauperum Domino Chriſto.
Quando miſi vos ſine ſaculo, & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis?
Et ipſi reſponderunt. nihil. Et quibus rerum copia interdicitur, ijs noſſe miſteria Dei
C *datur, ijs curandi, ligandi, ſoluendi poteſtas conceditur, & vt Demonijs imperent, ho-*
minibus euangelizent, Angelis exequentur, & cum Chriſto regnent impartitur. Et
Sanctus Chriſoſt. Hom. 20. ad populum. notat Chriſtum oſtenſurum in Monte Thabor
ſanctorum gloriam, non accepiſſe in teſtimonium Abraam, Iacob, Iſac, nec Dauid; ſed
Moyſem, & Eliam, qui fuerunt Sancti paupertatem ſectantes. nam de Elia conſtat quod
non habuerit amplius quàm palium, quo ſe operiebat, & de Moyſe dicit Apoſtolus Heb.
11. quod elegit potius affligi cum populo Dei, quàm voluptatibus domus Pharaonis po-
tiri. Poſt filium miſſus eſt Spiritus Sanctus in viſibili ſpecie flammarum, & ita igne-
fecit pectora credentium, vt dicat ſacer textus. Act. 2. Quod omnes, qui credebant, erant
pariter, & habebant omnia communia, poſſeſſiones, & ſubſtantiam vendebant, & di-
uidebant illa omnibus, prout cuiq; opus erat. Sed frigeſcente mundo, & quaſi extincta
hac ſacra communione, irruit ſpiritus Domini in Seraphicum Patrem Franciſcum. &
D *velut alter Mathatias legem Dei zelans, cædens bonis paternis, quinimo veſtitui ipſo,*
nudus nudum Crucifixum ſequens amore paupertatis incẽſus loca deſerta petijt; & exin-
de vili tunica contentus, detectiſq; incedens veſtigijs, verbum Dei diſſeminare cepit,
ſanctorum Apoſtolorum vitam aggreſſus effingere, ſicut nuditate, ita, & prædicandi
cura, victu quàm tenuiſſimo vtebatur, & tamen vinci ſe dolebat, ſi quis ipſo paupe-
rior apparuiſſet; paupertatem dominam ſuam vocabat, ſe non modo pauperem conſti-
tuens, ſed etiam pauperum ſeruum; Quæ res tantum Domino placuit, vt in pauperis ſpi-
ritu ſerui ſui conſolationem, voluerit ipſum Ciuitatem quandam ingreſſurum ab Ange-
lis; tamquam ſi ipſe non modo pauper, ſed paupertas ipſa eſſet his vocibus ſalutari, bene
veniat Domina paupertas; Aliquando Romam profectus, cum pauperculo cuidam oc-

curriſ-

curriſſet,ſuas cum illius veſtibus permutauit, quibus indutus mendicantium turbæ ſe coniunxit, & cum ipſis die illo conſedit,cum ipſis manducauit, ipſis ſeſe exequari con- A cupiuit,iam tum tacitus gloriari videbatur,ac ſi diceret, ego mendicus ſum, & pauper, Dominus ſollicitus eſt mei. Dum vna vice cum fratribus poſita menſa recumberet, & lectorem de Virginis puerperæ in Bethleem hoſpitantis anguſtiis mentionem facientem audiuiſſet,continuo conſurgens, humi reſedit,atq; ait. Numquid ego peccator, ego nequam, & inutilis ſeruus ad menſam ſedere debeo, cum Dei Genitrici in diuerſorio locus non fuerit? cum mundi opifex, ac Dominus natus ſit in ſtabulo? reclinatus in præſepio? & ſic dicens panem ſuum prouolutus in terra cum gemitu comedit. Et quemadmodum ipſe ſeruandæ paupertatis imprimis, maximeq; ſtudioſus erat, non aliter etiam fratres ſuos inſtituendos curauit, iuſſos proprij habere nihil, poſſidere nihil, & quo ſe ſubmiſſius gerant,victum mendicando quærere. Quem innumeræ vtriuſq; ſexus perſonæ ſunt ſequutæ, afferam tamen in præſentiarum exemplū ſolius ſanctæ Eliſabeth Regis Vngariæ filiæ, & Ludouico Lantgrauio Turingiæ Principi matrimonio iunctæ, & B noſtro de Pœnitentia ordini ſacro adſcriptæ. Hæc enim non erat ignara illius dicti Prophetæ. Pſalm. 6. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere; nam cum inter opes, luxumq; potentiæ ſæcularis verſaretur, paupertatem animo affectabat; Interdum domi ſola cum ancillis manens viliſſimum ſumebat amictum, totamq; ſeſe ad paupercularum morem componebat, dicens,non alio ornatus genere vſuram, ſi quando tandem dignatus fuerit pius, & miſericors Dominus, expeditius viuendi copiam ſibi concedere. Ad hæc quoties ad Eccleſiam audiendæ euangelicæ prædicationis gratia accedebat,non niſi inter infimas fœminarum ſibi deligebat conſidendi locum; vt iam aperte concupiſcere videretur ſe de illarum numero fieri, quarum tam libenter inibat conſortium. Defuncto itaq; viro,omnia quæ habere potuit indigentibus dedit, parumq; putauit fortunas tantum pro Chriſto impendiſſe,niſi amore illius etiam ſeipſam adduceret ſeruitio miſerorum. Igitur poſtquam conſtructo hoſpitali non modicam egenorum ægrotantium turbam col- C legiſſet, miniſtram ſe eorum fecit. Cumq; à Patre in Vngariam reuocaretur, noluit eo ire,talem vitam Regno præponens. Quæ in vita, & in morte tot ac tantis miraculis decorata fuit, vt veriſſimum eſſe quod à Domino Matt. 5. dicitur. Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cælorum luce clarius conſpiceretur.

Neq; eſt in ſancta Eccleſia hoc vitæ genus ſine certa, eaq; ampliſſima promiſſione Dei introductum, ſiquidem diuinus Mundi Saluator ab Apoſtolis interrogatus. Matt. 19. Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Reſpondit, amen dico vobis, quod vos qui ſequuti eſtis me; & non ſolum vos; ſed nemo eſt qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut Patrem, aut Matrem, aut Filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros, & in ſæculo futuro vitam æternam Marc. 10. Itaq; qui ſua propter Chriſtum relinquunt, centies tantum domos, D agros, fratres, &c. accipiunt in hoc mundo; hoc eſt, centies tantum vtilitatis, ac beneficij accipiunt ex domibus, agriſq; alienis, ex fratribus, ex ſororibus, matribuſq; non ſuis, quantum ex proprijs accipere potuiſſent; habebunt hæc omnia ad vſum, non ad opes, aut proprietatem poſſeſſionis,ſed vt illis perfruantur ſufficientiſſime per flumina charitatis, ſic diſponente Spiritu ſancto; omnium enim domus eis apertæ ſunt, omnes agri ipſis fructificant, omneſq; pie fideles officia pluſquam paterna, aut fraterna, aut materna in eos congerunt, & accumulant omnia ergo poſſidebant Apoſtoli, quia de omnibus quantum libuit in ſua poteſtate habebant; quia omnium rerum dominium, & proprietatem, imò & voluntatem ipſam tamquam proprium quidquam habendi à ſe abdicauerant, habentes

rurſum (ſic Domino cum ſeruis ſuis liberaliter nimis ſe habente) quæ aliorum erant
A adeo ad nutum, vt nihil eis defuerit, imo in tantum, vt dicat Apoſtolus ad Galat. 4.
Teſtimonium enim perhibeo vobis, quia ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi. Vnde beac dicebat 2. Cor. 6. quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes, ſicut egentes, multos autem locupletantes, tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Vnde Leo ſerm. 4. de Quad. dicebat, ſemper diues eſt chriſtiana paupertas, nec paret in illo mundo indigentia laborare, cui donatum eſt in omnium rerum Domino omnia poſſidere. Ita & Chriſoſt. ſerm. 18. ſuper Epiſt. ad Hebr. Nihil opulentius eo, qui paupertatem ſponte diligit, & cum alacritate ſuſcipit.

Sed quod plus eſt omnia propter Chriſtum relinquentes accipient vitam æternam: præmium tale, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Vos qui reliquiſtis omnia, & ſequuti eſtis me, centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis Matt. 19. & Marc. 10. & alibi nempe. Matth. 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum. Pauperum eſt Regnum cœlorum non ſo-
B lum quo ad poſſidendum pro ſe, ſed etiam ad illud alijs dandum. Sic reſpondit Chriſtus Apoſtolis, dicentibus ſe reliquiſſe omnia. Matt. 19. In regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede Maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes tribus Iſrael.

Sed animaduertendum eſt promiſſiones has fieri relinquentibus omnia, quod adeo verum eſt, vt dicat Aug. in 3. regula; & habetur in Decretis. 12. q. 1. c. non dicatis. Quod nec licet res, quæ Fratribus dantur in vſum nominare ſuas. Non dicatis (inquit) aliquid proprium, ſed ſint vobis communia omnia, & diſtribuatur vnicuiq; veſtrũ à præpoſito veſtro victus, & tegumentum, non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes, ſed potius vnicuiq;, ſicut cuiq; opus fuerit, ſicut legitur in actibus Apoſtolorum, quia erant eis omnia communia, & diſtribuebatur ſingulis, prout cuiq; opus erat. Qui
C aliquid habebant in ſæculo, quando ingreſſi ſunt Monaſterium libenter voluerunt illud eſſe commune, qui autẽ non habebant, non ea quærant in Monaſterio, quæ nec foris habere poterant, ſed tamen eorum infirmitati, quod opus eſt tribuatur, etiam ſi pauperies eorum, quando foris erant, nec ipſa neceſſaria poterat inuenire, tamen non ideo putent ſe felices eſſe, quia inuenerunt victum, & tegumentum, quale foris inuenire non potuerunt, nec erigant ceruicem, quia ſociantur eis, ad quos foris accedere non audebant, ſed ſurſum cor habeant, & terrena bona non quærant, ne incipiant eſſe Monaſteria diuitibus vtilia, non pauperibus, quia ſic diuites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur. Et paulo inferius. Quicunq; autem in tantum progreſſus fuerit malum, vt occulte literas ab aliquo, vel quodlibet munus accipiat, ſi hoc vltro confitetur parcatur illi, & oretur pro illo, ſi autem deprehenditur atq; conuincitur, ſecundum arbitrium præsbiteri, vel præpoſiti grauius emendetur. & infra. Certum eſt eos nihil habere, poſſidere, dare, vel accipere,
D ſine ſuperioris licentia debere. Quod ſi propinquus, vel amicus, vel quilibet Fratrum cuiquam aliquid offerre voluerit, primo quidem Priori inſinuetur, & ſic ſuſcipiatur, ſi ipſe mandauerit, de quo tamen nihil fiat aliud, niſi quod Priori placuerit. Vnde & Hieron. ſuper Matt. lib. 4. latro eſt, & domum Dei conuertit in ſpeluncam latronum, qui lucra de religione ſectatur, cultuſq; eius non tam cultus Dei, quàm negotiationis occaſio eſt. Et quidem deteſtabile eſt proprietarij peccatum, nam furtum committit inter bonos, quod cauetur inter malos, furtum committit in ſacro loco, quod cauebat in ſæculo, furtum ibi committit religioſus, vbi timet illud committere ſæcularis, quare multum offenditur Deus; vnde ſicuti tot bona, & gloriam æternam confert Deus his qui propter ſui amorem relinquunt omnia, vt viſum eſt; Ita & multa mala, & pœnas inferni

tribuit proprietarijs, ſicut oſtenſum eſt in Iuda, qui quia fur, & latro erat, cum Apoſto- A
licam vitam profeſſus eſſet, in tantum prolapſus eſt, vt ſuum Magiſtrum pro triginta
argenteis traderet, quare laqueo ſe ſuſpendit, & crepuit medius, & cum Demonijs in
inferno cruciatur. Et ſicut oſtenſum eſt in Annania & Saphira, qui morte ſubitanea
occiſi ſunt, cum illud quod debebat eſſe commune, furtiue ſibi appropriaſſent & ſicut
oſtenſum eſt cum multis religioſis proprietarijs, vt apud ſanctum Gregorium, & mul-
tos alios memoriæ traditum eſt. Vnde non ſine cauſa (& ſit finis huius diſcurſus) Ber-
nardus in Epiſt. ad Guilermum Monachum, dicebat (vt refert Antonius Gueuara in
Oratorio Religioſorum cap. 49.) Chriſto dicente, ſi vis perfectus eſſe, vende omnia quæ
habes, & ſequere me, eſt velle nos monere, ne in corde vllum huius mundi rerum deſi-
derium habere, neq; in cellis illas aſcondere velimus: nam quæcumq; inſcio Prælato
Monachus habet, ſe certo illa ſurripuiſſe credat. Si vis Guilerme Frater in religione
proficere, & vitam in ea traducere, caue ab otio, & curioſitatem fuge; quia Demonij eſt B
officium cor curis otioſum onerare, & cellam curioſi Monachi deſiderijs, & appetitibus
implere. Caue Guilerme, caue ne cellam puerorum nænijs, capſaſq; iocularibus nugis
occupes; quia in ordine meo Monachum curioſum hucuſq; vidi neminem, qui poſtea
proprietarius non euaſerit. Si tu cum Monachus ſis Chriſtum uis imitari, quomodo au-
des largam cellam procurare, ſtricta ſuper cruce Chriſto paſſo? quomodo audes locuples
fieri, & feneſtras vitio claudere, pro te Chriſto viſcera lacerata, & tot plagas apertas
habente? quomodo tu cellam uis emblemate dilapidare, Chriſto è cruce clauibus ſolis af-
fixus pendente? Non te pudet officinam omnium rerum in cellam habere; Chriſto in
cruce nec acquæ vas habente? Qua cum conſcientia capſas veſtibus à tineis corroſis ple-
nas tenes Chriſto ſcapulis nudis in cruce manente? Cur Prælatum vt è Monaſterio eg-
grediendi facultatem tibi faciat quotidie importunas, cum Chriſtus è cruce noluerit de-
ſcendere rogatus? Crede mihi Guilerme, & de hac re non dubites, quod ſi vis ex Ber- C
nardi Monachis eſſe, debes nudus nudum, pauper pauperem, famelicus famelicum, Cru-
cifixus Crucifixum, & ſolitarius ſolum ſequi Chriſtum; quia non poſſumus in Monaſte-
rio ſimiles beſtias tolerare.

CAPVT VNDECIMVM.

Noſtratum habitus.

ET quoniam qui mollibus veſtiuntur (vt in- D
quit Dominus in Euangelio) in domibus Re-
gum ſunt, maioreſq; noſtri voluere, vt in Ere-
mitico habitu degamus. 2 Religioni conſu-
lentes decernimus, vt (iuxta noſtra Apoſto-
lica priuilegia) noſtratum habitus ſit tunica talaris, cum
ſcapulari veſte, ſiue cucullo vtrinq; angulari, poſteriori ta-

men

A men angulo funiculum attingente. Pallium vero inſtar impluuiæ, nulla vel coloris, vel formæ differentia; vt eodem modo, & colore (quem vulgo beretinum appellamus) omnes veſtiantur. 3 Vnuſquiſq; tunica, & ſcapulari veſte indutus, ſoluſq; dormiat: 4 Neq; tamen vllus in plumeis lectis cubet in Cœnobijs noſtris, niſi adſit Miniſtrorum conſenſus, quos tamen hoc alicui concedere non permittimus, niſi vrgeat neceſſitas. 5 Nullus præterea præter ægrotos, lineis interu-
B lis induatur.

Collatio prima, ex num. 1. & 2.

OMnia ferè priuilegia teſtantur habitum noſtrum fuiſſe Eremiticum. & Pater Bonau. de Vincentia in ſuis literis. Cum primum &c. dicit ſanctum Franciſcum per biennium ferè poſt ſuam conuerſionem hunc habitum Eremiticum detuliſſe. Sed vt notauimus in carta procuræ facta à Patre Bartholomeo de Bonamatis de Peruſia Miniſtro generali facta fuit mutatio circa habitum, nam aliqui induerunt tunicam, caputium, & cordonem, perſeuerantibus adhuc aliquibus ſub habitu Eremitico, & ſine dubio in virtute Bullæ Nic. V. Paſtoralis officij nobis &c. & Clem. VII. Ad vberes &c. dicit Iulium II. ſtatuiſſe, quod habitus noſter eſſet tunica,
C mantellum, caputium acutum ante, & retro, cum corda ſub mantello. & in compendio priuilegiorum. verbo. Tertiarij Fratres. Ex ipſo Iulio II. refertur, & eſt confirmatio conſtitutionum Capituli Generalis Vallisoleti, vt in priuilegijs notauimus. quod caputium debet eſſe tàm latum, vt deſuper ſcapulas deſcendat ab vtraq; parte per quattuor digitos, & tàm longum, vt ante, & retro poſſit ſuper illud cingi cingulum. & Fratres de Flandria portabant ſcapulare ſuper Mantellum. Nic. V. Apoſtolicæ Sedis, &c. Qui veſtitus debet eſſe vilis, & humilis, quo ad colorem, & pretium. Nic. IV. & Leo X. in regulis. Et quo ad colorem quod non ſit prorſus albus, vel niger. Nic. IV. in regula. & Iul. II. vbi ſupra, quod tendat magis ad nigredinem, quàm ad albedinem, & regula noſtra hoc capite, quod ſit beretinus. Cuius coloris ſupradiximus fuiſſe veſtem inconſutilem. D. N. Ieſu Chriſti. & Clem. VIII. Vt ea quæ pro religionum &c. declarans Fratribus Regni Portugalli quomodo conficia-
D tur, dicit, quod ex quinq; partibus lanæ, quattuor debent eſſe lanæ nigræ naturalis, & vna pars lanæ albæ. & quod tunica debeat eſſe talaris habetur in iure. cap. non liceat cuilibet. 2. diſt. 23.

Collatio ſecunda, ex num. 3. 4. & 5.

NOn inuenio hæc decreta in priuilegijs. Sed eſt de iure, quod regulares die noctuq; geſtiant ſui ordinis habitum. cap. Vidua. 20. q. 1. cap. ſanctimoniales. diſt. 23. & c. vt periculoſa. ne cler. & Monach. in 6. Eſt etiam vſus aliarum religionum. vt Sancti Benedicti, in ſua reg. cap. 12. vbi habetur etiam, quod dormiant ſoli,

quod præcipit quoque regula Carmel. c. 3. Quod vero non deferantur camiſiæ li- A
neæ habetur c.cum ad Monaſterium de ſtat. Monach. Et certe cum Fratres noſtri Ordinis ab initio vitam Eremiticam affectarent, credendum eſt eos non habuiſſe interulas lineas, ſed aſperam, & rudem tunicam ſuper carnem nudam; nec in plumeis lectis cubaſſe, ſed ſuper nudam humum, vel ſuper tabulas, aut ſtruem lignorum, vel ad plus ſuper ſtratum foliorum, fœni, vel palearum. Et antiquiores Ordinis mihi retulerunt quod noſtrates ſuper paleas dormiebant, qui vſus diu permanſit in Monaſterijs Vairani, & Plazzani diœceſis Cremæ, & Sanctorum Geruaſij & Prothaſij Ciuitatis Papiæ. Et hodie tam laudabilis auſteritas perſeuerat adhuc apud Dalmatas noſtri Ordinis Fratres, vt ipſemet ego in Viſitationibus generalibus fui expertus. Quare dicendum eſt ex traditione, vſu, & conſuetudine confirmata noſtrates ſtatuiſſe, vt ſoli, veſtiti, nec in plumeis lectis dormirent, & quod nullus lineis interulis induatur. Et poſtquam regula noſtra prout iacet fuit à Pio B
V. vt ſupra diximus confirmata, nulli dubium eſt, propter hoc, & propter decreta ipſa regulæ, quod Fratres poſſunt ad horum decretorum obſeruantiam compelli. Quare optime factum eſſet, ſi vnuſquiſque non expectato Superioris præcepto, ſuam regulam obſeruaret.

ANNOTATIO PRIMA.

Hic notabilis oritur difficultas an religioſus tertiarius ſi non ferat ſui ordinis habitum in hoc capite præſcriptum, peccet mortaliter, & ſit excommunicatus? Cum ex vna parte contenta in regula non obligent ad culpam. & ex altera in cap. vt periculoſæ ne Clerici, vel Monachi lib. 6. excommunicentur omnes religioſi, tacitè, vel expreſsè profeſſi aliquam religionem approbatam temere habitum ſuæ religionis in ſcholis, vel C
alibi dimittentes. Et certe dicendum eſt quo ad hoc Nos religioſos tertiarios tacitè, vel expreſſe profeſſos cæteris aliarum religionum approbatarum profeſſis pares eſſe, non ex vi regulæ noſtræ, niſi adſit contemptus, & ſcandalum; ſed ex alio capite, nempè ratione præcepti eccleſiaſtici contra religioſos habitum dimittentes; quia ſic excipitur in regula.

Sed talis dimiſſio debet eſſe temeraria, & animo vagandi; ideſt ſine rationabili cauſa arbitrio boni viri diiudicanda. Et quando incurratur peccatum, vel excommunicatio, & quando non, conſulendi ſunt Doctores ab Azzor. lib. 12. tom. 1. cap. 17. quæſt. 8. & 9. & à Sairo de cenſuris. lib. 3. cap. 33. num. 8. & ſequent. relati, & alij.

Diceremus tamen quod ſtante religionis noſtræ ſuauitate, & dulcedine, & in hoc varia Doctorum opinione, quod tuto in conſcientia ſequi poſſemus Doctores mitiores, dummo- D
do alicuius ſint authoritatis. Verbi gratia, Quod religioſus tertiarius cooperiens, & abſcondens habitum ſuum, ſiue ex cauſa rationabili, ſiue ex cauſa illicita non incurrat excommunicationem, ſed tantum venialiter, vel mortaliter peccaret ſecundum cauſæ malitiam, ad modum, quo dicunt. Panorm. c. Deus qui. de vita, & honeſt. cler. Tabiena, & alij, quos Sairus loco prædicto citat, cui ſententiæ ipſe etiam ſubſcribit.

Similiter ſi habitum deponat in Monaſterio, aut in Cella non ſolum ad reſarciendum, & lauandum habitum, ſed etiam ex quadam animi leuitate, ad nugandum, ludendum, currendum &c. quia non eſt temeraria dimiſſio, neq; animo vagandi, ratione cuius excommunicatio lata fuit. ita Palud. Antonin. Ioan. Andr. in c. vt periculoſa. Nau. & alij.

Pariter ſi dormiat ſine habitu, ideſt ſine caputio, & tunica vltima, quamuis ægrotus,

ſiu vt

ita vt non cognoſcatur, an ſit religioſus, quia talis habitus dimiſſio non eſt temeraria,
A nec illicita, & potius videtur neceſſaria. ita Azor. qui citat Gloſſam, & alios Do-
ctores.

Item ſi ex timore, & metu latronum. Ita Sairus, qui citat Gloſſam, & Palud.

Item ſi propter balnea, vel propter piſcationem Sairus, qui allegat Ioan. Andr. Ang.
Antonin. Silueſt. & Tab. etiam ſi dimittat habitum per totum diem domeſtice ibi ma-
nendo, & citat Caiet.

Neq; ſi dimittat cum intentione reaſſumendi propter cauſam illicitam. ita Silueſt. &
Nau. quod ſaltem verum erit ſi ſine ſcandalo fiat, vt placet Sairo.

Et ita ſi habitum alterius religionis aſſumat, & ſuum temerarie deponat. Ang. Tab.
qui alios citat.

Si quis verò habitum cum intentione non reaſſumendi dimittat, & exeat ſepta Mona-
ſterij, & occurrat ratio ſcandali, quia coram ſecularibus appareat, tunc peccat mortali-
B ter, & eſt excommunicatus, & apoſtata à Religione, quod non eſſet, ſi non exiret Mona-
ſterium. ita Ang. Neq; ſi mutaret propoſitum, & reaſſumeret habitum antequam veni-
ret caſus ſcandali, ſiue intra, ſiue extra Monaſterium eſſet. ex Silueſt. & Tab.

Quæ omnia ſic volumus eſſe dicta, non vt ad deponendum habitum Fratres procliuio-
res fiant: cum habitus adeo annexus eſſe deberet oſſibus religioſorum, vt in quocunq; lo-
co exiſtentes, ſiue in lectulo quieſcentes conſtanter eo vti debeant. argum. c. vidua. 20. q.
1. & c. ſanctimoniales. diſt. 23. vbi Gloſſa addit, etiam in lecto cum infirmitate. Propter
quæ Graphius deciſionum lib. 3. cap. 5. nu. 69. occaſionem ſumpſit tam ſeueram ſenten-
tiam proferre etiam contra dormientes ſine habitu in ſuo Conuentu, ſed certe ſine ratio-
ne. Cum cuperem, vt nullo modo, neq; vlla de cauſa habitus religionis vnquàm dimitta-
tur; & pœnis arduis coercenda eſt facilis multorum libido, qui per Monaſteria ſine ha-
bitu diſcurrunt, & celulis apertis ſine habitu omnium conſpectui, etiam ſecularium ſe ſe
C offerunt. Sed ſolum ſic dixiſſe ſufficiat, vt ſi caſus contingat (quod Deus auertat) laqueum
animabus ſupra id quod conuenit, non inijciamus.

ANNOTATIO SECVNDA.

CVm legamus Matt. 22. Regem illum, qui munificas nuptias fecit filio ſuo, & tot
nuncijs, & pluribus vicibus inuitatos, ac quoſcumq; alios, etiam non inuitatos ad
eas tam anxie venire conabatur, vnum ex diſcumbentibus, atq; eum alias amicum,
increpaſſe, ac Miniſtris imperaſſe, vt illius ligatis manibus, pedibuſq; mitterent eum in
tenebras exteriores, vbi erit fletus, & ſtridor dentium, & hoc eo ſolo, quod illum
ſine veſte nuptiali diſcumbentem inuenerat. Maximè religioſis timendum eſt, ne
in religione vbi Dei Filio nuptiæ paratæ ſunt, inueniantur diſcumbere veſte pere-
D grina, & non nuptiali induti, ac propter ornatum ſolum, & tegumentum tempore
mortis per manus Demonum crudelium Dei iuſtitiæ Miniſtrorum mittantur in in-
fernum.

Multa circa habitum poſſunt eſſe reprehenſibilia, referam aliqua, vnuſquiſq; tamen
ſibi inuigilet circa omnia, nam excogitari nequeunt hominum circa veſtitus, & orna-
tus vanitatem adinuentiones omnes. Primum erit ſuperflua veſtium multitudo, con-
tra quod clamat totius perfectionis Magiſter. Matth. 6. & de veſtimentis quid ſolicití
eſtis, conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt, non laborant, neq; nent, dico autem vobis,
quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis: ſi au-
tem fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quanto

magis

magis vos modicæ fidei? nolite ergo ſoliciti eſſe dicentes, quo operiemur? hæc enim omnia gentes inquirunt. Teſtimonium euidens huiuſce diuinæ curæ eſt, quod dicitur A
Gen. 3. fecit quoq; Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Vbi maximè ſe prodit diuina bonitas veſtiens delinquentes. Si ergo peccatoribus id non negauit, ſed ſua ſponte, etiam non rogatus conceſſit, multo minus pijs, & iuſtis ea negabit; veſtimenta ſcilicet neceſſaria. Vnde Matt. 10. volens Apoſtolos ſe à ſuperfluitate veſtimentorum abſtinere, dicit, quod neq; duas tunicas, neq; calceamenta poſſideãt. Super quem locum Hieron. dicit. Simplex veſtimentum dicitur, quidquid neceſſarium eſt alicui ſecundum qualitatem loci, & temporis. Duplex autem, quod extra neceſſitatem. & in Epiſt. ad Fabiolam, quidquid corpora noſtra defendere poteſt, & humanæ ſuccurrere imbecillitati, quos nudos natura profudit, hæc vna appellanda eſt tunica, & quidquid in præſentibus alimentis eſt neceſſarium, hoc vnius diei victus appellatur. Quapropter nihil tam neceſſarium ſecundum Ambr. ad Vercellen. Eccleſ. quam cognoſcere, quid ſit neceſſarium. Vnde contra religioſos ſuperflua veſtimenta habentes exclamat B
Bernard. epiſt. 42. dicens. Clamant nudi, clamant famelici, & conqueruntur nobis, famæ, & frigore miſerabiliter laborantes. Quid conferunt tot mutatoria veſtium, vel extenſa in perticis, vel plicata in manticis? agite nunc diuites. Iac. 5. plorate vlulantes miſerijs veſtris, quæ aduenient vobis; veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt.

Secundum eſt nimia veſtium prætioſitas. Vellem in hoc loco, & bene ſciuiſſem defectus circa veſtitus prætioſitatem hac noſtra ætate reprehenſibiles ennumerare, ſed ne ſimplicium aures offendantur, ſufficiat quod dicit Bernard. in apol. ad Gulielmum Abbatem. Iam (inquit) religionis antiquæ non ſolum virtutem amiſimus, ſed nec ſpeciem retinemus. Ecce ipſe habitus noſter, quod & dolens dico, qui & humilitatis ſolebat eſſe inſigne, à Monachis noſtri temporis in ſignum portatur ſuperbiæ. Vix in noſtris Prouincijs inuenimus, quo veſtiri dignemur. Miles, & Monachus ex eodem panno partiuntur ſibi cucullam, & clamidem. Cuius rei cauſam Greg. Hom. 40. aſſignat dicens. C
Nemo prætioſa veſtimenta, niſi ad inanem gloriam quærit, videlicet, vt honorabilior cæteris videatur. Nemo vult ibi prætioſis veſtibus indui, vbi à nemine poteſt videri. nolebat Apoſtolus. 1. Timoth. c. 2. Mulieres in veſte prætioſa orare, quid de religioſis eſſet dicturus?

Tertium eſt mollities, ſubtilitas, & venuſtas habitus, contra quem defectum Bernard. in apolog. Quæritur ad inducendum non quod uilius, ſed quod ſubtilius, non quod frigus repellat, ſed quod ſuperbire compellat, non deniq; iuxta regulam quod uilius, ſed quod venuſtius. Non decent eos qui ad deſertum clauſtri confugerunt indumenta mollia, nam qui mollibus induuntur, in domibus regum ſunt, at Ioannes habebat veſtimenta de pilis Camelorum. Vanum cor vanitatis notitiam ingerit corporis. Mollia indumenta animi mollitiem indicant, non tantum curaretur corporis cultus, niſi prius neglecta fuiſſet mens inculta interius. D

Quartum eſt nimis nitor, qui attenditur in colore; & è contrario ſordes, & immunditia veſtitus, de quibus Aug. lib. ſerm. Domini. Animaduertendum eſt non in ſolo rerum corporearum nitore, atq; pompa, ſed etiam in ipſis ſordibus lutoſis eſſe poſſe iactantiam, & eo perículoſiorem, quo ſub nomine ſeruitutis Dei decipit. & Hieron. in epiſt. ad Nepotia. Veſtes pullas æquè deuita, vt candidas, ornatus, & ſordes pari modo fugienda ſunt, quia alterum delitias, alterum gloriã redolet.

Quintum eſt compoſitio irreligioſa ſecundum ſæculi vanitatem, & indecens coaptatio in modo portandi habitum. De quibus duobus defectibus dicitur in libro de ſolitaria vita, & habetur apud Bernard. Ingenuum [illegible] ſuis animum [illegible] magis decent omnia exte-

riora

riora inculta, & neglecta, diligentia circa vanitatem exterioris ornatus ſignum eſt negligentiæ circa interiorem ornatum. Contra quos adhuc magis inuehit Hieronym. ad Euſtochium. Quid dicam de his qui ambiunt ſacerdotium, quibus cura eſt vt veſtes bene oleant, & pes laxa pelle non ſordeat, quibus vt crines calamiſtro rotentur; quibus vt digiti annulis radient, & ſi via humidior fiat, vix in eam pedes veſtigia imprimant. Sed quid tenendum ſit in hoc docet Ambr. de offic. lib. 1. dicens. Decor corporis non ſit affectatus, ſed naturalis, ſimplex, neglectus magis, quàm expeditus, non prætioſis, & albentibus adiutus veſtimentis, ſed communibus, vt honeſtati, vel neceſſitati nil deſit, nil accedat nitori. & lib. 1. de virginita. Neglecta decoris cura plus placet, & hoc ipſum quod nos non ornamus ornatus eſt.

Plura alia dicenda eſſent, & præcipuè quæ à ſacris canonibus decernuntur. diſt. 23. cap. clerici qui diſt. 41 cap. clericus. & c. parſimoniam. diſt. 92. c. cantantes. 20. q. 1. cap. Vidua. 21. q. 4. cap. omnis iactura. & quattuor cap. ſequent. & c. clerici. 2. de vita, & honeſt. cleric. & clem. 1. cap. ne in agro. de ſtat. Monach. & alibi. Sed concludamus cum his, quæ habentur in Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 6 de reformat. Quia vero, & ſi habitus non facit Monachum, oportet tamen clericos veſtes proprio congruentes ordini ſemper deferre, vt per decentiam habitus extrinſeci morum honeſtatem intrinſecam oſtendant: Tanta autem hodie aliquorum inoleuit temeritas, religioniſq; contemptus, vt propriam dignitatem, & honorem clericalem paruipendentes, veſtes etiam deferant publice laicales, pedes in diuerſis ponentes, vnum in diuinis, alterum in carnalibus, propterea omnes eccleſiaſticæ perſonæ quantumcumq; exemptæ, quæ aut in ſacris fuerint, aut dignitates, perſonatus, officia, aut beneficia qualiacumq; eccleſiaſtica obtinuerint, ſi poſtquam ab Epiſcopo ſuo, etiam per æditum publicum moniti fuerint, honeſtum habitum clericalem, illorum ordini, & dignitati congruentem, & iuxta ipſius Epiſcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, per ſuſpenſionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus, & prouentibus ipſorum beneficiorum, necnon ſi ſemel correpti, denuo in hoc deliquerint, etiam per priuationem officiorum, & beneficiorum huiuſmodi coerceri poſſint, & debeant, conſtitutionem Clementis V in Conc. Vienen. æditam, quæ incipit. Quoniam &c. innouando, & ampliando. Quam facultatem habent, & ſuo modo exercere debent reſpectiueq; pœnis decentibus ſuperiores Religionum erga ſibi ſubditos, quotieſcumq; ſe accomodare noluerint ſtatutis ordinis circa decentiam habitus.

Quare omnes hortor in Domino, vt quantum ſibi à Deo, & ſuperioribus fuerit permiſſum, parcitati, & vilit uti habitus velint incumbere. Sanctus Franciſcus in ſuo teſtamento dicit, quod ipſe, & Fratres ſui ab initio erant contenti tunica vna, intus, & foris repetiata, cum cingulo, & brachis, & nolebant plus habere, quamuis in regula conceſſerit duas tunicas, vnam cum caputio, & aliam ſine caputio. Vnde quilibet ſolicitus ſit cilicijs, cordulis ſuper carnem, & alijs ſanctis adinuentionibus Deo multum acceptis, & à ſanctis in vſu habitis diſcrete carnem ſuam mortificare, quia in extremis eis bene erit.

CAPVT DVODECIMVM.

Vana, & curioſa vitanda.

CVM noſtri Cœnobitæ deniq; de Pœnitentia nuncupentur, vt (iuxta Domini voluntatem) fructus dignos pœnitentiæ faciant. 2 Non ſolum faſtus, & ornatus,

natus, verum etiam curioſa, & vana quæq; vitare tenentur. A
3 Itaq; caueant in primis, ne choreis, ludis, iocis, aut alijs hi-
ſtrionum vanitatibus vllo vnquàm tempore interſint. 4 Ad
vana itidem ſpectacula, ac inhoneſta conuiuia non accedant.
5 Nugas, mendacia, atq; periuria fugiant, nec temere iura-
mentis vtantur. 6 Ait enim Chriſtus ſit ſermo veſter, eſt, eſt;
non, non: quod autem his abundantius eſt, à malo eſt, 7 Et
quicumq; vllo vnquam die (vt in multiloquio, in quo non
deeſt peccatum, fieri conſueuit) incaute iurauerit, veſperi B
eiuſdem diei, vbi cogitare debet quid fecerit, pro pœnitentia
Orationem Dominicam, & Angelicam ſalutationem ter re-
petat. 8 Sint Cœnobitæ ipſi ſanctitate puri, pudicitia mun-
di, nitidi honeſtate, religioſi, pij, benigni, miſericordes, humi-
les, ac pacifici, odia, iram, indignationem, clamores, blaſphe-
mias, ſuperbiam, iactantiam, murmura, ſuſurrationem, ac de-
niq; detractionem, procul à ſe repellant. 9 Arma nullo mo- C
do tangant, aut deferant, rixas, & litigia amicabiliter compo-
nant, ac inter omnes veram concordiam, & vnanimitatem
pro viribus ſemper ponere conentur.

10 Hæc quæ ſuperius de iuramentis dicta ſunt, limitantur, & intelligi debent iuxta regulam Nic. IV. Summi Pontificis, cuius verba formalia hæc ſunt. A iuramentis autem ſolemnibus omnes abſtineant, niſi neceſſitate cogente in caſibus per Indulgentiam Apoſtolicæ Sedis exceptis, videlicet pro pace, fide, calumnia, & teſtimonio perhibendo, ac etiam in contractu emptionis, venditionis, & donationis, vbi videbitur expedire. In communi quoq; loquela, & reliqua diximus ſub alijs verbis. D

Collatio prima, ex toto capite, & poſtilla, excepto num. 8.

QVæ his numeris dicuntur integrè deſumpta ſunt ex regulis Nic. IV, & Leonis X.

Collatio ſecunda, ex num. 8.

EX quibus ſequitur collatio ſecunda. Nam ſi Fratres nec debent arma tangere, ſed rixas, & litigia habent componere, & concordiam pro viribus inter omnes ponere. Sequitur quod ſint benigni, miſericordes, humiles, pacifici; ac quod

debeant

debeant odia, iram, indignationem, clamores, & ſuperbiam deponere.

A Pariter ſi debent fugere nugas, mendacia, & periuria, & temeraria iuramenta, ſequitur, quod tenentur à ſe repellere blaſphemias, ſuperbiam, iactantiã, murmura, ſuſurrationem, ac detractionem.

Similiter ſi non decet eos intereſſe choreis, ludis, iocis, & hiſtrionum vanitatibus, nec ad vana ſpectacula, & inhoneſta conuiuia accedere; ſequitur, quod ſint pudicitia mundi, & nitidi honeſtate. atq; ex omnibus ſimul, quod ſint ſanctitate puri, religiſi, & pij.

Quæ omnia faciliter poſſent ſingilatim ex ſacris canonibus colligi. Vt Clem. 1. c. ne in agro. de ſtat. Monach. c. clerici. 2. de vita, & honeſt. cler. diſt. 90. per totum. Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. de reform. ſed breuitatis gratia legant quæſo religionis cultores. Nau. Coment. 4. de regul. nu. 26. & 27. qui adducit multos canones, & Conc. Trid. & multa dicit notatu digna, ac etiam facientia pro obſeruantia capitis imme-

B diate ſuperioris circa ornatum & veſtitum, & me transfero ad alia.

ANNOTATIO PRIMA.

Mentem inſtitutorum Regulæ, appellatione curioſitatis, & vanitatis fuiſſe creditur, vitia, & peccata omnia reprimere voluiſſe, cum hoc nomen vanum in ſua latitudine ſumptum ſignet quidquid Deo diſplicere poteſt, iuxta illud 1. Reg. c. 12. nolite declinare poſt vana, quæ non proderunt vobis, neq; eruent vos, quia vana ſunt, & non derelinquet Dominus populum ſuum propter nomen ſuum magnum. Et per conſequens ad virtutes omnes, dona, beatitudines, & fructus fratres huius ordinis conſequendas excitare. Quod, & mihi faciliter perſuadeo, quia in ennumeratione malorum à quibus de pœ-

C nitentia fratres cauere debent, per omnia peccata capitalia fit tranſitus; vel capitale ipſum, vel ſpeciem, vel ſaltem aliquam illius filiam enumerando. Similiter, & de bonis ipſis, quibus prædicti fratres ornati eſſe debent; nam aliqua ex virtutibus, alia ex donis, nonnulla ex beatitudinibus, & reliqua ex fructibus deſumpta eſſe conſpicimus. Sed breuitatis gratia, nec omnia mala, nec omnia bona ſingilatim nominantur, ſed aliqua, & modo tali, vt Fratres Tertiarij, quibus hæc regula conſcribitur, tàm ex ipſa vitiorum, & virtutum ennumeratione, quàm ex forma loquendi, omnia bona, & mala hoc capite fuiſſe comprehenſa intelligere poſſent.

Et inſuper, quod non talis, qualis vitiorum fuga perſuadeatur, ſed omnimoda, venialium etiam, & rerum quæ peccati ſpeciem aliquam præſeferre poſſint, vt conſideranti quæ prohibentur notum fiet. Pariter quod non qualiſcumq; virtutum acquiſitio proponatur, ſed in perfectiſſimo, & in ſupremo gradu; nam cum perfectiones de quibus hoc capite agitur contineantur partim in virtutibus, partim in donis, partim

D in beatitudinibus, & partim in fructibus, vt diximus; & ſecundum Scoti doctrinam ſentent. 3. diſtin. 34. (cuius maiores noſtri non erant ignari) virtutes, dona, beatitudines, & fructus non ſint diuerſi habitus, quia dona, beatitudines, & fructus reducuntur ad habitus virtutum, ſed ſolum ſunt virtutum habituum gradus, ſicut ſapiens, ſapientior, & ſapientiſſimus differunt ſecundum gradum tantum. Vnde Bonau. ibidem. artic. 1. quæſt. 1. dicebat, quod virtutes rectè, dona expeditè, beatitudines verò perfectè operantur, ideſt magis, & minus perfectè; Ita quod ſcalam cœlorum aſcendens, primo accipit virtutes, quibus rectus efficitur, ſecundo dona in altiori gradu virtutum, quibus expeditior redditur, tertio beatitudines adhuc in altiori virtutum gradu, quibus iam perficitur; vt dicat Chriſtus. Matth. 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam

veſtrum eſt Regnum cælorum; deinde in cacumina ſcalæ apprehendat fructus gutturi A
aſcendentis dulciſſimos. Manifeſtum eſt inquam, dum hoc capite fit mentio virtutum,
donorum, beatitudinum ac fructuum, quod prætenditur acquiſitio virtutum ſecundum
omnem ſuum gradum, & perfectionem, ſecundum quem virtutes conſequi poſſunt. Et
per conſequens, quod in hoc capite tradatur tota ratio trium viarum, ſcilicet purgatiuæ,
illuminatiuæ, & vnitiuæ, ad tres perſonarum ſtatus, videlicet, incipientium, proficientium,
& perfectorum pertinentium.

ANNOTATIO SECVNDA.

De virtutibus, & vitijs quibuſq; modo habendus eſt ſermo, & primo de vitijs, cum
dicat Aug. quod mens non poteſt habere regnum virtutum, niſi prius excuſſerit
iugum vitiorum. Et licet de ſingulis quibuſq; vitijs eſſet agendum; quilibet tamen ſe-
cundum ſuam qualitatem, & propenſionem, ea ſeparatim a ſe repellere conabitur. & B
mihi ſufficiet in genere dixiſſe, quod homo peiorem hoſtem peccato non habet, quo om-
nibus priuatur bonis, & præcipuè æterna Dei viſione, & gloria, & propter quod omnia
incurrit mala; mala inquam huius ſeculi, famem, ſitim, frigus, calorem laborem, infirmi-
tatem, & mortem: & mala futuri ſeculi, damnationem, & pœnas æternas inferni. Vn-
de bene dicebat Aug. quod nulla homini noceret aduerſitas, ſi nulla ei dominetur ini-
quitas. Sufficiat etiam dixiſſe, quod Deus nihil odit niſi peccatum, vel propter pecca-
tum. Sap. 14. odio ſunt Deo impius, & impietas eius; & in tantum quod nulli qualibet
ex cauſa parcat, ſi hoc peccatum requirat. Aliquando Principes huius mundi ſolent
parcere aliquibus, quia perſonæ nobiles ſunt, quæ delinquunt, ſed Deus nobiliorem Prin-
cipem cæleſtis militiæ, cum ei adhærentibus omnibus propter vnum peccatum de cælo
præcipitem dedit, & æternaliter damnauit. Aliquando parcitur alicui propter eius ra- C
ritatem, ſed nihilominus Deus non pepercit primis parentibus peccantibus, licet ſoli
eſſent in mundo, quin eos e Paradiſo terreſtri eijceret, amplius illuc reuerſuros, & ærū-
mnis, & morte puniret, & ſi niſi vnus homo eſſet, & in peccato mortali decederet, ad-
huc illum æternaliter damnaret. Aliquando parcitur aliquibus propter multitudinem,
at Deus in diluuio totum genus humanum, octo perſonis exceptis propter peccatum ſub-
merſit. Aliquando parcitur alicui propter conſanguinitatem; at Deus proprio filio ſuo
non pepercit, non quia peccauit, cum eſſet impeccabilis; ſed eo ſolo, quod in ſimilitudi-
nem peccati habitu inuentus eſt vt homo, & ſe medium pro peccatoribus inter Deum,
& homines conſtituerit, ideo tot, & tanta eum voluit pati. Non habet Deus ad eo bo-
num amicum, nec in cælo, nec in terra, quem ad mortem vſq; non odiret, ſi peccatum
mortale in eo inueniret: Sancti quoq; peccatum maximè, & ſuper omnia oderunt, omnia
tormentorum genera eligentes potius ſuſtinere, quàm peccatum committere. Et ita face- D
re tenentur omnes, ad quod præſtandum ſummopere iuuaret, ſi à venialibus quoq;
quantumcumq; poſſibile eſt quiſq; ſe purgaret. Quia ſecundum Bonau. de præparatione
ad Miſſam. cap. 5. & ſi peccata venialia non occidant animam, quia ei non auferunt
vitam gratiæ, tamen reddunt hominem tepidum, indeuotum, grauem, & ad bene ope-
randum indiſpoſitum. Vnde Aug. de decem cordis. Nolite contemnere venialia, quia
minima ſunt, ſed timete quia plura, plerumq; enim beſtiæ minutæ multæ necant, num-
quid minutiſſima ſunt grana arenæ, ſed ſi arena amplius in naui mittatur, mergit illam,
vt pereat. quàm minutæ ſunt guttæ pluuiæ, nonne flumina implent, & domos deijciunt?
timenda eſt ergo ruina multitudinis, & ſi non magnitudinis. Quæ ſententia intelli-
genda eſt diſpoſitiue, quia peccata omnia venialia ſimul non faciunt vnum peccatum

morta-

mortale, & ideo non priuant animam gratia, ſed bene ſunt diſpoſitiuæ ad peccatum mortale, quare & ab eis quam maximè cauendum.

A

ANNOTATIO TERTIA.

MAximum eſt etiam illud remedium ad euitanda peccata, quod in hoc capite præſcribitur, nempè examen conſcientiæ quolibet ſero faciendum, ſic enim faciebat Profeta qui Pſalm. 76. dicebat. Anticipauerunt vigilias oculi mei. & annos æternos in mente habui, & meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum. & Pſalm. 6. laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrimis meis ſtratum meum rigabo. Religioſus igitur antequam eat dormitum, ſe recipiat humiliter, & deuote ante Deum, in cuius conſpectu ſunt omnia, & ibi diſcurrat per omnia opera, verba, & cogitationes illius diei, & diligenter intueatur, ſi aliquod malum commiſit, vel aliquod bonum, ad quod tenebatur facere, prætermiſit, & ſi bona quæ fecit fuerint aliqua mala circumſtantia vitiata; vt ſi officium diuinum, Miſſam, & alias præces ſine attentione, & abſq; deuotione recitauerit, ſi ieiunauit propter vanam gloriam &c. examinet verba, ſi iurauit temere, & ſine neceſſitate, ſi murmurauit, detraxit, nugas, mendacia, verba vana, ſcurilia, ſuperflua, & ſuperba protulerit &c. ſcrutetur animi motus interiores, ſi fuerint ſuperbiæ, iactantiæ, cupiditatis, luxuriæ, iræ, gulæ, &c. Si hæc, vel alia deſideria inutilia, & noxia cito vt tenebatur expulit à ſe, vel de illis aliquam delectationem moroſam habuerit. Et completo examine, ſi inuenerit ſe illo die in nullo deliquiſſe, laudet & benedicat Deum à quo bona cuncta procedunt, quia quantum ex ſe erat millies, & amplius Deum offendiſſet, ſed fuit ex Dei maxima benignitate, quod non peccauerit. Si vero in aliquo, vel in multis ſe culpabilem repererit, veniam humiliter, & maximo cum dolore à Deo petat, quam certo expectet, ſciens quod Deus cor contritum, & humiliatum numquam deſpexit; & proponat in futurum cum Dei adiutorio ſimilia, nec alia amplius ſe perpetraturum, & ſecundum criminis grauitatem ſe ipſum condemnet ad dicendum aliquam orationem, ad ieiunandum, vel ſe abſtinendum ab aliqua parte cibi, & potus, ad ſe diſciplinandum, &c. nihilominus paratus ad confitenda ſingula queq; peccata Confeſſario, & ad eius arbitrium pro illis ſatiſfaciendum.

B

C

Religioſus hoc examine vincit ignorantiam culpabilem, & ſe liberat ab occultis peccatis, quia fecit, quantum in ſe erat. Hoc etiam liberatur à debilitate, cecitate, & maculis, quæ peccata illius diei in animam ſuam reliquerunt; & Deus illi concedit nouas vires, nouum lumen, & nouam cordis puritatem, & munditiam. Hoc adimplet ſalubria illa conſilia, & præcepta Euangelica. Matt. 24 & 25. & Luc. 12. Vigilate, & orate, quia neſcitis diem neq; horam, ſcilicet, mortis. Eſtote parati, quia hora, qua non putatis filius hominis veniet, & hoc examine ſemper erit paratus ad mortem, etiam ſi illa met nocte veniret, & ſic præparatus ſaluabitur, quod forſan ſine tali examine damnaretur, atq; cum Pſalte dicere poſſet. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.

D

ANNOTATIO QVARTA.

NVlla poſſeſſio, nulla vis auri, & argenti pluris virtute æſtimanda eſt. Vnum hominis bonum, ipſa virtus eſt, quæ inter hanc fortunam, & illam ſuperba incedit, cum magno vtriuſq; contemptu. Virtus rectorem, ducemq; deſiderat. ſed ſine Magiſtro vitia diſcuntur. Quare cum de vitijs in genere dixerimus, aliqua de virtutibus etiam in communi vt dicamus fas eſt.

Et primo ſciendum eſt cum Ambroſ.ſuper Beati immaculati; quod nulla ſine labore virtus eſt. E diuerſo enim ſe habent virtus, & vitium. huius enim initium dulce eſt, ſed finis amarus; virtutis vero initium laborioſum, & difficile, ſed finis ſuauiſſimus eſt, quod propter deprauatæ naturæ humanæ conditionem euenit. Stellæ cœli quamuis perlucidæ ſint, ſæpe tamen contingit, vt mane conſurgens videas eas ſanguineo colore tinctas, ſed non eſt ita, ſed vapores interpoſiti faciunt eas ſic apparere. Ieiunium eſt ſtella fulgida, clauſura, ſilientium, humilitas, obedientia, & aliæ religinis virtutes ſunt ſtellæ pulcherrimæ, his coronat Deus iuſtorum animas, teſte. Ioan. Apoc. 12. ſignum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta ſole, & in capite eius corona duodecim ſtellarum, numquid ſtellæ deſeruiunt loco coronæ? vtiq;, nam animæ ſuis meritis coronantur, & virtutibus ac malis affectibus, honoris ambitu, cupiditatibus indecentibus, quæ ex ſenſuali appetitu conſurgunt, adeo intellectus, & ratio conturbatur, vt hæ tàm eximiæ & perlucidæ ſtellæ ei ſanguineæ videantur. Sed expecta paulisper donec ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter ſuper emiſpherium animæ noſtræ cum ſplendore ſuæ gratiæ eleuetur, diſſipabuntur vapores iſti nebuloſi exercitio virtutum; & quod prius laborioſum, & ſanguinolentum videbatur, erit innumeris conſolationibus, & voluptatibus ſpiritualibus in vita præſenti ſuperinfuſum, & corona æternæ gloriæ in cœlo dotatum. Ideo circa virtutum acquiſitionem præcipuè pro labore ſuperando attendendum eſt non ad id quod apparet, ſed ad id quod vere eſt. A B

Secundo notandum eſt, quod in acquiſitione virtutum, omnibus ſimul incumbendum eſt, nam ſibi inuicem connexæ ſunt, ita vt vna non habeatur ſine altera. Hieron. in Epiſt. dicit. Omnes virtutes ſibi ita cohærent, vt qui vna caruerit, omnibus careat, qui ergo vnam habet omnes habet. & Greg. in mor. quanto perfectæ ſunt ſingulæ, tanto ſibi ſunt coniunctæ, diſiunctæ autem perfectæ eſſe nequaquam poſſunt, quia nec prudentia vera eſt, quæ iuſta, & temperans, & fortis non eſt, nec temperantia perfecta, quæ fortis, iuſta, & prudens non eſt: nec fortitudo integra, quæ prudens fortis, & temperans non eſt. Vnde Ambr. ſuper Beati immaculati. dicebat. Bonus circuitus eſt, ſi iuſtitia quærit, prudentia inuenit, fortitudo vendicat, temperantia poſſidet, vt iuſtitia ſit in affectu, prudentia in intellectu, fortitudo in effectu, & temperantia in vſu, de qua virtutum connexione Magiſter ſent. & Doctores in 3. ſent. diſt. 36. & Thom. 1. 2. q. 65. art. 1. Quod ſaltem intelligendum eſt, quod ad conſeruationem earum, vel quò ad denominationem ſubiecti, vel prout ſunt principia merendi, licet non quoad habitus, vt tenet Scotus. Similiter verum eſt in virtutibus moralibus, nam in Theologicis conſtat fidem poſſe eſſe ſine charitate; ſed ſufficiat quo adhoc dictum, quod numquam dicetur quis abſoluiè virtuoſus, qui omnes virtutes non ſit aſſecutus. C

Tertio notandum, quod requiritur diſcretio in exercitio virtutum, quæ in duobus conſiſtit, alterum eſt extrema fugere, quia virtus in medio conſiſtit, & alterum eſt finis bonus. Vnde Bernard. ſerm. 49. ſuper cant. dicebat, tolle diſcretionem, & virtus vitium erit. Si Prælatus omni cum rigore ſubditum puniat, aut in correctione delinquentium ſit remiſſus, ſi finis eius non tendat in hoc, vt ſubditus delinquens corrigatur, numquid hoc ſupplicium erit actus iuſtitiæ punitiuæ? Si quis ſeruet ſilentium adeò ſtricte, vt ſi audiat detrahentem, vel blaſphemantem, eum non reprehendat, numquid tale ſilentium erit virtus? non, ſed vitium, quare apparet, verum eſſe, quod ablata diſcretione, virtus vertatur in vitium. D

Quarto ſciendum eſt, (vt diximus in prima annotatione) quod virtutes non conſiſtunt in indiuiſibili, ſed plures gradus habent. de quibus intelligendum eſt illud. Matth. 23. de terra bona recipiente ſemen, quod in ea aliud fecit fructum centeſimum,

mum, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum. Valde diſtat in fructu ſemen, quod cecidit ſuper terram bonam, vnde eſt inuenire terram bonam, meliorem, & optimam, bonam, quæ fructum trigeſimum; meliorem, quæ ſexageſimum; & optimam, quæ centeſimum reddit. Quæ ſignant diuerſos virtutum gradus. De quibus Bonau. *in libello, quem conſcripſit de gradibus virtutum; in quo ſcalarem aſcenſum ad omnium virtutum montem præparat, & apicem earum aſcendere monet, & docet modum. Quare creſcere ſemper debet quiſq; in virtute, atq; ſibi perſuadere, quod quamuis vitam diuturnam contingeret, ſemper tamen virtuti ſibi inſiſtendum eſſet; atq; ita non ſolum præmium conſequeretur operum eorum, quæ fecit, verum etiam eorum, quæ facere intendebat.* Hoc eſt quod in *Apoc.*22.*dicitur, nimirum, qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. & etiam id quod prætendit* Eccleſ.18. *Cum conſumatus fuerit homo, tunc incipiet. Numquam arbitrabitur iuſtus ſe comprehendiſſe, numquam dicit, ſatis eſt, ſed ſemper eſurit, ſititq; iuſtitiam, ita vt ſi ſemper viueret, vt ait* Bernard. *epiſt.* 253. *ſemper quantum in*
B *ſe eſt iuſtior eſſe contenderet.*

Quinto vt libentius iugiter, & ſine defatigatione quiſq; ſtudeat in virtute creſcere, conijciat oculos mentis in præmium, quod virtuoſo policetur, quod eſt ipſe Deus. Prouerb.8. *In vijs iuſtitiæ ambulo, vt ditem diligentes me, & theſauros eorum repleam. Vultis ſcire per quas vias Deus ambulat, & in quibus rebus moratur? in vijs iuſtitiæ, in virtutibus, in ieiunio, in oratione, in caſtitate, in ſilentio &c. ibi me inuenietis (dicit Dominus) vt ditem diligentes me, vbi alia littera ait, vt ditem in eo quod ſum; mecum eos ditabo, & me ipſum eis, qui me diligunt dabo, & theſauros eorum repleam. Vbi theſaurus idem ſignificat, quod Archiui, & Thecæ, ſicut & iuſtitia in hoc loco non accipitur pro virtute particulari, prout contra diſtinguitur ab alijs virtutibus, ſed pro genere virtutum, quod perinde eſt ac ſi diceret, dabo eis me ipſum, vt omnes ſinus eorum, ac potentias impleam, videlicet intellectum quadam diuina*
C *cognitione, voluntatem charitate, memoriam gratitudine, oculos honeſtate, manus liberalitate, os veritate, & laudibus diuinis. felices qui diligentes eum per uias virtutum ambulant, ieiunant, orant, iniurias perferunt &c. quia in omnibus ijs vijs hunc liberaliſſimum Dominum, qui eos ditat, inueniunt.*

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

De ieiunijs.

D COrporali ieiunio (quemadmodum ſancta canit Eccleſia) Dominus vitia comprimit, mentem eleuat, virtutem, & præmia largitur. Quaobrem decernimus, vt omnes fratres noſtri cœtus (iuxta regulam Nic. IV.) à die Diui Martini, vſq; ad Dominicum natalem quotidie (Dominicis diebus exceptis) ieiunent. Ad-

ditis

ditis omnibus Eccleſiæ ieiunijs, & præcipuè quadragenario A
Chriſti: 3 quod quidem à Quinquageſima incipere certum
eſt. 4 Diei etiam Veneris totius anni. 5 & Mercurij à die fe-
ſto omnium ſanctorum, vſq; ad Dominicam Reſurrectio-
nem, ieiunium pariter non omittant. 6 Lunæ vero, Mercu-
rij, Veneris, & Sabbati diebus (Dominico natali excepto) nul-
lo vnquàm tempore carnes comedant. 7 Infirmis tamen de-
bilibus, iter agentibus; ac alias graui labore defeſſis nihil ho-
rum præcipimus. 8 Cum cæteris aliarum regularum reli- B
gioſis, ſi quando noſtris comedere contigerit, cibis quibuſ-
cumq; appoſitis apud eos non abſtineant. 9 Enimuero die-
bus, quibus ieiunium non ſeruatur, ouis, & caſeo vtantur.
10 Attamen ſobrij ſint ſolo prandio, ac ſola cœna contenti;
Crapula enim, & ebrietate (quemadmodum in Euangelio
legitur) corda noſtra non ſunt grauanda. Nec eſt in comeſ-
ſationibus, & ebrietatibus, ſecundum Apoſtolum ambulan- C
dum. 12 Si quis tamen interdum præ laſſitudine, aut alio
caſu, cœnæ, ac prandij horas expectare nequibit, is à ſuo Mi-
niſtro edendi modicum, ac bibendi licentiam obtineat.
12 Quemlibet cibum præueniat, & ſequatur Deo optimo
maximo debita actio gratiarum, hanc enim ſeruaſſe Chriſtũ
teſtatur Euangelium. Si quiſpiam verò antequam comedere
incipiat, & pariter cum finierit, Dominicam orationem, &
Angelicam ſalutationem omiſerit, & ſemel Deo gratias poſt D
cibum tantum non dixerit, is ter ipſis duabus orationibus re-
petitis hanc culpam deleat. 13 Si quiſpiam vero iuſta, ac
probabili cauſa horum aliquid adimplere non poterit, maio-
rum authoritatem imploret. 14 Prælatis enim (iuxta pri-
uilegia noſtra) circa ieiunia, religioniſq; auſteritatem cum
opus fuerit, diſpenſandi facultas datur.

A

Collatio ex toto capite.

TOtum hoc caput continetur in regulis Nic.IV.& Leonis X. & præcipuè Leonis, nam in regula Nic.IV. conceditur eſus carnium in ſolemnitatibus, in quibus cæteri Chriſtiani ab antiquo epulis carneis veſci ſolent; quæ notantur in regula ſancti Bened.c.41. ſed in regula Leonis X. non excipitur aliqua ſolemnitas præter diem Natalis Domini. Et contenta in hoc capite deducuntur ex ſacris quoq; canonibus. Nam quod ieiunium Quadrageſimale incipiat à Quinquageſima fuit præceptum Teleſphori Papæ, quod poſtea diſſuetudine ſublatum eſt.c.in iſtis temporibus.c ſtatuimus.c.Quadrageſima.& c. deniq;. diſt.4. Similiter quod benedictio præcedat cibi ſumptionem, ac eam ſequatur gratiarum actio habetur. c. quando autem.diſt.44.vbi habetur etiam, quod comeſtio ſacra lectione condiatur.

B

ANNOTATIO PRIMA.

CVm eccleſia in ieiunij laudem cantet. Qui ieiunio corporali vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris, & præmia. Et Leo Papa ſerm. de ieiunio decimi menſis dicat, quod ſemper virtuti cibus ieiunium fuit, de abſtinentia quoq; prodeunt caſtæ cogitationes, rationabiles virtutes, ſalubria conſilia, & per voluntarias afflictiones caro concupiſcentiis moritur, & virtutibus ſpiritus innouatur, bene ſequitur, vt pro maiori vitiorum repreſſione, ac virtutum promotione, de quibus capite antecedenti; quod hoc in loco, de ieiunio, & abſtinentia tractatus habeatur. Quod ſi quis cupiat alias de ieiunio, & abſtinentia laudes, & præcepta ſcire, recurrat ad Baſil. Hom. 1. de ieiunio, ad Athanaſ.lib.de virginitate; ad Ambroſ.de Elia, & ieiunio & de conſecrat. c. Ieiunia. diſt.3.ex dictis ſancti Apolonij.c.Ieiunium diſt.5.ex ſancto Aug.c.Ieiunia.diſt.5.Euſebius Papa.diſt.35.& alibi.

C

Sciant itaq; fratres circa corporis refectionem defectus eſſe poſſe multiplices. Iſidor. quattuor ennumerat, ſcilicet, quid, quantum, quomodo, & quando. & Greg. in moral. ponit quinq; hoc verſu comprehenſos, videlicet. Præpropere, lautè, nimis, ardenter, ſtudioſè. quæ duæ vltimæ differentiæ Greg. continentur ſub penultimo membro Iſid. ſub quo multi alij defectus comprehendi poſſunt. Quid Iſid. & lautè Greg. ſignant ſubſtantiam cibi ipſius, circa quam contingit defectus, exquirendo cibos prætioſos, peregrinos, & delicatos. De quibus Chriſoſt. Hom.49. ſuper Matth. Audi qualiter Propheta Amos hoc accuſat dicens. Væ qui bibitis vinum colatum, & vnguentis prætioſis vngimini. vides qualiter hic delicatam vitam reprehendit; & tu quidem immoderate deuoras, cum Chriſtus eſuriat? Tu prætioſiſſimas epulas habes, Chriſtus vero nec aridum quidem fruſtum panis? Tu bibis vina phalerna, Chriſto verò nec calicem frigidæ acquæ ſitienti dediſti? hæc ille; & Innocen de vilitate conditionis humanæ inquit. Initium vitæ hominis, acqua, & panis. Guloſis autem non ſufficiunt fructus arborum, non genera leguminum, non radices erbarum, non piſces maris, non beſtiæ terræ, non aues cœli, ſed quæruntur pigmenta, parantur aromata, et nutriuntur altilia, capiuntur obeſa &c. Vnde Hieron.in epiſt.ad Paulinum, ſit vilis, & veſpertinus cibus, olera, & legumina, interdumq; piſciculos pro ſummis ducat delitiis: Qui Chriſtum deſiderat, & illo pane veſcitur, non quærit magnopere, quàm de prætioſis cibis ſtercus conficiat.

D

Secundo eſt defectus circa quantitatem. & nimietatem cibus. Teſte Baſilio, qui dicit non ſufficit ſeruo Dei ſe abſtinere à cibis prætioſis, delicatiis, & nimium delectabilibus. ſi de aliis

de alijs ad ſaturitatem ſumere velit, ſed hos quoq; ad menſuram ſumere debet, quia ſi excedit quantitatem, quam temperantia præſcribit, non minus in his animam ſuam offendet, ac cum cibis delicatis. & Greg. mor. dicit, quod quanto corpus impletur, tanto anima minoratur. & Bonau. lib. 2. Pharet. cap. 12. dicit naturam voluiſſe nos ad ſobrietatem inuitare, dum nulli animalium magnorum corporum dedit tàm paruum os ſecundum corporis quantitatem, ſicut homini. Et quamuis dari non poſſit regula firma; cum experientia probet, & Hugo de S. Vict. cap. 20. de inſtit. Nouit. dicat, quod non omnis venter idem ſapiat, ſed alius ſic, alius vero ſic. Tamen ſecundum ſanctum Vinc. Ferrer. de vita ſpirit. cap. 6. de pane poteſt quis comedere ſufficienter, quantum natura requirit, cuius rei inditium erit, etiam in hoc exceſſiſſe, ſi poſt refectionem non erit aptus, vt prius ad orandum, legendum, vel ſcribendum &c. A

Tertio defectus contingit circa tempus, ſi præpropere, non expectata hora quis comedat, quo peccato Ionatas peccauit. 1. Reg. 14.

Quarto eſt defectus circa modum. Et primo ſtudioſa præparatio ciborum damnatur. Hug. de S. Vict. vbi ſupra cap. 19. Alij ſuperſtitioſi nimis in præparandis cibis ſtudium adhibent infinita decoctionum, & frixurarum, & condimentorum genera excogitantes: modo mollia, modo dura, modo frigida, modo calida, modo cocta aqua, modo aſſa, modo pipere, modo alio, modo cumino, modo ſale condita ſecundum conſuetudinem prægnantium mulierum deſiderantes. & Bernard. in Apol. ad Guliel. Quis dicere ſufficit (vt cætera taceam) quot modis oua ſola verſantur, & vexantur, quanto ſtudio euertuntur, ſubuertuntur, liquintur, durantur? & nunc quidem frixa, nunc aſſa, nunc mixtim, nunc ſeparatim apponuntur, vt quid hæc omnia? ſecundo ſeruanda eſt diſciplina in ipſa ſumptione cibi, ne nimis ardenter, & incompoſite cibus ſumatur, quem defectum quo ad aliqua reprehendit Hugo. loco citato, dicens. Quidam cum ad edendum aſſederint, inquieta quadam agitatione membrorum intemperantiam animi ſui deſignant, caput excutiunt, brachia exuunt, manus in altum expandunt, & non ſine magna trepidatione, quaſi totum epulum ſimul ſint abſorpturi; ingentes quoſdam conatus, & geſtus ſatis indecoros oſtendunt, diſcos in girum circumducunt, anhelant, & ſuſpirant præ anguſtia, ita vt exiſtimes eos alium rugienti ventri patentiorem aditum quærere, quaſi anguſtia faucium non poſſint eſurienti ſtomacho ſatis ſufficienti abundantia miniſtrare, & velut ſuper obſeſſam Ciuitatem aſſaltum facturus, dubitans vbi primum expugnationem aggrediatur, dum ſimul in omni parte irruptionem facere concupiſcit. B C

Item & munditia in ipſa ſumptione requiritur. Hugo vbi ſupra. cap. 21. ennumerat nonnullos cibum ſumendi modos immundos dicens. Quidam ferculorum fruſtra adipem diſtillantia menſalibus inuoluunt, aut ſuperinijciunt, alij vnctas manus ad veſtimenta ſua detergentes, rurſus ad cibaria tractanda redeunt, alij nudis articulis coclearij vice piſcantur, ita vt in eodem iure, & manus ablutionem, & ventris refectionem quærere videantur; alij ſemiroſas cruſtulas cibarijs iterum infigunt, & reliquias dentium ſuorum offas facturi in poculis demergunt. Hæc à dicentibus erubeſcenda fuerant, ſi à facientibus præſumpta non fuiſſent, nunc autem ſuſtineant in audiendo verecundiam, qui in faciendo noluerunt habere diſciplinam. D

Circa locum quoq; refectionis defectus eſt extra refectorium aliquid cibi recipere. Saluator enim manet in communitate, Ideo Bernard. ſerm. 4. Epiph. dicit. Amator communitatis, & comendator quomodo communitatem deſereret? & ſerm. 6. in Aſcenſ. Domini, Non amat veritas angulos, nec ei diuerſoria placent, in medio ſtat, communi vita, communibus ſtudijs delectatur. & Vinc. Ferrer. de vita ſpirit. c. 6. dicit inuitationes fratrum extra refectorium nullo modo recipias, ſed continuo refectorium teneas.

Cuius

A Cuius documenta ſpiritualis ibidem cap. 8. conſcripta libuit hic referre, ut vnico contextu, quid cauendum, quidue præſtandum in ipſa corporis refectione tradamus. ſic ait. Pulſato itaq; Cymbalo cum omni maturitate lotis manibus in clauſtro ſedendo nola pulſata refectorum intrabis; & non parces tibi, cum omni fortitudine tua, cum vocis, & corporis modeſtia Dominum benedicens, & iuxta ordinem tuum te collocabis in menſa, cogitans apud te corde pauido, quod debeas peccata populi manducare, cor tuum etiam præparabis ad intelligentiam lectionis, quæ legitur in menſa, vel ſi lectionem non habeas ad meditationem aliquam ſpiritualem, vt nequaquam totus comedas, ſed corpore ſuam refectionem habente, anima nullatenus defraudetur. Poſitus autem ad menſam veſtimenta decenter coaptes, cappa ſit per genua retorquendo ſtatue autem pactum tecum omnino, vt nullo modo circumſpicias comedentes, ſed ſolum tibi appoſita videbis. In principio cum ſederis, ne extendas ſubito manus ad incidendum panem, ſed ſtes aliquandiu ſuper te, vſquequo ſaltem dicas. Pater noſter, & Aue maria pro animabus B defunctorum, qui in purgatorio exiſtunt, magis indigentium. Hoc autem generaliter habeas, quod omnem actum, & omnem corporis motum cum quadam modeſtia facias. Si panem diuerſum, durum, mollem, album, aut aliter factum ante habeas, illum comedas, qui eſt vicinior, & libentius comedas illum, ad quem minus ſenſualitas inclinatur. Numquam in menſa aliquid petas, ſed permitte alijs pro te poſtulare, quod ſi non facerent, patientiam habe. Non teneas cubitum ſuper menſam, ſed ſimpliciter manus: non teneas crura diuaricata, nec pedem alteri ſupponas. Non recipias ſcutellas duplices, vel aliud quodcumq; niſi tantum, quantum communiter omnes alij habent. Quamcumq; pitantiam à quocumq; miſſam, etiam à Priore non comedas, ſed ſi potes competenter in fragmentis abſcondas, vel in ſcutella ponas. Vbi nota, quod mos Deo gratus eſt, aliquid de potagio Chriſto pauperi ſemper in ſcutella dimittere, ſimiliter aliqua panis fragmenta non cruſtas, imò illas comedas, & de pane confracto Chriſto dimittas. C Nec nimis cures ſi de hoc aliqui murmurent, dummodo Prælatus tibi non mandauerit oppoſitum. Et generaliter de omni eo, quod comedis, aliquam particulam Chriſto pauperi dimittas & bolos meliores, & non viliores; ſunt tamen aliqui, qui vilia tantum donant Chriſto, ſicut porcis fieri conſueuit. Si autem cum vno pulmento ſufficienter potes comedere de pane, in ſecundo pulmento aliquid de pane reponas, & Chriſto dimittas. & ſi tibi Dominus donauerit, potes facere quaſdam mirabiles abſtinentias, Deo gratas, & hominibus incognitas. Si eſt tibi cibus inſipidus ex defectu ſalis, vel alia quacumq; cauſa, noli apponere tibi ſal, nec aliud condimentum propter Chriſtum felle, & aceto potatum, ſed ſenſualitati reſiſtas. Similiter quæcumq; ſalſamenta, quæ ad nihilum valent, niſi ad gulæ excitamentum dimittere occulte potes. Quandocumq; aliquem bolum gratum tibi circa finem apponitur, iſtum dimitte propter Deum. Similiter caſeum, fructus, D & huiuſmodi, ſicut nectar, vinum melius apportatum, & cætera, quæ non ſunt neceſſitatis pro ſalute corporis humani, imo frequenter eſt noxium, & non prodeſt, quod delectat. Si demiſeris propter Chriſtum hæc, non dubito, quod tibi parabit in dulcedine Chriſtus Dominus cibum conſolationis ſpiritualis etiam in alio cibo, quo contentus es propter Chriſtum. Et vt melius, & facilius poſſis à quibuſcumq; volueris abſtinere, ponas in corde tuo, quando vadis ad menſam, quod pro peccatis tuis debes in pane, & acqua abſtinere. Vnde panis ſit ſolus cibus, & pulmentum, tamen non pro cibo adijcias te, ſed vt poſſis panem conuenientius deglutire: tene quod ſi hoc poſueris in corde tuo, quod videbitur tibi magna pitantia habere aliquid de pulmento. & obſerues quod non ponas offas multas in paropſide, ſed ſufficiat tibi panem intingere. Quando vero pulmentum non habueris, comedas panem, vel dimidium, vel paulo plus. Quando bis comeſturus

O

meſturus es, naturæ ſatisfacias, etiam ſi talia non haberes. De multis talibus actibus, quos tibi exprimere non poſſum, te inſtruet Chriſtus, ſi ad ipſum ex corde recurreris, & A
totam ſpem in ipſo poſueris. Quis enim exprimere valet modos innumeros, quos tibi Deus demonſtrabit? ſis etiam attentus, ne ſis de illis, qui finem faciunt in ædendo, imo quam citiſſime poteris te expedias, ſeruata debita honeſtate, vt magis lectionem poſſis attendere. Dum à menſa ſurgis ex toto corde regratieris altiſſimo, qui tibi contulit bona ſua, & qui tibi virtutem aliquã præſtiterit, ne tibi ſenſualitas præualeret. Non parcas voci tuæ, ſed ſecundum poſſibilitatem tuam gratias age bonorum omnium largitori. O chariſſime cogita quam innumerabiles ſunt pauperes, qui ad delicias maximas reputaſſent ſi habuiſſent tantummodo panem, quem tibi cum alijs cibarijs Dominus miniſtrauit, ita enim veraciter debes cogitare, quod Chriſtus eſt, qui tibi dedit, imo plus, quod in menſa ipſe tibi ſeruiuit. Vide ergo cum quanta diſciplina, cum quanta reuerentia, maturitate, & tremore debes in menſa conſiſtere, vbi vides præſentialiter Deum tuum B
in propria perſona miniſtrare. O quam beatus eris, ſi tibi deſuper detur mentalibus oculis iſta conſpicere; videres enim ſanctorum multitudinem copioſam cum Chriſto per totum refectorium diſcurrere. & cap. 9. & ſi non vis corruere, noli alios iudicare, nec contra eos indignationis ſpiritu moueraris, ſi eos vides in edendo debitum ordinem non ſeruare, ſed eis compatiaris ex corde, & pro eis ora, & eos in corde tuo, quantum potes excuſa, cogitando quod tu non potes aliquid, nec ipſi poſſunt, niſi quantum Chriſtus porrigit manum ſuam, qui non pro meritis tribuit, ſed pro ſuæ beneplacito voluntatis, ſi hæc cogitaueris, firmus eris.

Et vt vltimam manum huic tractatui ponamus. Sciant omnes vt docet Caſſianus de inſtit. Monach. quod impoſſibile ſaturum ventrem pugnas interioris hominis experiri, nec bellis robuſtioribus attentari dignum eſt eum, qui poteſt deijci leuiori conflicto. Quare bellum ſpirituale contra vitia, & tentationes incipiendum eſt à refrenatione C
gulæ. Nam vt dicit Petr. Rauen. in quodam ſermone. Ieiunium ſcimus eſſe Dei arcem, Chriſti caſtrum, murum Spiritus ſancti, vexillum fidei, caſtitatis ſignum, ſanctitatis tropheum. Ideo ab hac parte, ſcilicet, ab abſtinentia magnas victorias ſibi compararunt perſonæ ſanctæ. Sicuti è contra gulæ dediti omnia mala incurrerunt. Gula enim (dicit Innoc. de vilitate condit. hum.) paradiſum clauſit, primogenitum vendidit, ſuſpendit piſtorem, decolauit Baptiſtam, Nabuzardan Princeps coquorum templum incendit, & Hieruſalem totam euertit, Balthaſſar in Conuiuiõ manum contra ſe ſcribentem aſpexit. Mane, Thecel, Phares, & eadem nocte interfectus eſt à Chaldeis. Sed abſtinentiam comitari debent opera bona, alioquin ſicut dicit Iſid ſuper Amos. Qui cibis abſtinent, & mala agunt, Demones imitantur, quibus culpa adeſt, & cibus deeſt.

CAPVT DECIMVMQVARTVM. D

De ſacramentali Pœnitentia, & Euchariſtia.

ET quoniam teſte Auguſtino initium bonorum, eſt confeſſio malorum, ſeroq; medicina paratur, (iuxta illius ſententiam) cum mala per longas inualuere moras, atq; etiam peccatum, vt

doctè

A doctè diſſerit Gregorius, quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit; ſummum bonum in celeritate putantes decernimus, vt quintodecimo quoq; die, aut ſæpius etiam (ſi placuerit) fratres noſtri ordinis ſuis Miniſtris, vel alijs Sacerdotibus per Miniſtros electis ſua peccata confeſſione reuelent, ſibi iniunctam pœnitentiam agant. 2 Euchariſtiam ſumma cum humilitate, ac reuerentia aſſumant primo vniuſcuiuſq; menſis die Dominico, niſi Cœnobiorum
B Miniſtri illud in alterum diem iuſtè, ac piè diſtulerint. 3 Verum ſi quis temere hoc prætermiſerit, deinde per Miniſtrum monitus intra triduum non paruerit, ieiunet biduo, quo quidem tempore coram fratribus accumbentibus in triclinio, humi ſedens panem, ſolummodo, comedat, & aquam bibat; Curioſeq; ipſis Viſitatoribus dum viſitant, an hoc decretum obſeruetur, exquirendum ducimus. 4 Crimina vero, quæ ſubiecimus principali Miniſtro, ſiue illius Commiſſarijs, &
C Vicarijs Prouincialibus abſoluenda reſeruentur. In Deum Optimum Maximum, & Deiparam virginem execratio. Maior excommunicatio. Peſſimum crimen. Libelli famoſi æditio. Proximi infamia. Notabile furtum. Arcanorum ordinis, & confeſſionis reuelatio. Violentarum manuum in clericos, vel religioſos iniectio. Principalis Miniſtri, vel eius Commiſſariorum, & Vicariorũ prouincialium ſigilli adul-
D teratio, & eorum literarum interceptio. Ad ſacros ordines ſine prælatorum licentia promotio. Ab ordine apoſtaſia. 5 Ipſorum etiam officium extiterit tollere irregularitatem, interdictum, & ſuſpenſionem à diuinis officijs in caſibus religioni conceſſis. Caueant igitur ceteri Sacerdotes, ne huiuſcemodi crimina confitentibus remittant, aut confeſſos abſoluant. 6 Præterea ſi placuerit principali Miniſtro conce-

dere alicui Sacerdoti horum facultatem, & licentiam; eam chartis committat, nominetq; ſingula crimina, ſiue omnium ſiue eorum partis authoritatem, vel facultatem eidem conceſſerit. A

7. Singulis Dominicis diebus ſolemnitatibus Domini, Beatæ Mariæ, & ſanctorum ordinis Fratres noſtri, ſiue Sacerdotes Miſſam celebrantes, ſiue alij Sacram Euchariſtiam religiosè ſumentes per indulta Apoſtolica Indulgentiam Plenariā conſequuntur.

Collatio prima ex num. 1. 2. & 3.

IN regulis Nic. IV. & Leonis X. habetur, quod teneantur Fratres de Pœnitentia communicare ter in anno. In Paſcha videlicet, & Pentecoſte, & Natali Domini. Quod præceptum, ſeu conſilium habebant etiam perſonæ ſeculares. cap. & ſi non frequentius. diſt. 1. de conſecrat. Imo dicitur. c. ſeculares. eiuſdem diſt. 1. quod ſeculares prædictis diebus non communicantes, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur. Quare cum iuſtitia regularium abundare plus debeat, quàm laicorum, & eorum vita debeat eſſe religioſior, quam ſecularium. c. deniq; diſt. 4. Maiores noſtri voluerunt, vt quintodecimo quoq; die confiterentur, & menſtruatim communicarent; nec abſonum eſt à regula Leonis X. qui dicit, quod circa confeſſionem, & communionem Tertiarij ſeruabunt ordinationem Nic. IV. Vel etiam ſtatuta à ſuis ſuperioribus ſuper hoc ordinata. Imò ſimilis iuri canonico. c. ne in agro. de ſtat. Monach. §. ſane. in Clem. B

C

Collatio ſecunda, ex num. 4.

IVre communi, ac etiam ex ſpeciali conceſſione, vel ſaltem ex priuilegiorum communicatione Prælati regularium, ſaltem qui iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem habent, quales ſunt Generalis, & Prouincialis caſus ſibi reſeruare poſſunt. & ex Conc. Trid ſeſſ. 14. cap. 7. & can. 11. colligitur caſuum reſeruationem conſonam eſſe diuino iuri, & ſacræ Scripturæ authoritati, & non tantum in externa politia, verum etiam, & coram Deo ipſo vim habere. Quare potuerunt maiores noſtri condere decretum de caſuum reſeruatione, Poſſunt videri. Compend. priuilegiorum, verbo. Abſolutio ordinaria quo ad fratres §. 17. Sot. 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. 5. Suarez. 4. tom. ſuper 3. par. D. Thom. diſput. 28. ſect. 4. & alij. ſed his temporibus ſeruandum eſt Decretum. Clem. VIII. infraſcriptum, videlicet. D

DECRETVM SANCTISS. D. N. CLEM. VIII.

Super caſuum reſeruatione ab omnibus Regularium Superioribus obſeruandum.

SAnctiſſimus D. N. qui iam pridem accurate perpendit, ac re ipſa comperit, quod reſeruatio facultatis abſoluendi religioſos pœnitentes à peccatis quibuſdam grauioribus,

bus, niſi ſuperiores admodum prudenter ac moderate illa vtantur nonnullos infirmio-
A *res, qui interdum ſuperiori ſuo conſcientiæ maculas detegere formidant, adducere poſſet*
in æternæ damnationis periculum, & ſpiritualis remedij deſperationem. Ideo vt huic
malo ſanctitas ſua opportune proſpiceret, decreuit, vt nemo ex regularium ſuperioribus
peccatorum abſolutiones ſibi reſeruet, exceptis ijs, quæ ſequuntur, aut omnibus, aut eo-
rum aliquot, prout ſubditorum vtilitati expedire prudenter in domino iudicauerint.
Veneficia, incantationes, ſortilegia. Apoſtaſia à religione ſiue habitu demiſſo, ſiue reten-
to, quando eo peruenerit, vt extra ſepta Monaſterij ſeu Conuentus fiat egreſſio. Noctur-
na, ac furtiua è Monaſterio, ſeu Conuentu egreſſio, etiam non animo apoſtatandi facta.
Proprietas contra votum paupertatis, quæ ſit peccatum mortale. Iuramentum falſum in
iudicio regulari, ſeu legitimo. Procuratio, auxilium, ſeu conſilium ad abortum facien-
dum poſt animatum fœtum, etiam effectu non ſequuto. Falſificatio manus, aut ſigilli
officialium Monaſterij, aut Conuentus. Furtum de rebus Monaſterij, ſeu Conuentus
B *in ea quantitate, quæ ſit peccatum mortale. Lapſus carnis voluntarius opere conſuma-*
tus. Occiſio, aut vulneratio, ſeu grauis percuſſio cuiuſq; perſonæ. Malitioſum impedi-
mentum, aut retardatio, aut apertio litterarum à ſuperioribus ad inferiores, & ab infe-
rioribus ad ſuperiores. Si quod aliud præterea peccatum graue pro religionis conſer-
uatione, aut pro conſcientiæ puritate reſeruandum videbitur, id non aliter fiat, quàm
generalis Capituli in toto ordine, aut Prouincialis in prouincia, matura diſcuſſione, &
conſenſu. Non liceat ſuperioribus regularium confeſſiones ſubditorum audire, niſi
quando peccatum aliquod reſeruatum admiſerint, aut ipſimet ſubditi ſponte, ac proprio
motu id ab eis petierint. Superiores in ſingulis domibus deputent duos, tres aut plures
confeſſarios pro ſubditorum numero maiori, vel minori, iiq; ſint docti, prudentes, ac
charitate præditi, qui à non reſeruatis eos abſoluant, quibus etiam reſeruatorum abſolu-
tio committatur; quando caſus occurrerit, in quo eam debere committi ipſe in primis
C *Confeſſarius iudicauerit. Tam ſuperiores pro tempore exiſtentes, quam Confeſſarij, qui*
ad ſuperioritatis gradum fuerint promoti caueant diligentiſſime ne ea notitia, quam de
aliorum peccatis in confeſſione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur. Lice-
bit tamen ſuperioribus determinare pœnitentias graues quibuſdam peccatis, etiam non
reſeruatis à Confeſſarijs imponendas, quæ ſubditos ab huiuſmodi perpetrandis cohibere
poſſint. Atq; ita per quoſcumq; regularium ſuperiores, quicumq; illi ſint, obſeruari
mandauit. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac cuiuſ-
uis concilij, etiam generalis Decretis, necnon conſuetudinibus, etiam ab immemorabili
tempore obſeruatis, aut regulis in Generalibus ſeu Prouincialibus Capitulis editis, ſta-
tutis, & conſtitutionibus etiam Apoſtolica authoritate confirmatis, priuilegijs, indultis,
& conceſſionibus quibuſcumq;, quorum tenores hic pro expreſſis haberi voluit, cæteriſq;
D *in contrarium facientibus quibuſcumq;. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum die 26. men-*
ſis Maij anno Domini 1593.

Sanctitas ſua deinceps declarauit, & declarat, vt ſi huiuſmodi regularium Confeſſa-
rijs caſus alicuius reſeruati facultatem petentibus ſuperior dare noluerit, poſſint nihilo-
minus Confeſſarij illa vice pœnitentes regulares, etiam non obtenta à ſuperiore facul-
tate, abſoluere.

Collatio tertia, ex num. 5.

EVgenius IV. Iniunctum nobis &c. conceſſit facultatem abſoluendi Fratres, & Sorores in foro conſcientiæ ab omnibus excommunicationis, ſuſpenſionis, &

interdi-

interdicti ſententijs, & pœnis, & diſpenſandi cum Clericis, & Sacerdotibus ſuper irregularitatibus. Et virtute communicationum priuilegiorum talis facultas quo ad cenſuras, & irregularitates ad multa ſe extendit. Videatur Compendium priuileg. verbo. Abſolutio quo ad ſeculares ſecundo. in annotatione Capuccini, vbi habentur reſſolutiones quædam notabiles in materia abſolutionum quo ad Fratres, & quo ad ſeculares.. & verbo. Diſpenſatio, in annotatione Capuccini, ex priuilegijs Congreg. ſancti Bernardi. A

Ad ſuperiores etiam ſpectat diſpenſatio, & commutatio votorum, & iuramentorum, cuius rei intelligentia petatur ex annotatione Capuccini. verbo. Votum. in Compend. priuileg.

Collatio quarta, ex num. 6.

ESt ſtilus legum, vt quando alicui conceditur facultas aliqua, quod detur illi in ſcriptis, vt de tali facultate conſtare poſſit. B

Collatio quinta, ex num. 7.

HÆc poſtilla veritatem continebat iuxta priuilegia antiqua, ſed modo extat limitatio, & declaratio indulgentiarum quo ad Fratres facta per Paulũ V. Romanus Pontifex in B. Petri, &c, ad quã relatio habeatur, quouſq; aliud decernatur.

ANNOTATIO PRIMA.

CIrca caſuum reſeruatorum conceſſionem obſeruanda ſunt quæ tradit Nau. cap. 27. num. 261. nempè quando ſuperior concedit caſus ſibi reſeruatos, non videtur concedere abſolutionem à cenſuris ſibi reſeruatis; neq; concedendo abſolutionem à ſuis caſibus, & cenſuris, videtur concedere abſolutionem, aut diſpenſationem votorum, aut irregularitatum; neq; concedendo alicui omnem ſuam facultatem, & authoritatem ad abſoluendos pœnitentes, videtur concedere caſus ſibi reſeruatos; ſed bene quando concederet alicui omnes caſus ſuos, vel omnem ſuam facultatem excepto tali vel tali caſu, vel quando appareret intentionem ſuperioris fuiſſe concedere ei reſeruatos cum omnem ſuam facultatem ei conceſſit. C

Eſt etiam valde notanda doctrina eiuſdem Nau. cap. 26 nu. 13. circa abſolutiones generales quæ fiunt à Superioribus in viſitationibus, vel alias, quo ad excommunicationes, ſuſpenſiones, & interdicta, & omnia peccata, & diſpenſationes ſuper irregularitates, quia per tales abſolutiones cenſentur ſublatæ cenſuræ, & irregularitates, & reſeruatio caſuum, ita quod ſufficiat deinde confiteri ſimpliciter peccata ob quæ illa incurrerunt ſimplici confeſſario. D

ANNOTATIO SECVNDA.

VSu ſacramentorum horum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ religioſus vere deuotus, & ſpiritualis euadit, perficitur, ac vnione mirabili in Deum transformatur, tum ex eo quod ipſa ſacramenta ex opere operato in animam efficiunt, tum quia perſona ipſa ante illorum receptionem, & poſt intra ſe per aliquod ſpatium collecta manet, cogitans ſua peccata, de illis dolens, veniam poſtulans, atq; recipiens. Tum propter multitudi-

nem

nem virtutum humilitatis,reuerentiæ,timoris,contritionis, inimicorum dilectionis,ora-
A tionis,pietatis,fidei,ſpei,charitatis,&c.quæ ibi exercentur, quare ſunt frequentanda.
Aug.ad Ianuar.lib.1.hortatur ad quotidianam Euchariſtiæ ſumptionem,dicens.Pecca-
ta ſi non tanta ſunt,vt excommunicandus quiſq; videatur, non ſe debet à quotidiana
medicina corporis ſeparare;& infra,ille non audet honorando ſumere,& ille honorando
non audet vllum diem prætermittere, contemptum ſolum non vult iſte cibus. Idem tra-
ctans illud Matth.8. Panem noſtrum quotidianum: dicit. Accipe quotidie, quod quo-
tidie tibi proſit.ſic viue, vt quotidie merearis accipere, qui non meretur quotidie acci-
pere,non meretur poſt annum accipere. & Ambroſ.de Sacramentis. Si quotieſcumq; ef-
funditur ſanguis,in remiſſionem peccatorum funditur, debeo ſemper illum accipere, vt
ſemper mihi peccata dimittantur, qui ſemper pecco, ſemper habere debeo medicinam.
Tamen Aug.lib.de Eccleſ.dogmat.ſub dubio reliquit, ſi quotidie ſit communicandum,
dicens. quotidie Euchariſtiæ communionem percipere nec laudo,nec reprehendo,omni-
B bus tamen Dominicis diebus ſuadeo, & hortor, ſi tamen mens ſine voluntate peccan-
di ſit.

Requiritur tamen maxima conſcientiæ puritas. Vnde Ambroſ. in oratione ante Miſ-
ſam dicenda,inquit. Quanta enim cordis contritione,& lacrimarum fonte, quanta reue-
rentia,& tremore,quanta corporis caſtitate,atq; animi puritate illud diuinum,& cæleſte
miſterium eſt celebrandum Domine Deus,vbi caro tua in veritate ſumitur, vbi ſanguis
tuus in veritate bibitur,vbi ſummis ima, humanis diuina iunguntur? vbi adeſt ſancto-
rum præſentia Angelorum,vbi tu es Sacerdos,& ſacrificium mirabiliter,& ineffabi-
liter. Quis digne hoc celebrare miſterium poteſt, niſi tu Deus omnipotens offerentem fe-
ceris dignum? & certe ſi Deus Theſaurum, qui ſub hoc diuino ſacramento latet nobis
oſtendere dignaretur, omnem Dei Maieſtatem ibi cerneremus, nam virtute verbo-
C rum conſecrationis panis, ibi adeſt corpus Chriſti, & virtute conſecrationis vini, ibi
adeſt ſanguis Chriſti,& per veram concomitantiam anima eius ſanctiſſima,& per vnio-
nem hipoſtaticam Verbum diuinum, & per vnitatem eſſentiæ Pater, & Spiritus ſan-
ctus; At vbi Deus ibi tota curia cæleſtis. Quare bene ex ſententia Origenis communi-
caturus debet eſſe veluti ſepulcrum Chriſti,in quo omnia fuerunt munda, noua, & ma-
gna,debet eſſe de petra,firmitate fidei,debet eſſe nouum nouitate vitæ,debet vngere mir-
ra,& aloe ideſt lacrimoſa deuotione, debet inuoluere ſindone munda puritate conſcien-
tiæ, & apponere lapidem magnum, quod eſt firmum propoſitum numquam reciduandi.
addamus quod cogitare debet, quod incarnari,& naſci voluit ex Virgine pura, & mun-
da ab omni peccato,etiam originali,voluit patrem habere caſtum, & ſecundum nominis
etimologiam, iuſtum, ſic enim interpretatur Ioſeph. & quod ante inſtitutionem Sacra-
menti lauit diſcipulorum pedes &c. voluit cœnaculum eſſe magnum,& ſtratum &c.quæ
D & alia denotant puritatem communicaturi. Alias indeuote,& cum conſcientia pecca-
ti corpus Domini ſumens piaculum magnum committeret. Ad cuius propoſitum dice-
bat Iſid.lib.1.de ſummo bono. Qui ſcelerate viuunt in Eccleſia & communicare non
deſinunt, putantes ſe tali communione mundari, diſcant nihil ad emundationem profi-
cere ſibi. & Remigius in Gloſſ. ſuper illud Matth. Væ illi per quem filius hominis tra-
detur.dicit. Væ tradentibus Chriſtum ad crucifigendum,ſed væ cum maligna conſcien-
tia ſub Sacramento ſumentibus illum, & ſi non tradant Iudeis ad crucifigendum tra-
dunt tamen ipſum membris inimici ad ſumendum.

CAPVT DECIMVMQVINTVM. A

De Canonicis horis perſoluendis.

IN Viennenſi Concilio ſub Clemente Quinto ſancitum eſt, vt in Cathedralibus, regularibus, & collegiatis Eccleſijs horis debitis deuote pſallatur, in alijs verò conuenienter, & debitè celebretur diuinum diurnum, & nocturnum officium, ſi Dei, & Apoſtolicæ Sedis indignationem euitare voluerint: Itaq; nos B
& Deo, & Apoſtolicæ Sedi obtemperantes decernimus, vt omnes Sacerdotes, & clerici noſtræ Italicæ congregationis, ad perſoluendas canonicas horas ſecundum ritum, quem Romana tenet Eccleſia in templa conueniant, exceptis qui legitimè fuerint impediti, his enim concedimus, vt aliqua iuſta, & legitima cauſa extra chorum eas ipſas perſoluere poſſint. 2 At ſi quis negligens fuerit, aut in choro quicquam C
vel commiſerit, vel errauerit, coram diſcumbentibus Fratribus veniam petat, & pœnam quam meruit ſubeat. 3 Et in nullis cerimonijs, ſiue Miſſam celebrent, ſiue aliter orent, præſertim in Confiteor, inuicem diſſentiant. 4 Dicantq; ſuffragia ſanctorum in veſpertinis, & matutinis horis. Beatæ Virginis ſcilicet, Sanctorum Petri, & Pauli, Franciſci, Ludouici, & Eliſabeth: item pro ſanctiſſima pace, quo tempore, & D
ritu inſtituit, atq; etiam obſeruat Romana Eccleſia. 5 Alij verò Fratres noſtri ad ſacros ordines minime promouendi, ſi literati fuerint, iuxta Nicolai V. Max. Pontif. priuilegium horas canonicas Deiparæ perſoluant, vel ſaltem ſecundum regulam Nicolai IV. ſingulis diebus cum illiteratis pro matutina hora duodecies, & pro qualibet aliarum ſepties, ora-

A tionem Dominicam repetant, cum ea oratiuncula, quæ incipit, Gloria patri, addito paruo ſymbolo, & Pſalmo, cuius initium Miſerere in principio primæ, & completorij horarum. Si quis vero illa duo neſcierit, ipſam orationem dominicam pro eis ter repetat. 6 Infirmi autem horas huiuſmodi non teneantur dicere, niſi velint. 7 Vniuerſi etiam Cœnobitæ diebus ſingulis miſſam audire conentur.

Collatio ex toto cap. 15.

B Forma dicendi officium diuinum hoc capite tradita ſumitur partim ex regula Nic. IV. partim ex Bulla Nic. V. Apoſtolicæ Sedis &c. & ferè quo ad omnia ex regula Leonis X. Similiter de auditione Miſſæ ſingulo quoq; die. Et ex Clem. cap. graui, de celebrat. Miſ. hoc loco citatum, & diſt. 91. & 92. & ex Conc. Baſilieñ. ſeſſ. 21. ſub Eug. IV. & Conc. Aquiſgrañ. ſub Greg. IV.

ANNOTATIO PRIMA.

Vnuſquiſq; conetur diuinum officium nocturnum, pariterq; & diurnum quantum ei dederit Deus ſtudioſè, deuotè, reuerenter, atq; imprimis attente celebrare; Cum
C *Deus cor magis quàm vocem attendat. Poſſuntq; inter celebrandum officium miſteria paſſionis Domini Ieſu Chriſti horæ illi, quæ recitatur appropriata ad memoriam reuocari, quæ vt promptius præ manibus habeantur, antiqui his verſibus deſcripſerunt.*

Hæc ſunt ſeptenis propter quæ pſallimus horis.
Matutina ligat Chriſtum, qui crimina purgat.
Prima replet ſputis, cauſam dat Tertia mortis.
Sexta cruci nectit, latus eius nona bipertit.
Veſpera deponit, Tumulo Completa reponit.

Et quoniam maximi intereſt diuinum officium, vt conuenit celebrare, vltra loca ſupracitata hanc materiam pertractant. Thom. 2. 2. q. 82 & 83. Panorm. in c. presbyter. de celebrat. Miſ. Palud. 4. ſent. diſt. 15. Anton. 3 par. Silueſt. verbo Hora. Caiet. in Summula. verbo. Hora. & his noſtris tēporibus ſatis egregiè Doctores ſequentes, videlicet. Sot. de iuſt. & iure. lib. 10. q. 5. Nau. lib. de orat. & Horis canonicis. & Tolet lib. 2. Quibus obli-
D *gati ad officium diligenter ſtudeant, quod & dicendum eſt de ſanctiſſimo Miſſæ sacrificio.*

Et quamuis regula nil dicat de oratione mentali, attamen ſeruetur conſuetudo laudabilis, ordinis noſtri, vt per vnam horam poſt nonam, vel poſt completorium ſecundum qualitatem temporum, & per dimidium horæ poſt matutinum cum letanijs Beatæ Mariæ, vel ſanctorum ſingulo quoq; die fiat, diuidendo meditationes in puncta viæ purgatiuæ, illuminatiuæ, & vnitiuæ ſecundum cuiuſlibet captum, & ſtatum congruentia.

Præterea interdiu ſæpe ſæpius exerceant ſe, & verſentur in orationibus quæ iaculatoriæ nuncupantur. de quibus Aug. ad Probam. Dicuntur Fratres in Egipto crebras quidem orationes habere, ſed eas breuiſſimas tamen, & raptim quodammodo iacula-

P tas,

tas, ne illa vigilanter erecta, quæ oranti plurimum neceſſaria eſt, per productiores moras euaneſcat, atq; hebetetur intentio. Iidem magnum fructum ſpiritualem animabus A *ſuis reportabunt, ſi ſe multum occupauerint in lectione librorum ſpiritualium, quales ſunt opera S. Bernardi, opuſcula S. Bonauenturæ, Collationes Patrum, ſtreira diuini amoris Ioannis Lanſpergij, Reuelationes S. Brigittæ, opera Granatæ, Profectus ſpiritualis Arias. opera Capiliæ, Pinelli. Androtij, S. Vincentij Ferrer. Combatimentum ſpirituale, & huiuſmodi.*

Sed ſiue mentaliter, ſiue vocaliter, ſiue mixtim præcor de Pœnitentia Fratres vt orationi ſemper inſiſtant. ſcientes eſſe præceptum Domini. Luc. 18. dicentis Oportet ſemper orare, & non deficere, & cap. 21. vigilate omni tempore orantes. & Apoſt. 1. Theſſ. 5. ſine intermiſſione orate; Quod & exemplo docuit Chriſtus ipſe, frequenter orationi intendens. De eius enim oratione habemus. Matt. 14. dimiſſa turba aſcendit in montem ſolus orare. & 26. ſedete hic, donec vadam illuc, & orem. & Marc. 1. diluculo valde ſurgens, egreſſus abijt in deſertum locum, ibiq; orabat. & Luc 6. In illis diebus exijt in B *montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. & 22. factus in agonia prolixius orabat. & 23. Pater dimitte illis. & Ioan. 12. Pater ſaluifica me ex hac hora & 17. multa habentur de eius oratione. & Apoſtoli ab eo edocti multum orationi inſtiterunt. Act. 1. erant omnes perſeuerantes in oratione. & 6. dixerunt Apoſtoli. Nos orationi inſtantes erimus. Vnde Doctores virtutem orationis conſiderantes. Aliqui eorum, vt Aug. dicebat. Oratio eſt animæ ſanctæ præſidium, Angelo bono ſolatium, diabolo ſupplicium, gratum Deo obſequium, & pœnitentiæ religionis laus tota, perfecta gloria, ſpes certa, ſanitas incorrupta. & Chriſoſt. ſuper Matth. 18. dicit, quod, nihil potentius homine orante. & quidem, cum omnia alia remedia deſunt, remedium orationis adeſt. Paralip. 20. Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros ad te dirigamus. Virtus orationis valet omni tempore, & omni loco, & omni ſtatu. Orare enim* C *poſſumus, & hyeme, & æſtate, in ſereno, & pluuiali tempore, nocte, & die, feſtis diebus, & non feſtiuis, in infirmitate, & in ſanitate, in iuuentute, & in ſenectute, ſtando, & eundo, in domo, & extra domum. Quare multum eſt amandum tale officium, quod non recipit impedimentum, & cuius numquàm fruſtratur finis. Itaq; cum Bernard. in medit. c. 6. concludens dicam. Oro vos Fratres, vt ſemper habeatis ad manum tutiſſimum orationis refugium.*

CAPVT DECIMVMSEXVM.

De ægrotorum, et funerum curatione. D

NIhil eſt quamobrem noſtris cœnobitis fraternum amorem, mutuam dilectionem, charitatem, pietatem, imbecillium, ac infirmorum curam, & diligentiam præcipiamus. hæc enim lex diuina ſatis admonet. 2 Quædam tamen ſeria, ac valde pia, quæ ita expli-

A explicate non habentur, non videntur omittenda. 3 Decernimus igitur; vt cum noſtri cœtus cœnobitæ in ægritudinem inciderint, cœnobiorum Miniſtri, & omnes fratres quotidie eos diligenter inuiſant, blande conſolentur, ſtudioſe curent, eiſq; (ſi vlla in re eorum opera vti neceſſe fuerit) pie, ac benignè ſubueniant, ac ipſos de vera pœnitentia accipienda, Dei optimi miſericordiam fraternè proponentes, admoneant. 4 Et cum cuiquam diem ſuum obire contigerit, ſolemnes B exequias præparent, vt ille pie, ac religioſè tumuletur. 5 Morte vero eius nunciata, vbiq; locorum noſtræ Congregationis (iuxta formam in inferiori proximo decreto contentam) pro eo ſtatim ſacrificia funebria celebrentur, præceſq; pro eo ad Dominum dirigantur. 6 Caueant mirum in modum, ne alicuius interitus occultetur, imo vero diuulgetur quam citiſſimè id fieri poterit. 7 Bona autem è vita decedentium ſi C qua habere contigerit, illi cœnobio acquirantur, in quo eos profeſſionem emiſiſſe conſtiterit. niſi aliud de bonis eorum Generalis Miniſter cum Diſcretorum conſilio duxerit ſtatuendum.

Collatio prima ex num. 1. 2. 3. 4. 5. & 6.

DEducta ſunt ex regulis Nic. IV. & Leonis X. & ex Conc. Aquiſgraneñ. ſub Ludouico Pio primo Imperatore. cap. 142. Et nunciata alicuius morte Sacerdotes tenentur celebrare vnam Miſſam, Clericiq;, & illiterati prout in fine ſequenus D capitis.

Collatio ſecunda, ex num. 7.

HAbetur hoc decretum de bonorum diſpoſitione Fratrum mortuorum ex Bulla Eug. IV. iniunctum nobis &c. & eſt ad mentem iuris canonici, videlicet, quod Monaſteria nomine quorum religioſi ſunt profeſſi, ius bonorum Fratrum ipſorum acquirant, non ſolum à die obitus eorum, ſed à die profeſſionis. cap. in præſentia. de prob. cap. ſi qua mulier. 19. q. 3. cap. ex jr. de verb. ſign: lib. 6. Clem. exiui. de verb. ſign. & alibi. & Nau. Coment. 2. de regul. nu. 30. 31. 46. 50. 54. & 55. & Coment. 4. de regul. nu. 23. & 24. & alibi. & eſt ſciendum Sacram Congreg. Card. Conc. Trid. determinaſſe per inſertum decretum quæſtionem illam ſatis dubiam

P 2 circa

circa bona Fratrum tranſlatorum de vna religione, in qua valide profeſſi erant, ad aliam in qua etiam ſecundò valide profiteantur. Cui decreto ſimilis eſt doctrina à Nau.ſupradicto.nu.24.explicata. A

An Regularis ex indulto Apoſtolico à Religione Fratrum Minorum de Obſeruantia ad tertium ordinem S. Franciſci ex legitima cauſa tranſlatus, recuperet ius ſuccedendi in bonis ſibi ex teſtamento, vel ab inteſtato poſt tranſlationem delatis?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum cenſuit, recuperare. Hor, Cardinalis Lancellottus.

ANNOTATIO PRIMA.

AD habendum curam de infirmis inuitamur exemplo filij Dei, qui humanum genus in infirmitate poſitum perſonaliter viſitare voluit, & curare, & hoc cum magnis expenſis, nimirum ſanguine ſuo. Infirmis etiam corporaliter magnam humanitatem exhibuit, & ſanabat omnes. Luc. 6. Et leproſum, cuius infirmitas contagioſa eſt, non abhorruit, imò voluit eum tangere, & curare. Matt. 8. Inter opera miſericordiæ videtur excedere illud, quod circa infirmos exercetur. In vitis Patrum legitur, quod quidam frater interrogauit ſenem quemdam, dicens. Duo fratres ſunt, quorum vnus ieiunat ſex diebus multum laborans; alius vero ſeruit ægrotantibus; cuius opus eſt magis gratum Deo? Reſpondit ſenex. Si frater qui ſex diebus ieiunat, laborans, appendat ſe per nares, non poteſt eſſe æqualis illi, qui infirmantibus ſeruit. B

Et eſt maxime aduertendum quod negligentia, & præcipuè ſuperiorum erga infirmos vitium proprietatis, vitium nequiſſimum, ſecundum Bened. in reg. cap. 33. introducit, multi enim videntes, quod fratribus in ſuis infirmitatibus de communi non prouidetur, non intelligentes, quod maius eſſet periculum male viuendi, quam cito moriendi, proprium volunt habere, vt de proprio poſſent ſibi in infirmitatibus ſuis prouidere. Multis vero in infirmitatibus proprium non fuit, imo verò è contrario proprium infirmitati occaſionem dedit, vt citò incurreretur, vel difficile ſanaretur. Exemplum ſit cuiuſdam Hortulani, de quo legitur in vitis Patrum, quod omnia dabat in eleemoſynas, quæ de labore ſuo acquirebat, præter tenuem victum. Tandem ſuggeſtum eſt ei ſuggeſtione maligni ſpiritus, vt colligeret aliquam pecuniam, quam, cùm ſeneſceret, vel ægrotaret, poſſet expendere. & fecit ſic. Contigit autem infirmari eum in pede, & expendit quicquid habebat in medicos, & curari non potuit. Et tandem vnus Medicus expertus dixit, eum non poſſe ſanari, & curari, niſi per pedis abſciſſionem. Et cum quadam die Medicus eſſet allaturus inſtrumenta ſua ad pedem abſcindendum, nocte præcedenti Hortulanũ illũ pœnituit de numis collectis, & quod non dederit eos pauperibus. & ſtatim Angelus Domini aſtitit ei dicens. Vbi ſunt numi quos collegiſti? & vbi eſt pes, quem tractaſti? Quem cum pœniteret, & miſericordiam peteret, Angelus Domini tetigit pedem eius, & ſanatus eſt. Mane vero Medicus veniens inuenit Hortulanum in agro ſanatum, atq; operantem, & laudauit Deum. C D

ANNOTATIO SECVNDA.

VNuſquiſq; non ſolum erga infirmos opera ſua præſtare velit, ſed etiam circa omnia pietatis, & miſericordiæ opera corporalia, & ſpiritualia, prout Deus, & Prælatus ei conceſſerit ſe exerceat. Sciens vt dicit Petr. Rauen. exponens illud Matth. 25. Eſuriui, & dediſtis, &c. In regno cœli coram omnibus Angelis in conuentu reſurgentium,

A tium, quod Abel paſſus ſit, quod mundum conſeruauit Noe; quod Abraham fidem ſeruauit, quod Moyſes legem tulit, quod Petrus crucem Ieſu primus aſcendit, Deus tacet, & clamat ſolum, quod pauper comedit; Qui enim miſericors eſt miſericordia dignus eſt. Et certe Dominus noſter Ieſus Chriſtus de iudicio finali verba faciens, condemnat ad ignem inferni æternum ſolos immiſericordes. dicens. Matt. 25. diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius. Eſuriui, & non dediſtis mihi, &c. Et ad gloriam Paradiſi æternam miſericordes promouet, & mittit, dicens. Matt. 25. Venite benedicti patris mei; poſſidete paratum vobis Regnum à conſtitutione mundi, eſuriui enim, & dediſtis mihi, &c.

ANNOTATIO TERTIA.

B PRæparet ſe quoq; Dei ſeruus ad tolerãdas libenter pro Dei amore corporis infirmitates, ac quaſcumq; alias tribulationes, & aduerſitates, nam ſecundum Apoſtolum. 2. Cor. 9. virtus in infirmitate perficitur, eiſq; anima fidelis probatur, an ſit gloria cœli digna. vt habetur Iac. 1. Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam quum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Imo tribulationes ſunt diuini amoris ſigna. Sicut dicebat Sap. Prou. 3. Diſciplinam Domini fili mi ne abijcias, nec deſpicias, cum ab eo corripieris. Quem enim diligit Dominus corripit, & quaſi Pater in Filio complacet ſibi. Vbi alia tranſlatio habet, & quaſi in filio, quem vnice diligit, delectatur. & eſt idem quod dicit Apoſt. ad Hebr. 12. flagellat autem omnem filium, quem recipit; in diſciplina perſeuerare. Quibus in locis per diſciplinam Spiritus ſanctus intelligit labores, infirmitates, tribulationes, & aduerſitates omnes, quibus Deus ſeruos ſuos punit, quæ ideo diſciplina vocantur, quoniam in eis ſerui, atq; amici Dei patientiam, atq; alias virtutes adiſcunt. Illis Dominus docuit Paulum. Act. 9. quando

C propè Damaſcum eum deiecit in terram, vnde Dominus dicebat Annaniæ de Paulo. Ego enim oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. atqui Paulus intelligens quod illa tribulatione volebat eum Dominus docere, ſtatim Domino dixit. Domine quid me vis facere? Quinimo cogitandum eſt multos infirmitatibus, & tribulationibus medijs factos fuiſſe Dei ſeruos prægrandes, & diuitias cœli obtinuiſſe, qui alias proſperitatibus effecti erant peccatores magni, & inferno digni. Nam vt Greg. in mor. Aurem cordis tribulatio aperit, quam ſæpe proſperitas huius mundi claudit. Vnde Petrus Chryſoſt. in quadam Epiſt. dicit. forſitan temporaliter te punit Deus, vt det tibi vexatio intellectum; trituratur granum, vt reponatur in borreo, quadratur lapis, vt ſine ſonitu mallei in edificio templi collocetur, mouetur turbo, vt Elias rapiatur in cœlum, Maximum eſt remedium interioris hominis, ſi in hac area mundi, varijs paſſionum flagellis

D trituretur exterior. Quare Bernard. in quodam ſerm. dicebat, Fratres in hoc mundo, quaſi in campo certaminis poſiti ſumus, & qui hic dolores, aut plagas, aut tribulationes non ſuſceperit, in futuro inglorius apparebit. Et plus quid innuebat. Aug. ſerm. quodam. dicens. Nullus ſeruus Chriſti ſine tribulatione eſt, ſi putas te non habere perſecutiones, nundum cœpiſti eſſe Chriſtianus. & ſuper Pſalm. flagellum interius, & exterius glorificat Creatorem, compellit nollentem, erudit ignorantem, cuſtodit virtutem, protegit infirmantem, excitat torpentem, humiliat ſuperbientem, purgat pœnitentem, coronat innocentem, initiat ad mortem ſemper viuentem, & ſic religioſus ad ſuſtinendum tribulationes paratus, in tempore tentationis difficilius ſuccumbet. ſic dicit Greg. in mor. tanto quiſq; aduerſitate minus vincitur, quanto contra illam præſciendo paratus inuenitur.

CAPVT

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM. A

De ſacrificijs anniuerſarijs.

SAncta nimirum, & ſalubris, iuxta illud eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur. Itaq; decernimus, vt pro Fratribus noſtris, propinquis, amicis, adiutoribus, ſiue alibi, ſiue in noſtris tumulis dormientibus
quater in ſingulos annos anniuerſaria ſacrificia fiant in om- B
nibus locis noſtræ congregationis iuxta ſubiectum ordinem, videlicet, Semel die quem anteceſſerit ſeptuageſima. Iterum 12 Calendas ſextilis. Tertio 15. Calendas Octobris. Poſtremo die, quem mox ſubſequitur Dominicus Aduentus. In quibus ſanè ſacrificijs à ſacerdotibus Miſſam celebrari, à clericis vero mortuorum veſpertina, & nocturna ſuffragia, aut
quinquaginta pſalmos cum oratiuncula, cuius initium, Re- C
quiem æternam, perſolui volumus. Illiterati autem oratione Dominica, Angelica ſalutatione, & oratiuncula, de qua ſuperius, quinquagies repetitis orent.

Collatio ex cap. 17.

NIc. IV. in regula dicit, quod infra annum pro Fratrum, & Sororum, tam viuorum, quàm defunctorum ſalute, tres Miſſas faciant celebrare. Qui verò pſalterium ſciuerint, illud dicant, & cæteri orationem Dominicam centies dicere
non omittant, & requiem æternam in fine cuiuſlibet addituri, & Leo X. in regula D
dicit, quod in fine cuiuſlibet anni, ſeu infra quemlibet annum quilibet ſacerdos tres Miſſas pro defunctis, ſcientes pſalterium, vnum pſalterium, neſcientes vero pſalterium centum Pater noſter cum requiem æternam in fine cuiuſlibet dicere debeāt; quæ omnia parum ab huius capitis decreto diſſentiunt. Qualiter vero, & pro quibus fieri debeant quattuor hæc anniuerſaria habetur infra poſt formulam profeſſionis ſub titulo de ſacrificijs mortuorum, cum alijs notatu dignis.

ANNOTATIO PRIMA.

OCcaſione pietatis erga mortuos hoc capite nobis commendatæ; eleuetur religioſus quiſq; ad quattuor nouiſſimorum mortis ſcilicet, Purgatorij, Inferni, & Paradiſi

nicatia-

A *meditationem, cum nihil tàm à peccatis retrahere poſſit, quam horum ſedula, & continua contemplatio. iuxta illud. Eccleſ.7. In omnibus memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.*

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

Humilitatis, ac Pietatis apprehendenda diſciplina.

B SVperbis reſiſtit Deus, humilibus autem (vt in ſacris litteris legimus) gratiam dat. Proinde nos humiles eſſe decet, & cum peccatores ſimus, vnicuiq; noſtrum cum publicano clamandum eſt. Deus propitius eſto mihi peccatori. a Decernimus igitur, vt omnes noſtræ familiæ fratres ſemel ſaltem in hebdomada in templa conueniant, ibiq; ſi oportuerit, inuicem reconcilientur, & ſecum memoria repetant delicta tam domi, quàm foris perpetrata, eorum culpam cognoſcant, diſciplinam à
C prælatis ſuſcipiant, ac perferant. Sed in primis veniam à Deo pie, ac humiliter poſtulent. ſeq; religioſorum more percutiant, præcipue in quadragenario Chriſti ieiunio. Qui vero id exequi noluerit, à præpoſitis iuxta delicti magnitudinem puniatur.

Collatio ex capite 18.

ALiqualiter hoc Decretum de culpis dicendis, & diſciplina apprehendenda adumbratur in regulis Nic. IV. & Leonis X. dum de viſitatione facienda ſer-
D mo habetur. & cap. ea quæ. de ſtat. Monach. ſed ſecundum conſuetudinem aliarum religionum approbatarum, hoc in loco, & in tractatu ceremoniarum, ſub titulo. De publica confeſſione culparum, perficitur, & completur. Si quis tamen plura circa modum culparum dicendarum deſideret, perlegat conſtitutiones Benedicti 12. Papæ ſuper Regulam S. Auguſt. cap. de Capitulis quotidianis. & Conſtitutiones Fratrum Minorum de Obſeruantia, & Conſtitutiones Carmelitarum cap. 20. quartæ partis. & cap. 28. 29. & 30. Correctorij Fratrum ſancti Franciſci de Paula. & ea quæ nos monuimus cap. 3. Regulæ annotatione ſecunda.

ANNO

ANNOTATIO PRIMA. A

CIrca locum culparum, & correctionis modum pro ſpirituali morum inſtructione breuiter aliqua ſubnectam. Vtpotè, quod religioſi multum diligere debent talem locum, & in primis correctionē ipſam. Religio enim eſt locus correctionis, ad hoc omnes ingrediuntur religionē, vt in ea facilius peccata ſua emundent, & corrigant, & incorrigibilitas eſt cauſa ſpecialis, quare aliquis è religione ſit expellendus, vt habetur c. 3. regulæ. Propterea. Prou. 8. dicitur. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur. Correctio vt conuenit exhibita, & ſuſcepta ſignatur per illam virgam. Num. 17. quæ protulit flores, & amigdala, Similiter, & per virgam Moyſi Exod. 4. quia dum talis virga correctionis manu tenetur, & circa ſubditos exercetur, fiunt mirabilia circa religioſum; ſed ſi proijcitur in terram, & negligatur correctio, vertitur in colubrum, quia qui in hoc mundo non corripitur, in futuro à ſerpentibus infernalibus cruciabitur. B Nihil plus hoſtibus religioſi, Demonibus ſcilicet eſt terribile, quàm locus correctionis; per omnes enim Fratrum officinas Diabolus ingreditur libenter, vt eos ad peccandum prouocet, ſed odit, & metuit locum correctionis, quia ibi dum Fratres ſuas culpas coram ſuperiore locum Dei tenente humiliter agnoſcunt, & manifeſtant, Diabolus omnia quæ lucrari viſus fuerat, amittit, & perdit, vt patet ex illa mirabili viſione quam habuit ſanctus Dominicus Romæ in Conuentu ſancti Sixti. Vnde bene dicebat Sap. Prou. 27. Quod melior eſt manifeſta correctio, quàm amor abſconditus. eat igitur libenter religioſus ad locum correctionis.

Quo in loco omnia fieri debent cum magna humilitate, patientia, manſuetudine, animi ſubmiſſione, reuerentia, & charitate. Nam iudicium Capituli correctionis eſt imago quædam diuini iudicij futuri. Qui ergo ibi accuſantur, & corriguntur, debent ibi ſe C habere humiliter, & patienter, etiam ſi eis videatur, quod ille qui præeſt ſecum minus iuſtè ſe habeat. Ad memoriam reuocent, quod ſaluator mundi patientiam habuit, cum Pilatus eum iniuſte iudicauit, & cum à Iudeis iniuſte fuit accuſatus, & à militibus iniuſtè ligatus, flagellatus, & cruci affixus. ſtetit Ieſus (dicit Bernardus) ante præſidem inclinato capite, demiſſis aſpectibus, vultu placido, ſermone raro, paratus ad opprobria, promptus ad verbera. Ad eorum mentem veniant tunc exempla ſanctæ Suſſannæ, ſanctæ Marinæ, & aliorum ſanctorum qui falſo accuſati, & condemnati fuerunt.

Et ſi quis in loco correctionis alium accuſare velit, hoc agat ex charitate, videat, quod virga correctionis oriri habet ex radice Ieſſe, id eſt ex incendio amoris; & libentius accuſet quos amplius amat, iuxta illud Apoc. 3. Ego quos amo corrigo; & modeſtius alium accuſet, quam ſe ipſum.

Et ſuperior ſeruet iuſtitiam, ſed & miſericordiam, & diſcretionem; ſciat quod in D Arca fuerunt Virga, Tabulæ, & manna. Virga ſignat correctionem, tabulæ legis diſcretionem, & manna manſuetudinem. Aug. & ponitur in Decretis. c. duo iſta. 23. q. 4. Duo (dicit) ſunt nomina, homo, peccator. quia peccator eſt, corripe, quia homo eſt, miſerere. Vitia animi (inquit Seneca) ſicut vitia corporis leniter ſunt tractanda. Gal. 6. dicit Apoſtolus. Vos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum, ne, & tu tenteris. Itaq; ſuperior quæ proximi ſunt ex ſe ipſo intelligere debet. Greg. Hom. 21. dicit. Quod Deus idcirco principem Apoſtolorum permiſit cadere, vt in culpa ſua diſceret, qualiter alijs miſereri deberet. Attendat ſuperior ſtatus perſonarum, quæ corriguntur, nam non ſanat oculum, quod ſanat calcaneum; cum ſenibus vno modo, & cum iuuenibus alio procedendum eſt. 1. ad Thimot. 5. ſeniorem ne in-

crepaue-

A *crepaueris, ſed obſecra vt patrem. Alij corrigendi ſunt amore, alij metu, & terrore; Ideo Prouer. 17. dicitur, quod plus proficit correctio apud prudentem, quam centum plagæ apud ſtultum. & ibi. cap. 27. ſi contuderis ſtultum in pila, quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia eius. Et vt vnico verbo multa dicam, ſciant omnes, quod correctio eſt opus, & donum Dei, ideo precibus, & orationibus humiliter eſt à Deo petenda, magno zelo exercenda, & maxima cum humilitate ſuſcipienda.*

CAPVT DECIMVMNONVM.

De reuerentia Prælatis exhibenda.

B COmpertum habemus nobis obtemperandum eſſe prælatis non ſine quodam animi candore, & reuerentia; quod ſenſit & Paulus dicēs; Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. 2 Proinde præpoſitos noſtros, & audiri, & honorari omninò mandamus. 3 Quiſquis autem eos non audierit, ſed ſpreuerit, & inhonorauerit, ſiue ab ipſis pigritiæ, ignauiæ, ſomnolentiæ, negligentiæ, & quouis alio crimine præſertim coram Fratribus reprehenſus reclamauerit, ſuperbè reſponderit, aūt quid contumelioſum in eos euomuerit, atq; adeo ipſorum diſciplinam contempſerit, pro magnitudine criminis puniatur. Si quis tamen ſe nimis offendi putarit, is animi ſui ſententiam leni oratione; & ſum̄a quadam cum reuerentia aperire conetur. 4 Officiales nomine quod ab officijs ſortiti ſunt, ſubditi vero proprio appellentur; qui ſecus facere auſus erit toties priuetur obſonio quoties in errore deprehenſus accuſabitur.

(Margin letters: C beside "rit, & inhonorauerit…"; D beside "ti ſunt, ſubditi…")

Collatio prima, ex num. 1. 2. & 3.

FVndamentum omnium contentorum in hoc capite habetur ex regulis Nic. IV. & Leonis X. & ex priuilegijs Summorum Pontificum; Nam dum ordinant, quod in religione ſint ſuperiores, & quod præcipiant quæ velint, honeſta tamen; &

quod ad obediendum poſſint compellere ſubditos, etiam cenſuris eccleſiaſticis, vt A
infra dicemus, conſequenter etiam ſequitur quod à ſubditis debent reuerenter obe-
diri. Similiter quod ſuperiores correctionis, & caſtigationis gratia poſſint quandoq;
in ſubditos conuitia iaculari. eſt communis doctrina. & ſic Dominus Luc. cap. vlt.
vocauit diſcipulos ſtultos. & Paulus Galatas inſenſatos. ad Galat. 3. Et quod ſub-
diti non debeant ſuis Prælatis dum corriguntur replicare, maximè in locis corre-
ctionis, eſt omnium religionum inſtitutum. Benedict. in ſua regula. c. 3. generaliter
loquens, præcipit, vt quiſquam non præſumat cum Abbate ſuo proterue intus, aut
foris Monaſterium contendere, quod ſi præſumpſerit, regulari diſciplinæ ſubiaceat.
& cap. 5. ipſa obedientia (inquit) tunc erit acceptabilis Deo, & dulcis hominibus,
ſi quod iubetur non trepide, non tarde, non tepide, aut cum murmure, vel cum re-
ſponſo nolentis efficiatur. & cap. 6. ſi qua requirenda ſunt à Priore, cum omni hu-
militate, & ſubiectione reuerentiæ requirantur. poteſt videri Bernard. ſermone de
via vitæ. & textus canonici pluribus in locis, quibus hoc capite tradita aſſimilãtur. B

Collatio ſecunda, ex num. 4.

QVod Officiales nomine Officij appellentur habetur in Regula Leon. X. cap. 5. Ad quod etiam facit. 6. Cùmq; hoc. in proœmio Inſtit. Ciuil. Archid. de conſecrat. c. 1. in 6. in gloſ. & Abb. in c. quoniam Abbas. de off. deleg.

ANNOTATIO PRIMA.

VTrum ſubditi ordinis noſtri teneãtur ſub vinculo peccati mortalis in omnibus, &
per omnia obedire ſuis Prælatis? & per conſequens an Prælati religionis noſtræ C
poſſint præcipere quæcumq; velint, & obligare ſibi ſubditos ad obediendum ſub pœna
peccati mortalis?

Hæc eſt omnium difficultatum regulæ noſtræ difficillima, ſed & eius reſolutio bene perceptà, & intellecta eſt præ alijs nedum vtilis, ſed neceſſaria, quocirca magna cum diligentia eſt pertractanda.

Et in primis videtur quod non, cum omnia iura ad nos ſpectantia proclament nullum regulæ ſtatutum obligare nos ad culpam, nec venialem, ſed ſolum ad pœnam, niſi ſit de iure diuino, vel humano, & niſi adſit contemptus. Quæ iura, & decreta adduximus cap. 9. regulæ pro prima probatione, quod ex vi profeſſionis non obligamur duplici vinculo, præcepti diuini, & voti ad obſeruantiam diuinorum mandatorum, quæ breuitatis gratia ibi videri poſſunt.

Sed in contrarium eſt obedientiæ votum, quod profitemur, quod ſanè eſt votum eſſen- D
tiale cuiuſcumq; approbatæ religionis, imò & principale inter vota eſſentialia, vt omnes
Doctores affirmant, & præcipue. Thom. 2. 2. q. 186. artic. 8. & quæſt. 104. art. 3. Qua-
re ſicuti tenemur ſub vinculo peccati mortalis eſſe omnino caſti, & pauperes, ita & per
omnia obedire.

Quæ ratio roboratur, & vim accipit ex his quæ habentur in regula multis in locis, & in priuilegijs Apoſtolicis. Capite enim primo Regulæ. num. 15. ſic decernitur. Deinceps more quo cæteri regulares eligant Difinitores, quibus cum principali Miniſtro electo, vtiliſſima queq;, & maximè neceſſaria ordini noſtro difinienda, faciendaq; ſint, per eos autem ordinata, difinita, & facta, ab omnibus communiter obſeruari volumus. & c. 3. num. 1. poſtquàm multum authoritatem principalis Miniſtri extulerit, volens tandem

oſtendere

A oſtendere quanta ſit, concludit quod ſtat in arbitrio ipſius Generalis, his verbis. Et quæ ex illius iudicio reformatione indigebunt, diligenti ſtudio emendentur. & cap.4.nu.1. ordinat quod Vicarij Prouinciales in omnibus Generali obedire tenentur. & cap.5.nu. 1.& 2.conceditur facultas Cænobiorum Miniſtris præcipiendi quæcumq; velint, his verbis. Nunc verò decernimus, vt familiæ, vel cœtui quiſq; ſuo, & cæteris bonis bene præſit, quæ velit (honeſta tamen) præcipiat, iubeat, & imperet. & in hoc toto cap.19. nil aliud ferè præcipitur, ac mandatur, quam quod omnino ſubditi, audiant, & honorent ſuperiores; & quod non ſolum ſimpliciter illis obediant, ſed non ſine quodam animi candore, & reuerentia. Quod perfectius, & abundantius conſtat ex priuilegijs Eug. IV. Iniunctum nobis &c. & Nic. V. Apoſtolicæ ſedis, &c. vbi ſtatuitur, quod omnes, & ſinguli Fratres & ſorores ordinis præſentes, & futuri principali Miniſtro pro tempore exiſtenti in omnibus iuxta ſtatuta ædita, & ædenda plenariè obedire, parere, & intendere teneantur, & debeant; quodq; ad obſeruantiam prædictorum fratres ſub excommu-
B nicationis pœnis, & alijs cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, & iuris remedijs cogi, & compelli poſſint, inuocato etiam deſuper (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis. At conſtat excommunicationem ferri non poſſe niſi pro peccato mortali, ergo in omnibus & per omnia ſub vinculo peccati mortalis ſubditi tertiarij ſuis Prelatis obedire tenentur, & ipſi Prælati ſub tali pœna poſſunt ſubditos obligare.

Item Bernard. de præcepto, & diſpenſatione, dicit. Perfecta obedientia legem neſcit, terminis non arctatur, nec contenta anguſtijs profeſſionis largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis, & ad omne quod iniungitur ſpontaneo vigore liberalis alacriſq; animi motum non conſiderans in infinitam libertatem extenditur. & infra; Non attendit verus obediens quale ſit quod præcipitur, hoc ſolo contentus, quia præcipitur; ergo in omnibus, & per omnia ſubditi tenentur Prælatis obedire.

C Primo ſtatuendum eſt pro huius difficultatis reſolutione. Quod in tota religione, & in eius Prælatis reperitur authoritas à Deo accepta mediò ſummo Pontifice religionem approbante ſubditis præcipiendi, & eos obligandi ad præceptorum obſeruantiam, etiam ſub culpa mortali. Luc.10. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. & 1.Theſſ.4. ſcitis quæ præcepta dederim vobis per Dominum Ieſum, qui hæc ſpernit non hominem, ſed Deum ſpernit. & diſt.12.cap. non decet. & cap. ſequenti, & diſt.93.cap. nos. & 11.q.2.cap. nemo contemnat. & Thom.2.ſent.diſtin.44.quæſt.2. art. 3. & Sot. lib.1.de iuſt.q.6.art.4. & eſt doctrina communis; quod verum eſt in his ad quæ prælatorum authoritas ſe extendit, & in illis, in quibus ipſi ſubditi Prælatis ſubijciuntur. Tho. 2.2.q.104.art.5.

Secundo conſideranda eſt legiſlatoris, & vniuerſaliter ſuperiorum præcipientium intentio. Caiet. in ſummula, verbo. Præceptum. Nam poſſunt mandare aliquid non in-
D tendendo obligare tranſgreſſores ad culpam, & intendendo obligare ad culpam venialem, vel mortalem. Nau.c.23.nu.48 & ſequentibus. Tolet.lib.8.cap.19. Vnde in religionibus de quorum ſtatutis habetur, quod non obligant ad culpam, nulla eorum ſtatutorum tranſgreſſio ex ſe erit peccatum vllum, neq; veniale, vt in religione Dominicanorum. Thom.2.2.q.186.art.9.ad 1. Nau. vbi ſupra, in quo omnes Doctores conuenire dicit. Tolet. ibidem. Eandem, & perſimilem regulam habemus nos, vt ſæpe ſæpius dictum eſt; quare, & idem dicendum eſt de noſtris ſtatutis. In alijs vero in quibus id non habetur, conſiderandum erit, quomodo, & quibus verbis præcipiatur, vt legiſlatoris cognoſcatur intentio, niſi aliunde conſtet. & ſanè, vt habetur Clem. exiui de paradiſo, de verb. ſignif. in Regula Fratrum Minorum, vbi habetur verbum, teneantur. intelligitur præceptum obligans tranſgreſſorem ad mortalem culpam. Quod eſt verum, quia explica-

tum, & receptum communiter eſt, quod ibi tale verbum importet prædictam obligationem. Non eſt tamen id in omnibus alijs intelligendum, nulla enim formula præcipiendi, mandandi, & iubendi eſt ſufficiens, vt intelligatur inducta prædicta obligatio, niſi ex communi ſenſu habeatur, quod qui tali modo præcipit, intelligatur præcipere ſub peccati obligatione. vt contingit, quando quis præcipit in virtute ſanctæ obedientiæ, aut alicuius pœnæ, quæ homini in gratia exiſtenti non poteſt conuenire, vt ſub pœna maledictionis à Deo, & indignationis Apoſtolorum, vel ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. Caiet. 2.2.q.186.art.9.& in ſummula. verbo. præcepti tranſgreſſio. Nau. & Tolet. vbi ſupra. Quod non eſſet ſi Prælatus ſub pœna excommunicationis abſolute non addendo latæ ſententiæ, præcipiat, ſubditus enim non obediens mortaliter non peccaret. Ioſeph. Angleſ. 4. ſent q. de voto. diffic. 16. Nullus tamen ſubditus obligatur ſub pœna peccati mortalis obedire ſuperiori, quamuis cognoſcat intentionem, & voluntatem ſuperioris eſſe velle eum obligare ad mortale, niſi talis voluntas ſibi fuerit manifeſtata exterius tacitè, vel expreſſè. Thom. 23. de veritate. Silueſt. verbo. Obedientia. q. 12. Tolet. lib. 8. cap. 16. nu 3. **A** **B**

Tertio debet haberi reſpectus ad materiam, quæ præcipitur, nam aut eſt res magni momenti, aut parui, ac leuiſſimi, quia ſi res præceptæ ſunt magni momenti, & ſint præceptæ in virtute ſanctæ obedientiæ, aut alia ſimili ratione formale præceptum exprimẽte, tranſgreſſor peccat mortaliter, ex dictis patet. Sed ſi ſunt leuiſſimi momenti, tranſgreſſor non peccat mortaliter, ſed tantum venialiter, etiam ſi præcipiens conaretur obligare ſub mortali, & præciperet in virtute ſanctæ obedientiæ; & ratio eſt, quia quamuis poſſit ſuperior ita præcipere, vt obliget tranſgreſſorem ad peccatum, ita vt tranſgreſſor ſemper peccet, tamen non debet ſuper re leuiſſima inducere obligationem grauiſſimam, ſed tantum leuem ſecundum materiæ exigentiam. Nau. Prælud. 9 nu. 12. & c. 11. n. 4. vbi citat Thom. & alios. Item Tolet. lib. 4. c. 12. nu. 1. & lib. 8. c. 20.

C *Quarto ſciendum eſt ex Thom. 2.2.q.104. art. 5. ad. 3. in fine, quod triplex poteſt eſſe obedientia, vna ſufficiens ad ſalutem, quæ ſcilicet obedit in ijs, ad quæ obligatur; alia perfecta quæ obedit in omnibus licitis: Tertia indiſcreta, quæ etiam in illicitis obedit.*

His ſic declaratis pro reſponſione quæſiti ſtatuitur hæc concluſio ſcilicet. Quod ſubditi ex tertio ordine Fratres non tenentur in omnibus, & per omnia Prælatis ſuæ religionis obedire ſub peccato mortali, imo nec veniali, ſed bene ſic in aliquibus. Cuius cõcluſionis veritas & ſi ſatis conſtare poſſet ex hucuſq; notatis, tñ ex ſequentibus dictis notior fiet.

Primum dictum Subditi non tenentur ſuis ſuperioribus obedire in his, quæ ſunt contra, vel præter Dei præcepta, vel contra Eccleſiæ decreta, vel contra, aut ſupra ſuam regulam, nec in actibus mere interioribus, nec inferiori contra præceptum ſuperioris. Et hæc omnia propter defectum authoritatis in ſuperiore præcipiente, vt in primo notabili. & ita tenent. Thom. 2.2.q.104. art. 5. Tabien. verbo. Obedientia. nu. 5. Nau. c. 23. nu. 38. Tolet. lib. 8. c. 15. & omnes Doctores. verbi gratia. Si Prælatus præcipiat contra Dei præceptum, vt crimen occultum ſibi reuelet non ſeruato ordine fraternę correctionis, vel præter Dei mandatum, vt dicat mendacium vel verbum iocoſum, vel contra ordinationes Eccleſiæ, vt quod non ieiunet die ſtatuto ab Eccleſia, vel celebret pro hæreticis; vel ſi pręcipiat aliquid ex quo ſequitur ſcandalum, vel detrimentum notabile aliorũ. Tolet. vbi ſupra. qui citat. Silueſt. verbo. Obedientia. q. 3. dicentem non eſſe in hoc obediendum, quamuis ſuperior ſub excommunicationis pœna pręcipiat, hęc enim non ligat, quãdo male imponitur. Vel ſi præceptũ ſit contra vota eſſentialia, vel contra ordinationes ſuę Regulæ, in quibus ſuperior diſpenſare non poteſt; quia aliter eſt de his in quibus Prælatus poteſt diſpenſare, etiam ſi ſint contra regulam, vt ſi Prelatus noſtri ordinis præciperet **D**

alicui,

alicui, vt non ieiunet aliquo die veneris iuſta de cauſa, parere deberet, ſed ſi ſciret ſu-
A *periorem falli non teneretur obedire. Silueſt. verbo. Religio. 6. q. 6. quę omnia ſupra di-*
cta intelligenda ſunt, quando inferior eſt certus eſſe peccatum quod pręcipitur, ſaltem
veniale, vel incentiuum ad peccatum, vel eſſe contra Regulam; at quando eſt dubius,
Silueſt. verbo, Obedientia. q. 2. dicit, quod obedire debet; & habetur. 23. q. 1. c. quid cul-
patur. & Thom. 4. ſent. diſt. 19. q. 4. dummodo non ſit de his in quibus ignorantia non
excuſat. Silueſt. verbo. Ignorantia. q. 7. & ſubditi debent ſcrupulum conſcientię depone-
re. Bonau. 2. ſent. diſt. 39. art. 1. q. 3. Silueſt. verbo. Conſcientia. q. 4. & ſit etiam de his
ad quę ſubditus obedire tenetur. vt infra.

Item ſubditus non tenetur obedire Pręlatis in his quę ſunt ſimpliciter ſupra ſuam
Regulam. c. geſta. diſt. 74. Thom in quodlibet. 10. art. 10. & 2. ſent. diſt. 44. q. 2. art. 3. &
confirmatur authoritate Bernard. lib. de pręcepto, & diſpenſatione. vbi dicit. Nihil mi-
hi pręcipiat Pręlatus eorum, quę non voui, nihil prohibeat eorum, quę promiſi, non au-
B *geat, nec minuat votum meum. Sed ſi quod pręcipitur ſimpliciter non ſit ſupra regulam,*
ſed tantum ſecundum quid, tunc teneretur obedire; vt ſi Pręlatus in pœnam alicuius de-
licti pręciperet diſcretè ieiunium plurium dierum, vel aliam auſteritatem ſupra Regu-
lam, ſubditus teneretur obedire c. dilectus. concl. 2. & cap. quoniam. de ſimonia. Imo hoc
non eſſet ſupra, ſed iuxta Regulam, quę pręcipit ſubeundas eſſe pœnas. Vel ſi carnali, &
libidinoſo, pręciperet Pręlatus ieiunium longum, diſciplinas, & cilicium, quia certo cre-
dit ipſum aliter non poſſe vitare peccatũ, ad cautelam culpę futurę præcauẽdę teneretur
ſubditus obedire. Silueſt. verbo. Religio. 6. q. 6. Vel etiam ſi quod præcipitur, quamuis ſit
ſupra Regulam, tamen eſt neceſſarium ad obſeruantiam regulæ, ſeu ſubditorum reforma-
tionem, ſubditus tenetur obedire; vt ſi Monialibus, quæ nõ promiſerunt clauſurã propter
periculum incontinentiæ ex vago receſſu præcipiatur perpetua clauſura. Ioſeph. Angleſ.
4. ſent. q. de voto. diffic. 15. dub. 2. quod confirmat. c. periculoſo. de ſtat. religioſ. in 6. & per
C *Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. de reformat. regul. & monial. & Thom. 2. ſent. diſt. 44. q. 2. art. 3.*

Item non tenentur obedire in actibus interioribus puris, puta intellectus, & volunta-
tis, quia in actibus pure interioribus Prælati non habent ſuperioritatem, ſed ſolus Deus.
Tho. ibid. Nau. & Tolet. vbi ſupra. & eſt communis opinio. v. g. ſi præciperet continuam
attentionem ad orationem ſibi iniunctam, vel quod manifeſtet peccatum ſuum omnino
occultum, & ſimilia. Dixi in actibus pure interioribus, id eſt qui non ſint commixti cum
externis, quia tunc ratione exterioris poſset eſſe obligatio. Silueſt. verbo. Excõicatio. 7.
excom. 2. & verbo. obedientia. q. 1. & verbo. Hora. q. 11. & Nau. & Tolet. vbi ſupra.

Et propter hoc dictum non eſt obediendum inferiori contra præceptum ſuperioris, ſci-
licet Dei, Papæ, Eccleſiæ, aut alterius; vt Miniſtro Cõuentus contra præceptum Prouin-
cialis, vel Generalis, maximæ quando dignitates ſibi ſunt ſubordinatæ, vt ſunt in noſtra
D *religione, vel vt non loquatur ſuperiori iubentis, vel faciat contra obedientiam maio-*
ris ſuperioris. c. qui reſiſtit. 11. q. 3. & Thom. 2. 2. q. 104. art. 5. Ioſeph. Angleſ. 4. ſent q.
2. de Baptiſmo. art. 2. conc. 1. Nau. & Tolet. vbi ſupra. Et ſi ſubditus dubitat, an Præla-
tus id ſibi poſſit præcipere, debet obedire. c. quod culpatur. 23. q. 1. vti diximus quando
eſt dubium, an quod præcipitur ſit licitum, nec ne?

Non debet tamen Generalis eximere Miniſtrum Conuentus, ſeu alium Fratrem
ne ſubſit Vicario Prouinciali, aut Miniſtro Cœnobij, quod deducitur à ſimili ex Sil-
ueſt. verbo. Caſus. q. 1. caſu. 5. & 38. quod probat ex cap. Frater noſter. 16. q. 1. facit ad
hoc etiam. cap. fin 9. q. 3. Poſſet tamen iuſta de cauſa ordinare Prouinciali, vel Miniſtro
Conuentus, quod non perturbent talem Fratrem, dum circa aliquod officium eſt occupa-
tus, vel quod ſi deliquerit, ad eum cauſæ cognitionem remittant.

Secundum

Secundum dictum. Si quæ præcipiuntur non ſunt contra,nec ſupra regulam,ſed infra, vel præter eam,& poſſunt ordinari ad regularem obſeruantiam, & vitam religioſam, **A** ſubditus tenetur obedire.Silueſt.verbo.religio.6.q.6 quia ad regulam pertinent,ac pertinere dicuntur non ſolum ea,quæ in ipſa exprimuntur expreſſe,ſed & ea,quæ continentur in illa implicite,& virtualiter,& aliquo modo ad regularem vitam poſſunt ordinari. Sed ſi quæ præcipiuntur infra,& præter regulam ſunt vana,& fictilia, & quæ nec ex genere ſuo,neq; ex circunſtantijs habent ordinem ad regularem vitam, vt leuare feſtucam,vel aſpicere aues volantes,& ſimilia, ſubditus non tenetur obedire, & ſic intelligitur illud regulæ c. 5. nu.1. quæ velit (honeſta tamen) præcipiat,iubeat,& imperet.

Tertium dictum, ſubditus tenetur obedire Prælatis in omnibus, quæ ſunt ſecundum, & iuxta regulam explicitè,vel implicitè, ſine quibus illa in regula contenta impleri nequeunt;eſt communis doctrina. Thom.2.2.quæſt. 104.artic.5.ad.3.Caiet.2.2.quæſt. 88.artic.3. Silueſt. verbo.religio.6. quæſt.6.& præcipue Thom.2.ſent.diſt.44.quæſt.2. artic. 3. Vbi dicit. Religioſum teneri in his tribus obedire Prælato. Primo in his quæ **B** in regula continentur. Secundo in his, ſine quibus illa in Regula contenta impleri nequeunt. Tertio in pœnis inflictis propter culpas contra prædicta duo. & refertur à Tolet.lib.8. c. 16. & ſic intelligenda ſunt verba regulæ Leonis X.quod votum obedientiæ obligat ad illa ſine quibus non poteſt comode iſta fraternitas manuteneri, cuiuſmodi eſſe poſſunt. punitio culparum,obſeruantia ſilentij,clauſura,ieiunium, abſtinentia ab eſu carnium Lunæ,& Mercurij diebus, forma, & color veſtitus,eiuſq; delatio, tranſmiſſio Fratrum de loco ad locum,infirmorum cura,orandi modus, & diuina officia celebrandi, & quamplura alia, vt obſequia communitatis,negotia ordinis promouenda,obſequia fraternæ ſocietatis. & quia de omnibus non poteſt aſſignari regula certa, ſtandum eſt prudentiæ Superioris præcipientis,quid facere,vel non facere teneantur ſubditi.

Quartum dictum. Quod circa prædicta eſt notandum, quod in regula contenta ex ſe, **C** & de primaria ſui inſtitutione non obligant tranſgreſſorem ad culpam, nec venialem, niſi ſuperueniat Prælati præceptum. Similiter ſi Prælatus præcipiat ſine intentione obligandi ad culpam vel ſi non exprimit exterius voluntatem obligandi præcepto formali ſanctæ obedientiæ,vel ſimili, vt in notabili ſecundo;ſiue præceptum ſuperioris cadat circa obſeruantias explicitè,vel implicitè contentas in regula, ſiue ſuper pœnitentias faciendas,quia non plus tenetur ſubditus ad pœnas ſubeundas, quam ad alias regulæ obſeruantias quoad obligationem incurrendi peccatum,vt alibi diximus.Pariter ſi quod præcipitur ſit parui momenti,vt in tertio notabili, quod debet intelligi etiam de exequutione pœnarum leuium,quo ad obligationem peccati mortalis. Item quod,vt præceptum obliget ſub pœna peccati mortalis debet eſſe de re graui, & de contentis in regula,vel ad eam reducibilibus, vel de pœnis grauibus faciendis ob prædictorum tranſgreſſionem, & quod conſtet de intentione Prælati,ſic obligare intendentis externo pre- **D** cepto formali explicito,vel implicito; videas etiam apud Nau.prælud.9. nu.8. quæ excuſent à peccato mortali,nempè ignorantia,ſubreptio,paruitas rei, diſpenſatio iuſta, cauſa iuſta &c. Exceptis ſemper ijs, quæ in Regula, & Bullis Apoſtolicis excipiuntur, nimirum,ſi tranſgreſſio ſit earum rerum ad quas ſubditus teneatur iure diuino, vel humano,vel ex contemptu contra eas,vt alias multoties dictum eſt. Et ſic facile eſt reſpondere ad obiectiones pro vtraq; parte factas.

Ad primum argumentum,quod erat pro parte negatiua. Reſpondetur, quod eſt verum quod tranſgreſſores contentorum in regula non obligantur ad culpam mortalem, neq; venialem,conſiderando ſtatuta regulæ abſolute, & ex ſe,quia inſtitutor regulæ ſic intellexit,& ſuam voluntatem declarauit. At ex hoc non ſequitur,quin Prælatus poſſit

eà præ-

A ea præcipere ſub pœna peccati venialis, ſi ſunt leuia, & etiam ſub pœna peccati mortalis, ſi ſunt grauia, & maximi ponderis; quod declarauit Leo X. in ſua regula in fine, dum dixit, votum obedientiæ obligare ad illa, ſine quibus non poteſt comode iſta fraternitas manuteneri. Quare cum regula ex ſua inſtitutione, & ex ſui natura ſit ita dulcis, & facilis, valde reprehendendi ſunt ſuperiores illi, qui ad quamcumq; rem apponunt pœnam peccati, & implent ſunt præcepta cenſuris, excommunicationibus. & mille maledictionibus, cum regula eis facile remedium, vt illis ſubditi pareant, præbuerit, nempè pœnitentias ipſas pro qualitate, & grauitate criminum taxandas.

Ad primum pro parte affirmatiua, quod eſt tertium argumentum Thom. 2. 2. q. 104. art. 5. Reſpondet idem Thom. quod religioſi obedientiam profitentur quantum ad regularem conuerſationem, ſecundum quam ſuis Prælatis ſubduntur, & ideo quantum ad illa ſolum obedire tenentur, quæ poſſunt ad regularem conuerſationem pertinere. Sed
B quia argumentum quærebat, cur non teneatur religioſus in omnibus obedire, ſicut in omnibus tenetur eſſe caſtus, & pauper. Ideo Ioſeph Angleſ. 2. ſent. diſt. 44 q. 2. diffic. 5. dubio primo. huius diuerſitatis rationem aſſignat. Quia obligari paupertati ſimpliciter eſt poſſibile alicui, atq; etiam non difficile, ſimiliter & caſtitati. ſed in omnibus obtemperare, & obedire non ſolum non eſt facile, verum etiam aliquando eſt impoſſibile, quare oportuit, vt fines promiſſioni obedientiæ conſtituantur, qui non ſimiliter promiſſioni paupertatis, vel caſtitatis ponuntur.

Ad confirmationem deſſumptam ex locis regulæ, & priuilegiorum. Reſpondetur, quod habent intelligi de his quæ ſunt iuxta regulam, vel infra, & præter eam, reducibilia tamen ad regularem diſciplinam, ad modum quo diximus ſecundo, & tertio dicto. Vel etiam ſi ſunt ſupra regulam ſecundum quid tantum. vel ſint de neceſſarijs pro obſeruantia regulæ, vel ſubditorum reformatione, vt diximus in primo dicto. quia talia
C poſſunt præcipi, & ſi ſunt de re graui poſſunt præcipi ſub peccato mortali, & ſub pœna excommunicationis, & nil plus prætendunt omnia ſupradicta loca regulæ, & priuilegiorum.

Ad authoritates Bernard. Reſpondetur. Quod loquitur de obedientia perfecta; at difficultas, & quæſtio intelligitur mota de obedientia ſufficienti, & neceſſaria.

ANNOTATIO SECVNDA.

Qvamuis ſatis ſit obedire prædicto modo. Deberent tamen ſubditi omnes ad obedientiæ perfectionem anhelare. & in omnibus in quibus non agnoſcitur peccatum ſuis Prælatis obedire, iuxta illud Beatiſſimæ Mariæ Matris Dei. Ioan. 10. Quodcumq; dixerit vobis, facite; non debet perfectus obediens rem vllam magnam, vel paruam, di-
D gnam vel vilem eximere ab obedientia ſed ſatagat ſuam voluntatem circa omnia indiſerenter in manibus Prælati committere. Neq; perfectus obediens dicere debet, quod bene faceret quodcumq; Chriſtus ei præciperet, ſed non omne quod illi præcipiunt homines Prælati, & præſertim Prælati indiſcreti, atq; etiam quandoq; peruerſi; Quia ſuperiores ſtant in perſona Chriſti, vt dicitur. Luc. 10. qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Quem locum etiam tenent (licet indigne) ſuperiores mali. nam ad Rom. 13. Apoſtolus dicit. non enim eſt poteſtas niſi à Deo. Ideo. 1. Petr. 2. dicitur. Obedite Præpoſitis veſtris, non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis. Et non eſt obediendum ad horam. vel per aliquod tempus tantum, ſed ſemper, ad mortem vſq;. Philip. 2. Chriſtus factus eſt obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis. & Bernard. ſuper Matt. 19. commendans obedientiæ virtutem dicit. Vnde & vitæ quoq; ipſe ſal-

uator prætulit hanc virtutem, eligens magis animam ponere, quam obedientiam non implere. Sed quid ſequetur ex tali obedientia? Vtiq; quod ibi de Chriſto dicitur. Propter A
quod, & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genuflectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Nam Bernard. ibidem. dicit. Poſtremo, & ipſum nomen Ieſu, quod eſt ſuper omne nomen, & in quo flectitur omne genu, Apoſtolo teſte, obedientiæ remuneratio eſt. & infra. Hæc ſunt verba quæ contemptum mundi in vniuerſo mundo, & voluntariam perſuaſere hominibus paupertatem. Hæc ſunt quæ Monachis clauſtra replent, deſerta Anachoretis. Hæc inquam ſunt verba quæ, Ægyptum ſpoliant, & optima quæq; eius vaſa diripiunt. Hic ſermo viuus, & efficax, conuertens animas fœlici æmulatione ſanctitatis, & veritatis promiſſione fideli. ſic perfectus obediens exaltabitur ad cœlum vſq; poſt mortem, ſed & in vita omnia ſeruient ei, Angeli, Homines, Animalia, Inſenſibilia, & Demones ipſi obedient ei; vt in ſacra Scriptura ſine numero teſtantur exempla, & in vitis Patrum, ac aliorum B
Sanctorum, ad quæ, & ad lectionem librorum ſpiritualium qui de obedientia ſedulo pertractant breuitatis cauſa lectorem hortor, atq; remitto; & ad eorum præſertim authorum lectionem, qui de mortificatione agunt. Omneſq; mortificationi ſuæ voluntatis, iudicij proprij, & intellectus, ſenſuumq; internorum, & exteriorum diligenter incumbant; quia cum hic ſpecialius de obedientia agatur, videtur etiam locus ad ſui ipſius abnegationem perſuadendam, atq; vt diuinum quoddam totis viribus inquirendam, atq; aſſequendam magis opportunus.

CAPVT VIGESIMVM.

Quid in vagos, et errantes obſeruandum. C

ABſurdum, imò vero impium eſt immittere falcem in alienam ſegetem: Proinde ne quis Vicariorum prouincialium ab alienis prouincijs venientes Fratres, niſi afferant Prouincialium ſuorum literas dimiſſorias, admittat, omnino prohibemus.
2 Itidem Cœnobiorum Miniſtris aliorum Cœnobiorum D
Fratres prouincialis Vicarij iniuſſu in ſuam familiam aſciſcere licere nolumus. 3 Nec quiſquam cœnobita extra tempus Capituli dimoueatur, niſi ægritudinis, ſcandali, & alicuius cœnobij reformationis, aut alterius cauſæ per Generalem Viſitatorem iuſtè, ac legitimè, cum conſilio iudicandæ ratio habeatur. 4 Errantes, & vagi carceraria pœna caſtigentur.

5 Verum

A 5 Verum ſi quis legitima cauſa impulſus Generalem Viſitatorem adire voluerit, libere dimittatur; ipſiq; & alijs tranſmiſſis dimiſſoriæ literæ dentur: dentur & breuiaria pro canonicis horis in itinere dicendis.

Collatio prima, ex num. 1. & 2.

IVriſdictionem alterius nemo debet ſibi vſurpare, nec ſubditum alterius ſuperioris ipſo inſcio debet quiſquam ſub ſua poteſtate adſcribere. c. peregrina; & quattuor cap. ſequentibus. 3. q. 6. c. nullus primas. 9. q. 3. c. ſi. 9. q. 3. c. qui reſiſtit. 11. q. 3. c. Eccleſias ſingulos. 13. q. 1. c. Frater. 16. q. 1.

B

Collatio ſecunda, ex num. 3.

IVre communi antiquo non poterat regularis cogi tranſire de vno Monaſterio in aliud, etiam eiuſdem ordinis, arg. multorum, quæ adducuntur. in c. Eccleſias ſingulos. 13. q. 1. Iure tamen particulari regulæ, & ſtatutorum à Papa confirmatorum poſſunt regularis cogi adire alia Monaſteria. Quare iuxta priuilegia Eug. IV. Iniunctum nobis &c. & Nic. V. Apoſtolicæ Sedis, &c. & aliorum potuerunt noſtrates facere decretum expreſſum obligans ſubditos ad obediendum ſuperioribus circa locorum tranſmiſſionem; & expreſsè conceditur noſtro Generali facultas de loco ad locum Fratres transferendi per Clem. VII. Ad Vberes, &c. Verum eſt tamen quod ſtante iure communi Fratres non deberent remoueri ſine cauſa rationabili, vt exprimitur hoc capite. num. 3. Hoc animaduertit quoq; ſanctus Dominicus cap. 3. ſuæ Regulæ, dicens. Suum (ſcilicet Generalis) eſt etiam transferre Fratres de prouincia ad prouinciam pro vtilitate vel ordinis, vel Fratrum transferendorum, vel prouinciæ à qua, vel ad quam tranſlatio huiuſmodi fuerit facienda. Quem morem tenent omnes ferè religiones. Nau. Coment. 4. de regul. nu. 22.

C

Collatio tertia, ex num. 4.

VAgabundus reputatur qui à loco in quo aſſiduus habet eſſe aberrat. Gloſſa. verbo. Vagandi materia. ſuper caput vnicum. tit. de præbendis, & dignitatibus. Extra. At locus religioſi eſt propriũ Monaſteriũ, quare cũ ſine licentia ſuperioris clauſtra Conuentus abſq; rationabili cauſa exierit, errans, & vagus dicetur. ac propterea pœna carceraria punietur; Quod videtur conſonum. c. fin. extra. de reg. & tranſ. Vbi mandatur fugitiuos requiri, & ſi opus fuerit carceribus mancipari. Et vt cognoſcant omnes quantum Sacri Canones velint, vt religioſi intra ſua Monaſteria iugiter maneant, tranſcripſimus hic totum caput. Placuit communi. 16. q. 1. Placuit communi noſtro Concilio, vt nullus Monachorum pro lucro terreno de Monaſterio exire nefandiſſimo auſu præſumat, neq; pœnitentiam dare, neq; filium de Baptiſmo accipere, neq; baptizare, neq; infirmum viſitare, neq; mortuum ſepelire, neq; ad Eccleſiam ſecularem tranſire, neq; alijs qualibuſcumq; negotijs ſe implicare; ſit clauſtro ſuo contentus, quia ſicut piſcis ſine acqua caret vita, ita ſine Monaſterio Monach⁹. Sedeat itaq; ſolitarius, & taceat, quia mũdo mortuus eſt. Deo

D

autem viuit. Agnoſcat nomen ſuum, Monos enim grecè, latine eſt vnus; Achos grecè, latine triſtis ſonat. Inde dicitur Monachus, ideſt vnus triſtis, ſedeat ergo triſtis, & officio ſuo vacet. A

Collatio quarta, ex num. 5.

POſſe ſubditos Fratres iuſtis de cauſis ſuperiores maiores adire, etiam non obtenta licentia eſt de iure, maxime ob grauamen, interpoſita appellatione, vel non. ſecundum Bald. in cap. ad noſtram. & cap. parati, & cap. dilecti, 2. de appellat. cum ei adnot. præſertim per Dec. & talis acceſſus non contrariatur Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 4. de regul. ſecundum notata à Nau. Coment. 2. de regul. nu. 61. Ideo iuxta hoc decretum ſacris canonibus conforme debet libere dimitti, qui iuſta de cauſa impulſus generalem Viſitatorem adire voluerit, cum dimiſſorijs literis, atq; breuiario; aliter ſi grauamine grandi impulſus, & ei non dentur dimiſſoriæ literæ, & abſq; huiuſmodi literis ſuperiorem adeat, non contraueniret decretis, neq; puniendus eſſet tamquam vagabundus, & errans. B

ANNOTATIO PRIMA.

COnſideranda eſt differentia quæ inter Apoſtatas, & fugitiuos, & vagos, ſeu errantes reperitur; Nam apoſtata dicitur, & vere eſt ille, qui ſine ſui Prælati licentia à ſuo Monaſterio recedit cum animo amplius redeundi, ſed viuendi ſemper irreligioſe, clericaliter, aut ſeculariter, & ſic inobedienter, ſiue ſugiat cum habitu, ſiue ſine ipſo. Fugitiuus, vero, & vagus ille erit, qui licet à Monaſterio ſine ſui Prælati licentia diſcedat, intentionem tamen retinet ad ordinem redeundi, ſiue hoc fiat propter leuitatem, ſiue propter metum, quia peccatum aliquod commiſit. & eſt doctrina Caiet. 2. 2. q. 12. artic. 1. Hoc capite 20. regula noſtra præciſè loquitur de fugitiuis, & vagis, quos carceraria pœna mulctari demandat. Quia Apoſtatæ vltra prædictam pœnam, ſunt etiam excommunicati, atq; alijs pœnis ipſo iure ſunt ſuppoſiti. Videndi ſunt etiam Silueſt. verbo. Apoſtaſia; & fuga Monachorum. 1. & Nau. coment. 2. de regul. nu. 61. Vbi dat modum intelligendi Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 4. de regul. quatenus præcipit, vt nullus religioſus à ſuo Conuentu diſcedat, etiam cauſa adeundi ſuperiorem ſine ſui Prælati licentia in ſcriptis obtenta. C

Eſt etiam conſiderandum quod aliud eſt loqui de foro interiori, & in conſcientia, & aliud de foro exteriori, in quo Eccleſia de occultis non iudicat. Quia poteſt euenire quod diſcedens ſine licentia non ſit excommunicatus, nec peccet mortaliter in conſcientia, & tamen quod in foro exteriori habeatur pro excommunicato. Attamen quando in vtroq; foro conſtet de animo non retrocedendi ab ordine, & non interceſſerit occaſio ſcandali, eadem erit ratio in vno, atq; in alio foro. Cum his conferrantur ea quoq; quæ c. 11. de dimiſſione habitus annotauimus. D

ANNOTATIO SECVNDA.

REprimenda eſt quoq; Fratrum quorumdam inſtabilitas, qui quotidie ad ſingula capitula, & ad quaſlibet viſitationes volunt mutare Conuentus, & Prouincias, inquietantes ſe, & ſuperiores, etiam quandoq; non ſine maximo religionis diſpendio. Veluti infirmi febri ardenti febricitantes, qui hic atq; illuc per lectum aſſiduè ſe peruoluunt,

luunt, & tamen ſemper eadem febri, imo, & propter motum cum maiori calore laborant.
A *Intelligant tales, quid ſcribat Seneca in epiſt. dicens. Nec peregrinatione longa, nec locorum varietatibus triſtitiam mentis, grauitatemq; diſcuties; animum debes mutare, non cœlum; licet vaſtum traieceris mare, ſequuntur enim te quocumq; perueneris vitia. Quid miraris tibi peregrinationes non prodeſſe, cum te circumferas? premit te eadem cauſa, quæ expulit. Quid terrarum iuuare nouitas poteſt? quid cognitio Vrbium, aut locorum? In irritum cedit iſta iactantia. Onus enim deponendum eſt, non ante tibi vllus placebit locus. Vadis huc, & illuc, vt excutias inſidens pondus, quod ipſa iactatione incomodius fit; ſicut in naui onera immota minus vrgent, inæqualiter conuoluta citius eam partem, in quam incubuere demergunt. Motu ipſo tibi noces, ægrum enim concutis in vltimos expellaris terras licet. magis qui veneris, quam quò intereſt. bene viuere omni loco poſitum eſt. hæc ille. Sed eſt ſumendum quoq; remedium Ioan. Caſſ. dicentis. Tria ſunt, quæ vagam mentem ſtabilem faciunt, Vigiliæ, Meditatio, & Oratio. quarum*
B *aſſiduitas, & iugis intentio confert ad animæ ſtabilem firmitatem. Maximum inditium malæ mentis eſt fluctuatio. Cui incomodo regula volens occurrere, nu. 3. prohibuit Prouincialibus ne extra tempus Capituli quemquam extra caſus ægritudinis, ſcandali, aut alicuius Monaſterij reformationis dimouerent. Quòd ſi alia de cauſa facienda ſit mutatio Fratrum; ad Generalem ſpectat hoc magno cum conſilio iudicare.*

CAPVT VIGESIMVMPRIMVM.

Quid è cœnobijs exeuntibus agendum.

C PRæcepit Ieſus, vt diſcipuli, quos deſignarat, irent bini in omnem ciuitatem, & locum quò erat ipſe venturus; neq; id ſine diuina prouidentia. Nos igitur cupientes illius veſtigijs inſiſtere, decernimus, vt Fratres noſtri ordinis incedant bini per Vrbes præſertim, oppidaque, & pagos, vbi cœnobia habemus. 2 Neq; prius domo prodeant, quàm à cœnobiorum Miniſtris di-
D mittantur; à quibus euntes, & redeuntes benedictionem poſtulare tenentur.

Collatio ex toto capite:

COntenta in hoc capite 21. Clauſuram concernentia fuerunt in genere tacta à Leone X. in ſua Regula. Sed iure communi regularibus omnibus clauſura iubetur, c. neceſſaria, 12. q. 1. & c. placuit, & c. Monachi, 16. q. 1. quod adeo eſt verũ, vt nõ vertatur in dubium an clauſura cadat ſub præcepto regularibus, ſed ſolũ eſt quęſtio, an iure diuino, & naturali, an humano tantum regulares obligentur ad clauſurã

ſeruandam. Quæ licet ſit de iure humano ſolum, tamen antiquitus ſumpſit exordium, nempè à Monachis, qui fuerunt ante inſtitutionem quatuor principalium A religionum. Quæ clauſura fuit poſtea roborata à Conc. Niceno de qua Eug. in dicto c. placuit. & à Calcedonenſe, de qua Alex ſecundus. in c. iuxta. 16. q. 1. & à Terraconenſe, relato in dicto cap. Monachi. de qua Aug. in regula. cap. quod Dei timorem. de ſtat. Monach. cap. 8. & cap. 10. & ibi Hugo. Vbi inter alia cauetur, quod fratres non eant ſoli, ſed ad minus duo, vel tres, & de licentia ſuperioris, & propter neceſſitatem, ſcilicet, iuſta de cauſa arbitrio boni viri à ſuperiore iudicanda; nam cum exitus extra Monaſterij ſepta iure communi, & ex regula ſit vetitus, Superior Conuentus, qui facultatem habet diſpenſandi, nequit id facere niſi iuſta de cauſa, alioquin diſſipator, & non diſpenſator diceretur. & in decretis Generalibus. Clemens Octauus. Nullus omnino &c. numeris 18. 19. 20. & 21. ſequentia decernit. Vt omnis ſcandalorum, & vagationis occaſio tollatur, Conuentus clauſura perpetuè, ac diligenter ſeruetur, ac propterea à Superiore Ianitor conſtituatur, qui diligentia, B ac morum integritate maximè commendetur, is Ianuæ cuſtodiendæ ſemper aſſiſtat, eamq; nemini Fratrum aperiat, niſi ſocium, & exeundi licentiam obtinuerit. Nullus à Conuentu egredi audeat, niſi ex cauſa, & cum ſocio, licentiaq; ſingulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta à Superiore, qui non aliter eam concedat, niſi cauſa probata, ſociumq; exituro adiungat, non petentis rogatu, ſed arbitrio ſuo, neq; eundem ſæpius. licentiæ verò generales exeundi, nulli omnino concedantur. Contrauenientes autem pœna graui, etiam carceris ad Superioris arbitrium plectantur, eandem etiam Ianitor ſubeat, ſi ſciens exeundi facultatem fecerit. Cum autem quis in Conuentum reuertitur, ſuperiorem iterum adibit, benedictionem recepturus, qui à ſocio itineris rationem, & quid rei actum ſit diligenter perquirat. De hac materia abunde ſatis agit. Nau. Coment. 4. de regul. nu. 29. vſq; ad num. 37. C Pro cuius rei complemento, & deſeruiet etiam pro annotatione (collationes enim cum annotationibus ſimul hoc capite propoſui) ponam decreta Conc. Aquiſgranenſis ſub Greg. IV. temporibus Ludouici Pij primi Imperat. & 1. cap. 117. habetur hoc decretum. Præpoſitorum officij eſt, vt ſubditorum mentes ſanctarum ſcripturarum lectionibus aſſidue muniat, ne lupus inuiſibilis aditum inueniat, quo ouile Domini ingredi, & aliquam ouium ſubripere valeat. Et quamquam ab his hoc inſtantiſſime ſpiritualiter fieri oporteat, neceſſe eſt tamen, vt clauſtra, quo clero ſibi commiſſo canonice viuendum eſt, firmis vndiq; circundent munitionibus, vt nulli omnino intrandi, aut exeundi, niſi per portam pateat aditus, ſint etiam interius dormitoria, refectoria, cellaria, & cætera habitationes vſibus Fratrum in vna ſocietate viuentium neceſſaria. Qui vero hæc, quæ præmiſſa ſunt, iuxta quod poſſibilitas ſuppetit, agere renuerit, impar, minuſq; idoneus ad cætera eccleſiaſtica D officia peragenda habendus eſt. Et quamquam diuina vltione ſit dignus, ſynodali tamen eſt ſententia feriendus, & cap. 143. Eligatur neceſſe eſt à Prælato ex Congregatione ſibi commiſſa Frater probabilis vitæ, cuius officij ſit, portam canonicorum cum ſumma obedientia, & humilitate, competenti tempore claudere, ac reſerare, vt nulli per eam, niſi per licentiam aditus pateat intrandi, aut exeundi. Cui etiam obſeruandum eſt, ne quibus cordi eſt plus otijs vacare, quàm diuinis obſequijs incubare, foris euagandi locum præbeat, & eorum nugarum, quod nefas eſt, particeps fiat. Debet præterea aduenientes quoſq; cum charitate ſuſcipere, & priori aduentum eorum, cauſamq; nunciare. Expleto namq; veſpertino, & complectorio officio, obſeratiſq; portis, claues earum idem Portarius ei, qui vicem Prælati tenet,

ferat.

ferat,vt nulli horis incompetentibus,intrandi, aut exeundi maneat facultas. Quas
A etiam ab eodem in craſtinum tempore accipiat conſtituto. Si vero inobediens, aut
proteruus idem repertus fuerit portarius,ſicut de alijs Miniſtris negligentibus ſuperius dictum eſt iudicetur. & cap. 144. Oportet clauſtra canonicorum ita diligenter cuſtodiri, vt grex Dominicus fraterna concorditer fruatur pace. Et ſi quemlibet Prælatus,aut qui eius vicem fungitur, aut forte quilibet alius ſpiritualis frater, intra clauſtra quippiam inhoneſte agentem,aut extra in biuijs,aut in plateis, otio vaniſq; confabulationibus vacantem reperit, primo ſecreta admonitione eum corripiat, & poſt ſi neceſſe fuerit coram fratribus idem negligens acrius iudicetur, vt deinceps emendatus in melius proficiat. fœminis namq; non ſolum in manſionibus,& clauſtrum canonicorum prandendum,aut requieſcendum non eſt,quin potius nec in ea intrandi,excepto in Eccleſiam, vltra tribuenda facultas, quia valde hoc à ſanctis Patribus legitur inhibitum. Si quid vero charitatis officio illis attri-
B buendum eſt,extra clauſtra conſtituatur locus,in quo id accipiant. Qui vero ſecus quam præmiſſum eſt,agere tentauerit,ita ſeueriter à Prælatis, & à Magiſtris corrigatur, vt cæteris ne quid tale agere pertentent, exemplo correptionis ſibi inhibitæ terrorem incutiat. & cap. 145. Caueant ſummopere ne extra Clauſtra moras faciant, niſi vt ſibi à Priore conſtitutum fuerit, & opportunitas temporis dictauerit. Intra clauſtra poſiti non otio vacent,ſed aut diuinis officijs, aut proprijs vtilitatibus, aut certe magiſtrorum iuſſionibus pareant, ne otio torpentes audiant ab Apoſtolo. 2.Theſſ.3.qui non vult operari,nec manducet. Et ſciant omnes quod tanti ponderis eſt clauſura,quod dicat Nau.Coment.4.de regul.num.36. quod religio nequeat reformari,in qua prius non conſtituatur, & obſeruetur clauſura. De qua deuote tractat.Ant.Gueuara lib.cui titulus eſt.Oratorium religioſorum. c.22.& c.52.

C *CAPVT VIGESIMVMSECVNDVM.*

Non temere obeundum audienda Confeßionis munus.

NImirum vnicuiq; ſacerdoti in primis cauendum eſt, ne arduum confeſſionis audiendæ munus ſuſcipiat,niſi bonitate, doctrina,& prudentia,
D ſed ante omnia pietate adhoc ſit idoneus. Illi enim iure optimo dici poterit. Medice cura te ipſum; qui bonis moribus ornatus non ſit,atque etiam cecus, & impius appellabitur, qui neſciat peccata diſtinguere, & ſuam, maiorumq; authoritatem cognoſcere, neq; malis illacrimet, aut confitentibus compatiatur. 2 Quamobrem ne quiſpiam noſtratum hiſce virtutibus non inſignitus ad tam ſalubre mi-

niſte-

niſterium accedere audeat, à nullo religionis noſtræ Sacerdote, laicorum confeſſionem audiri volumus, & decernimus, priuſquam ſibi à Generali Miniſtro, aut ejus Commiſſarijs, vel Prouincialibus Vicarijs licentia, ſeu venia huiuſce muneris obeundi fuerit conceſſa. 3 Poſſint tamen Cœnobiorum Miniſtri ſacerdotes eligere, qui fratrum familiæ ſuę confitentium crimina audiant, ipſis auditis confeſſos habita aliorum decretorum ratione, abſoluant. 4 Nemo inſuper ipſis inconſultis verbum Dei publice prædicare audeat. B

Collatio prima, ex num. 1. & 2.

EVgenius IV. Iniunctum nobis &c. & Nic. V. Paſtoralis officij nobis, &c. & Apoſtolicæ Sedis &c. conceſſerunt facultatem ſuperioribus, & ſacerdotibus religionis audiendi confeſſiones fratrum, familiarium, & ſeruitorum eorum, & Sixtus IV. Sedes Apoſtolica &c. conceſſit facultatem ſacerdotibus ordinis audiendi confeſſiones quorumcumq; ſecularium ad eos accedentium. Et per communicationem priuilegiorum eadem facultas reperitur in noſtra religione, quæ & in cæteris Mendicantium religionibus quo ad confeſſarios inſtituendos, & quo ad poteſtatem illis per Sedem Apoſtolicam traditam, & conceſſam. Quare recurrant lectores ad Compend. priuileg. verbo. Abſolutio. Caſus reſeruati. Excommunicatio. Votum. & alibi cum inibi annotatis. & conſiderent etiam quæ habentur in Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 15. de reformat. & decreta Sacrę Congreg. Card. ſuper negotijs Epiſcoporum, & regularium ædita die 9. Ianuarij 1601. & die 26. Nouemb. 1602. C

Collatio ſecunda, ex num. 3.

EX ſupradictis bullis Eug. IV. & Nic. V. patet facultas Miniſtrorum pro eligendis confeſſoribus, qui Fratrum ſuorum confeſſiones audiant. Eſt tamen ſciendum, quod Miniſtri ipſi non poſſunt admittere ſacerdotem ad confeſſiones Fratrum ſuorum audiendas, qui non fuerit prius ad confeſſiones Fratrum admiſſus, & approbatus à Generali, vel à Prouinciali, prout pluries fuit decretum, & à Miniſtris Generalibus (ad quos ſpectat dubia regulæ, & ordinis declarare, interpretari, & decidere, vt ex Clem. VII. Ad Vberes) fuit declaratum. & præcipue poſt Conc. Trid. quæ diximus veritatem indubiam habent. nã ſeſſ. 23. c. 15. de reformat. decernitur. nullum ſacerdotem confeſſiones ſecularium audire poſſe, niſi ab Epiſcopo fuerit approbatus. Et ſic Parochus nequit non approbatum ab ordinario ſufficere ad ſuorum parochianorum confeſſiones audiendas. Sic nec Miniſtri cœnobiorum, authoritas quorum authoritati Parochorum ſimilis eſt, non poſſunt Sacerdotes ad ſuorum Fratrum confeſſiones audiendas deputare niſi ex approbatis à Miniſtro Generali, vel à Prouinciali, quorum authoritas ſimilatur authoritati Epiſcopali. D

Collatio

Collatio tertia, ex num.4.

A QVod nemo ſine licentia ſuperiorum audeat prædicare habetur, c.excommunicamus,§.quia vero,de Hæreticis.& fuit decretum in Conc.Later.ſub Innocentio III.& in Conc.Later.ſub Leone X.& nuper in Conc.Trid.ſeſſ.5.cap.2. De qua licentia prædicandi prius à Superioribus obtinenda intelligitur illud Pau. ad Rom.10.quomodo prædicabunt,niſi mittantur.& illud Hierem.23.& Ezech.13. Væ prophetantibus de corde ſuo,& dicentibus,hæc dicit Dominus, cum Dominus non miſerit eos. & fuſius hanc materiam pertractant. Compend. priuileg. verbo. Prædicatores verbi Dei.& Nau.cap.25.nu.141.

ANNOTATIO PRIMA.
Pro Confeſſoribus.

B *DIcit Deus Moyſi. Leuit.21.loquere ad Aaron homo de ſemino tuo, qui habuerit maculam non accedet ad miniſterium eius. Si cecus fuerit,ſi claudus,ſi vel paruo, vel grandi,vel torto naſo,ſi fracto pede,ſi mancus,ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginē habēs in occulo &c. Confeſſarius carere debet defectibus omnibus,quos Deus in Miniſtris ſuis prohibebat. Et ex præcipuis vnus eſt,vt cecus non ſit;ideſt ne ſit imperitus,neq; affectibus cecus. Puniuit Deus grauiter ſacerdotem Heli.1.Reg.4.de quo dicitur, quod oculi eius caligauerunt, & videre non poterat; & capite præcedenti minatus erat illi Deus hoc ſupplicio,& alijs maioribus,eo quod nouerat indigne agere filios ſuos, & non corripuerit eos,qui quidem figura fuit ſacerdotum Confeſſorum, qui ſunt imperiti, & negligentes. Confeſſorem tam blandum eſſe cum filijs ſpiritualibus, vt nec verbum quidem aſperum illis dicere audeat, ne ad ſua peccata redeat! magnum profecto malum.Sacerdos* C *ille Heli cum vocaret Deus Samuelem,& ſurgeret Samuel; dicebat nemo te vocat,vade, & dormi. dicere debuiſſet,proſterne te,& genua flecte, quia Deus te vocat,ſed ait vade,& dormi, rede ad peccatum. Venit peccator à Deo vocatus,Confeſſarius vero blanditijs audaciorem facit,vt redeat ad peccatum, ad vitam profanam, & voluptuoſam. Venit Anna vxor Elcanæ.1.Reg.1.ad templum Domini,& orauit plorans,& ſuſpirans, (vt ſolent ij,qui contritum habent cor, & deuotum) & ita auxilium à Deo petebat. Veniens autem Sacerdos Heli exiſtimauit eam temulentam,dixitq; ei, quouſq; ebria eris? Cum enim eſſet ſacerdos indeuotus, necdum ſuſpirare ſciebat. O ſummam omnium miſeriam;vt vir deuotus loquatur cum Confeſſario de rebus ſpiritualibus, & ille tot Theologiæ, & iuris Canonici verſibus imbutus non intelligat, & ebrietatem appellet; numquam ne vnam horam quidem orare ſciuit, & poteſt docere peccatores, quomodo ſe Deo* D *dare debent,& eum amare? caueant ſibi tales confeſſores,ne ſuper illos,ſicut ſuper Heli quem imitantur cadat ira Dei. Alterum quo carere debet Confeſſarius eſt,ne ſit grandi vel paruo naſo. Naſus quo odores diſtinguimus diſcretionem ſignificat.ita Gregor.in paſt.1.parte.cap.11.& habetur in cap.hinc etenim. diſtin.49. Quæ diſcretio in Confeſſore parua eſſe non debet, ita vt audiens peccatorem, ſtatim verborum aſperitate deterreat, & eum mutum reddat, quamuis peccata, quæ ſupererant, taceat; præſertim ſi maiora, & grauiora adhuc dicenda ſuperſint. Iubebat Deus Exod.21.ſi quis mulierem prægnantem ita percuteret, vt abbortiuum faceret, ſubiaceret damno, quantum maritus mulieris vellet,& arbitri iudicarent. Ita etiam anima,quæ tamquam prægnans ante pedes Confeſſoris tacet,ſua peccata in ſecreti Confeſſoris gremio paritura, ſi ob eius duras,& aſperas reprehēſiones abbortiuū fecerit,male ſe cōfitendo,& plurima propter*

metum

mutum retinendo in iudicio Confeſſarius ſubiacebit damno, quod ſibi mandauerit animarum ſponſus, qui eſt Ieſus Chriſtus Dei filius. Attendite Confeſſorem ſimilem debere eſſe illi, qui tendit retia ad capiendas aues, qui quidem ſi prudens eſt, cum auis incidit in retia non accurrit ſtatim, vt capiat, quia cæteras deterreret, ſed expectat donec omnes inciderint, & ſe retibus implicauerint, & tunc feſtinans omnes ſimul capit, ita etiam prudens Confeſſor expectare debet, donec omnia peccata in retia, quæ ſunt aures incidant, & tacens non reprehendat, ſed hortetur, & animet pœnitentem, vt maiori animo omnia peccata ſua confiteatur; poſtea vero verbis grauibus, & prudentibus, eorum grauitatem illi oſtendat, & qua pœna digna ſunt, docens quo nam modo veram habere poſſit contritionem, & firmum propoſitum numquam ad ea redeundi, quod, vt fiat omnia remedia ei dare debet, vt perſeueret, & intelligat Confeſſorem non tantum eſſe Iudicem, vt cognoſcat cauſas, & ſententiam ferat, ſed etiam medicum eſſe, vt medeatur, & hoc eſt non eſſe naſo paruo; ideſt imprudentem, & indiſcretum. Nec etiam debet eſſe Naſo grandi, vel torto, quod prudentiam, & diſcretionem ſignificat nimis ſubtilem, & acutam. ita Greg. vbi ſupra. Ideſt ne ſit tam acutus, vt cum nouum hominem efficere debeat, nouum peccatorem efficiat, docens ea, quæ pœnitens fortaſſe ignorabat. Præterea nec debet eſſe Gibbus, ideſt res mundanas appetere non debet, quarum deſiderio dimittere eum, & incuruare faciat lucri cauſa. Vel etiam Gibbus non eſſe debet, ideſt ne ſit ita male inclinatus, & infirmus, vt delens aliorum maculas ipſe maculetur. quemadmodum ſanguiſugæ, quæ venenum ex aliorum corpore exugunt, & ſibi hauriunt, Annanias act. 9. introiuit in domum, & cum impoſuiſſet Sauli manus, confeſtim ceciderunt ab oculis eius tamquam ſquamæ. Vbi notandum eſt eas ſquamas non cecidiſſe in manus Ananiæ, ſed ſub manibus, ita etiam peccata cadere debent ſub manibus Confeſſoris, ad pedes, vt conculcentur, non in manibus, vt expiat & ſe ijs contaminet. Et ſi ſe nouerit imbecillem, & infirmum, ita vt reſiſtendi animum non habeat, deponat munus, cui non eſt idoneus. Poterunt cæteræ qualitates boni confeſſarij elici ex ſupradicta authoritate; quæ etiam expenditur diſt. 49. c. hinc etenim. & hæc breuitatis gratia ſufficiant.

A B C

ANNOTATIO SECVNDA.
Pro Prædicatoribus.

Dicitur Gen. 1. Quod Deus creauit lucem, & vidit Deus lucem, quod eſſet bona, quaſi examinaret Deus an ſua lux, quam fecerat, eſſet bona. Indigent ne opera Domini examinatione? poſſunt ne habere aliquam imperfectionem? & vt cætera omnia hoc indigerent, cur examinare lucem, qua quidquid eſt in hac vniuerſitate examinatur? Imo ob ipſam hanc cauſam lux erat examinanda, an eſſet bona, quia id quo cætera debent examinari, diligenter prius eſt examinandum. Apoſtolis, qui erant prædicaturi, & diſſeminaturi Dei verbum in omnem terram, dicit Chriſtus Matt. 5. Vos eſtis lux mundi. Quare cum Prædicatores ſint lux aliorum, ideo prius ipſi ſunt examinandi, an vita, & moribus ſint tales, quales alios efficere conantur. Greg. Nazianz. in Apol. dicit. Mundari prius oportet, & ſic alios mundare, ſapientes prius fieri, & ſic alios facere ſapientes, lumen fieri, & ſic alios illuminare, ad Deum accedere, & alios ad Deum adducere, ſanctificari, & ita ſanctificare, manus habere rectas, & ſic indigentibus porrigere manum. & Hieron. in epiſt. ad Nepotia. non confundant opera ſermonem tuum, ne cum in Eccleſia loqueris, tacitus, quiſlibet reſpondeat. cur ergo quæ dicit, ipſe non facit? Delicatus Magiſter eſt, qui pleno ventre de ieiunijs diſputat; accuſare auaritiam, & latronem eſſe? Sacerdotis Chriſti, os, mens, manuſq; concordent; alioquin ſequitur, quod

D

Greg.

Greg. in Paſt. dicit. Si negligis implere quod doces, alijs Meſſem ſeminas, & ipſe à
A frumenti participatione ieiunas. Quos Prædicatores libenter prædicantes, & negli-
genter operantes reprehendebat Beatus Egidius ſancti Franciſci ſocius, vt refert Ant.
1. parte hiſt. tit. 24. cap. 7. dicens. Si operaris bonum, quod intelligis, venies in bonum
quod non intelligis; magis diſtant à verbis opera, quàm cœlum à terra; melius eſt homi-
ni, quod ſe ipſum doceat, quam totum mundum doceat. Si vis multum ſcire, multum
operare. & inclina caput tuum, nobilis enim prædicator eſt humilitas. & ſuſpirans dice-
bat. Multum diſtat ouis balans à paſcente, ideſt prædicans ab operante. Et reuera quid
proderit Prædicatori ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum
patiatur? Debent eſſe ætate maturi, vt docet Greg. Hom. 2. ſuper Ezech. Nequaquam
(dicit) debent homines in ætate infirma prædicare, quia ſermo doctrinæ non ſuppetit
niſi in perfecta ætate. Redemptor noſter, cum cæli ſit conditor, & Angelorum Doctor,
ante tricennale tempus in terra Magiſter noluit fieri hominum, vt videlicet præcipi-
B tatis vim ſaluberimi timoris infunderet; cum ipſe etiam, qui labi non poſſet perfectæ
vitæ gratiam non niſi perfecta ætate prædicaret. Ex cuius ſententia colligitur, quod
Prædicatores ſint etiam docti, & eruditi, ſed clarius ex his quæ habet in paſt dicit
enim. Videant quod à prædicationis officio ætas, vel imperfectio prohibet, & tamen
præcipitatio mouet, & ne cum intempeſtiuè arripiant, quod non valent, perdant illud
quod tempeſtiuè aliquoties implere poſſent, nam & pulli auium ſi ante pennarum perfe-
ctionem volare appetant, vnde in alta ire cupiunt, inde in ima cadunt, & ſic conceptam
ſobolem, ſi priuſquam formetur, fœmina profert, non tam domum, quam tumulum replet.
Debent Concionatores prædicare doctrinam ſanam, catholicam, caſtam, ſacris literis
conſonam, iuxta declarationem, interpretationem, & explicationem Doctorum, quos
Eccleſia, vel diuturnus vſus approbauit: Quam Seraphicus ſanctus Franciſcus Præ-
dicatoribus in ſua regula cap. 9. paucis verbis præſcripſit, dicens. Quos moneo: & exhor-
C tor vt in prædicatione quam faciunt, ſint examinata, & caſta eorum eloquia, ad vtilita-
tem, & ædificationem populi, annuntiando eis vitia, & virtutes, pœnam, & gloriam,
cum breuitate ſermonis, quia verbum abbreuiatum fecit Dominus ſuper terram. Quibus
verbis ferè vtitur Conc. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. Ex quibus colligitur quoq;, quod non debent
eſſe multum prolixi in ſuis ſermonibus. nam vt dicit Aug. de doctrina chriſt frequenter
in longum protractus ſermo caret intelligentia & Origenes Hom. 6 in lib. Iudicum.
Breuitatem (dicit) authores diligunt, nam breuis, & prudens ſermo, & auditur liben-
tius, atq; attentius, & melius memoriæ commendatur. & è contrario, dicit Gregor Na-
zianz in orat. de ſancto Ianuario. Satietas inimica eſt auribus, quemadmodum, & ſu-
perfluus cibus corporibus. & vltimo ſupradicta decreta ſancti Franciſci, & Conc. Trid.
oſtendunt Concionatores debere eſſe prudentes, vt ingenio audientium ſe accommodent.
D Greg. Nazianz in Apol. perdificile negotium eſt (inquit) in multitudine permixta,
atq; diuerſa, vbi ætas, & inſtitutio varia eſt de talibus diſputantem, & velut multarum
chordarum quandam Cytharam ferientem inuenire, & proferre aptum ad omnes præ-
dicationis verbum, & ita velut plectrum ſingulis admouere, vt nuſquam ſolus offendat
auditum. Ad cuius propoſitum Greg. in paſt & in mor. citans eundem Nazianz di-
cit. Vt longe ante nos reuerendæ memoriæ Gregor. Nazianzenus edocuit, non vna, &
eadem exhortatio cunctis congruit, quia nec cunctos par morum qualitas aſtringit; ſæpe
namq; alijs officiunt, quæ alijs proſunt, quia plerumq; herbæ alia nutriunt, alia occidunt,
& leuis ſibilus equos mitigat, & catulos inſtigat, & medicamentum quod hunc verbum
mitigat, alteri vires iungit, & paſtus qui vitam fortium roborat, paruulorum necat, pro
qualitate igitur audientium, formari debet ſermo doctorum, vt ſua ſingulis congruat,

& tamen à communis ædificationis arte nuſquam recedit. A

Quæ omnes qualitates, & aliæ permultæ traduntur. c. oportet. 8. q. 1. & c. ſit rector. c. in mandatis. diſt. 43. & c hinc etenim. diſt. 49. & in clem c. religioſi. de priuil. §. quibus etiam. & Conc. Later. ſub Leone X. ſeſſ. 11. & Conc. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. & ſeſſ. 24. cap. 4 & alibi. ſed hæc inſinuaſſe ſufficiat.

CAPVT VIGESIMVMTERTIVM.

Fratrum ad ſacros ordines promotio.

QVia tu ſcientiam repuliſti, inquit Dominus per Oſeam prophetam, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Nos igitur Deo inſeruiẽtes, atq; etiam illius prçcepta obſeruaturi prohibemus, ne quiſpiam noſtratum, qui mediocri literatura, honeſtis moribus, atq; alijs, quæ leges continent, ornatus, aut præditus non ſit, ad ſacros ordines ꝓmoueatur. 2 Proinde caueant generalis Miniſter, illius Commiſſarij, & Vicarij prouinciales, quorũ munus, & res agitur, ne indignos ſacris initiari permittant. Si ſecus fecerint, ipſis harum rerum authoritas, ſiue facultas eripiatur. 3 Qui vero arrogantia, & faſtu illectus temere ab eiſdem non impetrata licentia promouebitur, mox non ſecus, atq; irregularis à ſuſcepto ordine ſuſpendatur. B C

Collatio prima, ex num. 1.

SVpponitur religionem noſtram ex ſua ipſius fundatione ſacerdotes habuiſſe, vel habere poſſe, cum pro omni ſtatu, & conditione perſonarum à Sancto Franciſco fuerit inſtituta. Et quando tranſijt in religionem approbatam multi ſacerdotes reperiebantur inter Fratres de Pœnitentia in communitate viuentes, vt apparet ex Bulla Eug. IV. Iniunctum nobis &c. Quapropter ibi Summus Pontif. ordinauit, vt Generalis eligatur, qui ſit ſacerdos; Cui, & alijs ſacerdotibus religionis confeſſiones audiendi facultas conceditur. Et in regula Leonis X. apparet in Ordine ſacerdotes reperiri. Nam capite de officijs mortuorum decernitur, vt ſacerdotes in morte cuiuſlibet tertiarij miſſam vnam, & in fine cuiuſlibet anni pro defunctis tres dicant. Quibus ſuppoſitis in præſentiarum agitur ſolum de requiſitis, vt recte promoueantur. D

Quorum primum aſſignatur, vt promouendi ad ordines mediocri literatura ſint imbuti.

A imbuti. Nam penitùs literarum ignari ſunt irregulares.cap. illiteratos. diſt. 36. & Conc. Trid. ſeſſ.23.cap.4.de reformat.videtur facere irregularem ad primam tonſuram eum, qui legere, & ſcribere neſcit. Et cap.11. ad quattuor minores eum, qui ſaltem latinam linguam non intelligit, ad maiores autem Ordines maior peritia requiritur. Nau.cap.27.nu.205. Tolet.lib.1.cap.64. Secundum requiſitum, vt honeſtis moribus ſint ornati.cap.quando Epiſcopus.diſt.24.& Conc.Trid.ſeſſ.23. cap.5. de reformat. Tertium ex lege, ad quam regula ſe remittit, erit verbi gratia, ætas legitima de qua Conc.Trid.vbi ſupra, & ſequentia, videlicet. Quartum vt ordinandi ſint confirmati.Con.Trid. ibi. Quintum, quod ſeruentur interſtitia. ibidem. Sextum, quod non ſint bigami.c.acutius.diſt.26. Septimo repelluntur ſolemniter pœnitentes.c.ex pœnitentibus.diſt.50. Octauo corpore vitiati.diſt.55.per multa capita. vt ſunt morbo caduco laborantes, membro corporis truncati, notabiliter debilitati. Monoculi. Energumeni; mente capti. Hermophroditi: & alij
B qui ex defectu corporis horrorem, vel ſcandalum generarent. Nono illegitimi. c.1.diſt.56.& c.1.& vlt.de fil.Presbit. Decimo infames.c.laici.diſt.33.& cap. infames.6.q.1. Vndecimo coniugati,c.fin. de temp. ordin. Duodecimo excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, & irregulares; Et ſi qui alij à ſacris Canonibus prohibeãtur.

Collatio ſecunda ex num. 2.

AD Generalem, eius Commiſſarios, & Vicarios prouinciales pertinet promouendos licentiare ad ordines, ac ijs, quibus Vicarij Prouinciales hanc prouinciam demandauerint, quamuis hic nõ exprimatur, quia cum ſint Superiores ordinarij ſuam authoritatem poſſunt alijs delegare quod ſi permittãt indignos ordinari, priuari debent facultate hac, licentias ad ordines concedendi. Quemadmodum, & Epiſcopus ſi indignum ordinauerit in ſacerdotem, à collatione ordinis eſt ſuſpen-
C ſus c.ſi quis: Epiſcopi.1.q.1. & ſicuti eligentes ad dignitates indignos, ſuſpenduntur.c.cum in cunctis.§.fin.de elect.& c.compromiſſarius.de elet.lib.6.

Collatio tertia, ex num.3.

PRæſumentes recipere ſacros ordines extra tempora, aut extra legitimam ætatem, aut ſine legitima licentia ſunt ipſo iure ſuſpenſi, & ſi celebrant fiunt irregulares. Extra cum ex ſacrorum. Pij 2. Silueſt.verbo irregularitas.§.12.Nau.cap. 27. num.155.Tolet.lib.1.c.48.& eſt ſciendum Bullam Sixti V. ſanctum, & ſalutare &c.contra male promotos reductam fuiſſe ad terminos iuris per Clem.8.Romanum Pontificem decet ea &c.

ANNOTATIO PRIMA.

MAgna eſt dignitas ſacerdotis, cuius miniſterio, & non alterius Chriſti corpus conſecratur, benedictio populis, & gratia diuina datur, atq; peccata delentur. de
D *qua Chriſoſt.lib.2.de dignit.ſacerd.dicit. Sacerdotis aſpice dignitatẽ, agitur in terra, ſed officium cæleſtibus negotijs continetur, Non enim homo, non Angelus, non Archangelus, non aliqua alia creatura nõ virtus, ſed ipſe Spiritus ſanctus hoc munus inſtituit. atq; adhuc manens in carne miſterio fungi præſtitit Angelorum. & infra. Per ipſos Chriſtũ induimus, per ipſos Dei filio coniungimur. per ipſos membra beati ipſius capitis efficimur; Quomodo ergo nobis iſti non ſolum reuerendi magis, quam Reges, aut Iudices, ſed etiam nobis magis erunt honorabiles, quam parentes? Qua de re canitur de ſancto Franciſco, quod Presbyteros monuit præ ceteris reuereri, & ita in ſuo teſtamento teſtatum reliquit. Idcirco deberent Sacerdotes omnibus virtutibus ornati eſſe. Aliqui enim dicunt ſacerdotes aſſimilari debere Melchiſedech, qui ex ſententia Apoſtoli. Hebr. 7. interpretatur Rex iuſtitiæ, deinde autem, & Rex Salem, quod eſt Rex pacis, ſine patre, ſine*

matre, ſine genealogia. Quibus verbis Apoſtolus nos docet, qualiter Sacerdotes ſe debent habere cum Deo, & cum proximo: nam erga proximum debent eſſe Principes iuſtitiæ, ideſt, omnis virtutis, & pacis. Erga Deum autem non debent amorem ſuum in creaturis, ſed in ipſo tantummodo collocare, ac ſi eſſent ſine patre, ſine matre, & ſine genealogia. Grandis dignitas ſacerdotum (dicit Hieron ſuper Ezech. lib. 2) ſed grandis ruina, ſi peccant. De quibus ſacerdotibus peruerſis ait Hug. de Clauſtro animæ lib. 2. de 12. abuſion. Acceſſit (inquit) ad Ieſum Petrus, acceſſit, & Iudas. accesserunt diſcipuli, accesserunt & milites crucifigentes, accedunt, & peruerſi Sacerdotes, qui ea quæ offeruntur in menſa Chriſti, offerunt in menſa Diaboli. Ipſa eſt alea ſabeti. In illa Deum inuocant, in iſta periurant, legem Dei, nec ſciunt, nec diſcunt, vacantes otio, comeſſationibus, & ebrietatibus ſtudent, terrenis inhiant, terrena ſapiunt, aſſidui in plateis, in Eccleſia rari, tardi ad inueſtigandum culpam peccatoris, parati ad quærendum veſtigia leporis, velociores ad congregandos canes, quam ad vocandum pauperes, libentius porrigunt panem cani, quam pauperi. plures ſeruiunt ei ad menſam, quam ad Miſſam, famulos, aut famulas ſecum habere volunt, ſed clericos habere non poſſunt, quia nolunt. Hi ſunt quorum Thalamus ornatior eſt Eccleſia ſua, menſa paratior altari, cyphus calice prætioſior; equus charior Miſſali, cappa pulchrior caſula, camiſia delicatior alba. Ecce quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum & Chriſoſt. Hom. 25. tractans illud Matt. 23 ſuper cathedram Moyſi &c. ſic inquit. Multi Sacerdotes, & pauci Sacerdotes; multi in nomine, & pauci in opere. Videte ergo quomodo ſedeatis ſuper cathedram, quia cathedra non facit ſacerdotem, ſed ſacerdos cathedram. non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum. qui bene ſederit ſuper cathedram honorem accipit ab illa, qui male ſederit, iniuriam facit cathedræ. In iudicio enim ſedes, ſi bene vixeris quidem, & bene docueris, omnium Iudex eris, ſi autem bene docueris, & male vixeris, tui ſolius; nam bene viuendo, & bene docendo populum inſtruis, quomodo debeat viuere, bene autem docendo, & male viuendo, inſtruis Deum, quomodo te debeat condemnare.

A

B

C

ANNOTATIO SECVNDA.

CVm Chriſoſt. lib. 2. de dignitate ſacerd. dicat. Sapientiſſimum eſſe oportere, & perſpicacem in omnibus ſacerdotem, & mille (vt dicitur) ex omni parte oculos habentem, quippe qui non ſolum ſibi, ſed etiam populo viuit. Quod etiam approbatur authoritate Hieron. ſuper Aggeum Proph. dicentis. Conſidera Sacerdotum officium eſſe de lege interrogatos reſpondere, ſi ſacerdos eſt ſciat legem Domini, ſi ignorat legem Domini, ipſe ſe arguit non eſſe ſacerdotem Domini, ſacerdotis enim eſt ſcire legem, & ad interrogationem reſpondere de lege, iuxta illud Malach. Proph. 2. labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent de ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Quare non modum regula noſtra in primis, ſed Conc. Trid. & omnes ſacri canones in ſacerdotibus requirunt litteraturam competentem, vt diſt. 36. 37. 38. & in clem. c. cũ ſit nimis, & alibi.

D

Et cum maior literarum cognitio adhuc requiratur in Confeſſarijs, de quibus capite antecedenti. Ita quod ſcientia ſit vna ex conditionibus neceſſarijs Confeſſario, qua non extante abſolutionis actus non teneat, & confeſſio facta confeſſori ignaro inualidetur, & ſit reiteranda. Et altiori doctrina adhuc conueniat Concionatores ornatos eſſe. in cuius ſignum Dominus Matt. 10. prius Apoſtolus docuit, deinde eos ad prædicandum miſit, & poſt Reſurrectionem Marc. 16. prius illis ſenſum aperuit, & ſcripturas explanauit, & poſtea dixit eis. Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ. de quibus pariter capite præterito. Hinc ſequitur omnino, & ſerio ineundam eſſe rationem, qualiter Prædicatores, Confeſſarij, & ſimplices ſacerdotes ſinguli reſpectiue

cuadant,

A *euadant, fiantq; ſufficienter in literis eruditi; ex quo tanta literarum imperitia, & ignauia non ſine maximo religionis noſtræ damno, atq; dedecore paſſim generaliter conſpiciatur. Perſuaſiones multæ, necnon per pulcra decreta ad noſtrum propoſitum facientia reperiuntur apud Diœceſanas ſynodos Treuiri, Coloniæ, & Maguntiæ de anno 1548. & 1549. celebratas. nec non penes alia Concilia, & ſacros canones.*

Nos autem proſpicere debemus non ſolum quomodo ſtudia Logicæ, Philoſophiæ, Theologiæ, Sacrorum Canonum, caſuum conſcientiæ, atq; ſacræ Scripturæ conſtituantur, iiſq; qualiter de Regentibus, Lectoribus, Baccalaureis, & ſtudentibus prouideatur, atq; quomodo eorum ſinguli honore, & exemptionibus ſuo gradui competentibus exornentur. Sed et multo diligẽter attendere debemus, vt nemo ad religionẽ pro clerico qui in literis, ſaltem humanioribus non ſit competenter inſtructus, & qui ſpem quaſi certam de ſe non præbeat in altioribus ſcientijs ſe profecturum, recipiatur, & admittatur. Atq; efficere, vt in tempore probationis, vna cum cæremonijs, & exercitijs ſpiritualibus ordi- B *nis, cuiq; Nouitio clerico neceſſaria literarum cognitio tradatur. prout ſtatutum eſt in regula cap. 7. Et quod maximi refert, expleto Nouitiatus anno deberent profeſſi collocari in Monaſterijs, in quibus ſecundum cuiuſq; capacitatem incæpta ſtudia proſequi poſſent, iuxta ordinatã in Regula cap. 1. Vnde neceſſe eſſet plura Monaſteria pro addiſcenda grammatica deputare, & quod Conuentus ipſi quorum nomine Nouitij ad Religionem introducti ſunt, illoſmet deinde profeſſos ibi, vel in alienis Monaſterijs, alere, nutrire, ac edocere teneantur. Ita quod clericorum officium nullum aliud ſit, quam choro inſeruire, & literis operam dare. Et reliqua vilia ſeruitia coquinæ, & quæſtuationis relinquere, ac ea expreſſe Conuerſis, ſeu laicis Fratribus commendare. Pariter expedit, vt in omnibus, & ſingulis Conuentibus deputentur Lectores qui teneantur legere quotidie aliquam lectionem de caſibus conſcientiæ cui omnes Fratres intereſſe debeant, & forſan melius eſſet, ſi pro ſimplicium inſtructione talis lectio ſermone vernaculo, ſeu* C *vulgari haberetur. Et quando omnes Fratres alicuius Conuentus eſſent idiotæ, tunc ſat erit, ſi eorum vnus pro lectione, (alijs audientibus) vnam paginam alicuius ſummiſtæ in linguam vulgarem traducti legat, atq; exponat.*

CAPVT VIGESIMVMQVARTVM.

De ſilentio.

CVltus iuſtitiæ ſilentium ait Eſaia propheta. Aduer- D ſantur enim contemplationi, orationi, & ſtudio nugæ, & inanis clamor. Idcirco noſtri ordinis Fratribus in templis præſertim diuinorum tempore ſilentium indicimus; indicimus & in Triclinio, vt quæ leguntur (a aſſiduè enim in menſa legi volumus) ab accumbentibus facilius percipiantur; necnon in dormitorio, & conclaui nocturno tempore, atq; etiam diurnis horis; quas ſtu-

dijs, quieti, orationiq; aptas eſſe nouerint. 3 At ſi quem eo A
tempore, & ſeria, & grauia agere oportuerit, non niſi breui; modeſtèq; ipſum loqui permittimus.

Collatio ex cap. 24.

DE ſilentio verba facit Nic. IV. in regula dicens. ſtudeat quilibet dum Miſſę celebratur officium, & prædicationis verbum proponitur, ſeruare ſilentium. Orationi, & officio ſit intentus, niſi cum communis vtilitas fraternitatis impediat. & in regula Leonis X. infraſcripta de ſilentio habentur. Fratres, & Sorores in Eccleſia ſeruent ſilentium, præſertim quando Miſſa celebratur, vel ſermo Dei proponitur. In alijs vero locis ſeruent, quod per ſuos Superiores circa ſilentium illis fuerit ordinatum. & diſtinctius. c. cum ad Monaſterium. de ſtat. Monach. his verbis. In oratorio vero refectorio, & dormitorio continuum ſemper ſilentium obſeruetur, in clauſtro quoque certis horis, & locis ſecundum antiquam conſuetudinem Monaſterij laudabiliter obſeruatam. Et de lectione in menſa habenda eſt Decretum diſt. 44. c. quando autem. ex Conc. Nannetenſi. his verbis. Et per vices cibum, & potũ benedicant, & aliquis de illorum Clericis aliquid de ſancta ſcriptura legat. Eadem diſt. cap. pro reuerentia. Ex Conc. Toletato. pro ſilentio, & lectione in menſa habendis, ſic decernitur. Pro reuerentia Dei, & Sacerdotum id vniuerſa ſancta conſtituit ſynodus, vt (quia ſolent verbo menſis otioſis fabulæ interponi) in omni ſacerdotali conuiuio lectio diuinarum ſcripturarum miſceatur; per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur. Et ibidem. c. conuiuia. ex Greg. lib. 2. Epiſt. 37. Conuiuia quæ ex intentione impendendæ charitatis fiunt, recte veſtra fraternitas in ſuis Epiſtolis laudat. Sed C
tamen ſciendum eſt, quod tunc ex charitate veraciter prodeunt, cum in eis nulla abſentium vita mordetur, nullus ex irriſione reprehenditur, nec in eis inanes ſecularium negotiorum fabulæ, ſed verba ſacræ lectionis audiuntur.

ANNOTATIO PRIMA.

SI quis autem (dicit Iacob. c. 1.) putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. Mala beſtia eſt lingua, nam vt idem. cap. 3. omnis natura beſtiarũ, & volucrum, & ſerpentium, & cæterorum domantur, & domita ſunt à natura humana, linguam autem nullus hominum domare poteſt, inquietũ malum, plena veneno mortifero. Illa homo impius blaſphemat, illa periurium committit, illa falſum teſtimonium dicit, illa detrahit, illa turpia profert, illa ſcurrilia, illa multa loquitur, illa deniq; otioſa innumera. Quæ mala linguæ eleganter de more pertractãs Hugo. lib. 2. de anima. dicit. lingua dicitur, quia lingit adulando, mordet detrahendo, D
attrahit mentiendo, ligat, & ligari non poteſt, labilis eſt, & teneri non poteſt, ſed labitur, & fallitur, labitur vt anguilla, penetrat vt ſagitta, tollit amicos, multiplicat inimicos, mouet rixas, ſeminat diſcordias, vno ictu multos percutit, & interficit, blanda eſt, & ſubdola, lata, & parata ad exhaurienda bona, & miſcenda mala. Qui cuſtodit linguam ſuam, cuſtodit animam, quoniam mors, & vita in poteſtate linguæ. Vnde Iacob. vbi ſupra. c. 3. inter alia quæ de lingua affirmat, vt vno verbo multa comprehendat, ait, Lingua noſtra ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis. Quo in loco Gloſſa inquit, Vniuerſitas iniquitatis lingua vocatur; quia per eam cuncta facinora, aut conantur, vt latrocinia, & ſtupra, aut patrantur, vt periuria, & falſa teſtimonia, aut defenduntur, vt cum quilibet ſcelus ſuum excuſat, quod commiſit. Igni etiam idem Apoſtolus linguam comparat, quia

ignis

A *ignis inter omnia elementa potentiſſimus eſt ad omnia deſtruendum. Comparantur etiã ab eodem homines linguam non cuſtodientes equis abſq; fræno, & Nauibus ſine gubernaculo. Vnde de loquacibus Ambroſ. lib. 1. de offic. dicit. Quam plures vidi loquendo peccatum incidiſſe, vix quemquam tacendo. Ideoq; tacere noſſe difficilius eſt, quam loqui, ſcio loqui pleroſq; cum tacere neſciant, rarum eſt tacere quemquam, cum ſibi loqui nihil proſit, ſapiens eſt ergo qui nouit tacere. & Greg. 7. mor. vſurpans illud Eccleſ. 3. tempus tacendi, & tempus loquendi, inquit. Diſcreta viciſſitudine penſanda ſunt tempora, ne aut cum reſtringi lingua debet, per verba ſe inutiliter ſoluat, aut cum loqui vtiliter poteſt, ſemetipſam pigre reſtringat.*

Quam virtutem ſilentij, & taciturnitatis à diuinis literis commendatam, nos ſupernus Magiſter Ieſus Chriſtus ſuo exemplo mirifice docuit. Nam quaſi triginta annos tam diligenter ſilentium cuſtodiuit, vt vſq; ad illud tempus in ſancto Euangelio non dicatur fuiſſe locutus, niſi cum ſacratiſſimæ genitrici ſuæ dixit. Luc. 2. Neſciebatis, quia
B *in his, quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe. Et quæ ibi in templo in medio doctorum locutus fuit, talia erant, vt omnes qui eum audiebant, obſtupeſcerent ſuper prudentia, & reſponſis eius. Eandem virtutem nos docuit eius ſanctiſſima Mater virgo Maria, quæ, vt legitur in Euangelio, ſepties ſolum, breuiter, & magna cum neceſſitate locuta eſt. Vnde non ſine cauſa Spiritus ſanctus in linguis apparuit potius, quam in manibus, aut in alijs corporis membris, vt inſinuaret, quam neceſſe erat, vt lingua igne cæleſti inflammaretur. Quam virtutem ſilentij ſemper de tempore in tempus omnes ſancti Dei magnifecerunt, in tantum vt reperti ſint, qui per triginta annos verbum non protulerint.*

Sed quanta diligentia, qualiq; circumſpectione hoc idem à religioſis ſeruatum ſit, tractat Ioannes Caſſ. de inſtit. lib. 2. Et primo de ſilentio in celebratione diuinorum officiorum ſeruato. c. 10. dicit. Cum ſolemnitates celebraturi conueniunt, tantum à cunctis ſilentium præbetur, vt cum in vnum tam numeroſa Fratrum multitudo conueniat, præter il-
C *lum, qui conſurgens Pſalmum decantat in medio, nullus hominum penitus adeſſe credatur, ac præcipuè cum conſumatur oratio, in qua non ſputum emittitur, non excreatio obſtrepit, non tuſſis interſonat, non oſcitatio ſomnolenta diſſutis malis, & hiantibus trahitur, nulli gemitus, nulla ſuſpiria etiam adſtantes impeditura promuntur, nulla vox abſq; Sacerdotis voce precem concludentis auditur, niſi forte hæc, quæ per exceſſum mentis clauſtra oris effugerit, quæq; inſenſibiliter cordi obrepſerit, immoderato atq; intolerabili ſpiritus feruore ſuccenſo dum ea, quæ ignita mens in ſemetipſa non præualet continere, per ineffabilem quemdam gemitum ex intimis pectoris ſui conclauibus euaporare conatur.*

Poſt hæc qualiter reliquo tempore ſilentium ſeruent, deſcribit cap. 15. dicens. Finitis itaq; Pſalmis, & quotidiana congregatione abſoluta, nullus eorum vel ad modicum ſub-
D *ſiſtere aut ſermocinari audet cum altero, ſed ne quidem per totum diei ſpatium, à cella ſua progredi aut deſerere opus, quod in ea ſolitus eſt exercere præſumit, niſi forte cum fuerint ad officium neceſſarij cuiuſq; operis euocati; quod ita explent foras egreſſi, vt nulla inter eos ſermocinatio penitus conferatur; ſed ſic vnuſquiſq; opus exequitur iniunctum, vt Pſalmum, vel ſcripturam quamlibet memoriter recenſendo non ſolum conſpirationi noxiæ, vel conſilijs prauis, ſed ne otioſis quidem colloquijs vllam copiam vel tempus impartiat, oris pariter, & cordis officio in meditatione ſpiritali iugiter occupato. ſumma namq; obſeruantia cuſtoditur, ne quiſquam cum alio, ac præcipue iuniores, vel ad punctum temporis pariter ſubſtitiſſe, aut vſpiam receſſiſſe, vel manus ſuas inuicem tenuiſſe deprehendantur. Hinc diſcant qui ſoli Deo placere ſtudent, vel tacere, vel ea tantum, quæ Dei ſunt loqui, vt cum Hieremia Propheta. 17. dicere poſſint, quod egreſ-*

ſum

ſum eſt de labijs meis rectum in conſpectu tuo fuit. A

Et Hieronymus in reg. Monach. eas, quæ in Monaſterio ſacris initiatæ ſunt inſtruēs, etiam ſilentij tempora obſeruare monet, dicens. Volo chariſſimæ, vt in Conuentu veſtro, ter, aut pluries in hebdomada, exceptis feſtiuitatibus loqui omnino, niſi vrgente cauſa perutili & neceſſaria nullatenus liceat, nec ſimul, nec cum alijs extra. Diebus vero omnibus quibus, & pro remedio, & pro ſalute loqui conceditur, non ſingulis horis vacandum eſt verbis, quæ vix proferri ſine peccato poſſunt, ſed hæc inuiolabilis obſeruatio vigeat, quod ſingulis noctibus poſt peractam horam Completorij, vſq; poſt Miſſam, & à tertijs vſq; ad Nonam ſacra obſeruentur ſilentia. Quatenus, & linguæ Deum laudandi concedatur opportunitas, & inutilia verba penitus abſcindantur. In choro vero Eccleſiæ ad diuinas laudes parato, Dormitorio, Cœnaculo, Clauſtro, ac Capitulo omni tempore loqui non deceat, niſi ea quæ ordinata ſunt in laudibus Dei; vt iam, & tempus, & locus religionis veſtræ prædicent ſanctitatem, & loquacibus compunctionem ingerant, & intrandi ad ſocietatem veſtrā ſancta deſideria incitent, & affectus ad cæleſtia moueantur. B

Sed qui virtutem hanc bene tacendi, & bene loquendi ſuis temporibus aſſequi cupit, ſtudeat prius interiores animi affectus, & paſſiones bene moderare, ordinare, atq; componere, nam vt dicit Hugo lib. 2. de anima. Vanus ſermo vanæ conſcientiæ eſt Iudex, mores hominis lingua pandit qualis ſermo oſtenditur, talis animus approbatur, quoniam ex abundantia cordis os loquitur. Non aliter ac ſicut ex interiori horologij ordine, aut perturbatione, ipſius exterior moderatio, aut inordinatio prouenit, ſic ex interiori cordis compoſitione, exterior verborum, atq; operum etiam moderatio proficiſcitur. Malum ſignum, quando vini dolium ſonat, aut plauſtri rota perſtrepit, ſignum eſt enim illud vacuum, & illam ruptam ſeu vitiatam eſſe.

CAPVT VIGESIMVMQVINTVM. C

Arcana ordinis occultanda.

ET, quoniam melius eſt (vt in prouerbijs legimus) nomen bonum, quàm diuitiæ multæ; inhibemus, nequis ex noſtri ordinis Fratribus (licet grauis, clarus, & venerabilis) familiæ noſtræ ſecreta reuelet, & palam faciat; neq; etiam in Generalibus, ac D Prouincialibus Capitulis decreta, ſiue alia, quæ religioni noſtræ ignominiam, ac detrimentum, ſi diuulgentur ſint allatura. Qui autem aliter ſeſe gerens decreta noſtra neglexerit, ieiunet triduo, neq; alios cibos, potuſuè habeat, quàm panem, & elementalem acquam coram accumbentibus Fratribus humi ſedens veſci cogatur, atq; etiam quotidie in ipſo triduo

ante

A ante prandium, quanto tẽporis ſpatio pſalmus, cuius initium Miſerere ſemel dici queat, religioſorum more verberetur. Quod ſi grauius extiterit delictum, grauius ſupplicium luat. ſcriptum eſt enim pro menſura peccati, erit & plagarum modus.

Collatio ex capite 25.

QVæ hoc capite decernuntur de non reuelandis ſecretis religionis noſtræ, ſunt de lege naturæ diuina, & humana. Nau. tom. 2. in c. inter verba. concluſ. 6. perfecta. nu. 403. Et quando talis reuelatio eſſet in detrimentum notabile religionis eſſet peccatum mortale. Sot. lib. 5. q. 10. art. 2. Tolet. lib. 5. c. 66. nu. 3. Simile decretum B habetur in declaratione regulæ ſancti Benedicti cap. 3. his verbis. Prohibemus autem ne quis Frater audeat reuelare ea, quæ in particularibus capitulis Monaſteriorum tractata fuerint, quæ ſint prohibita patribus reuelari, vel ea de quibus ſcandalum oriri poſſet, quod ſi quis tranſgreſſus fuerit, iniungatur ei pro hac graui inobedientia, vt dicat ſuam culpam in Capitulo coram Prælato, & fratribus Monaſterij, ieiunetq; ſemel in pane, & aqua in terra in refectorio, & priuetur per ſex menſes voce actiua, & paſſiua Capituli. & cap. de forma fidelitatis. 22. q. 5. habetur ex literis Filiberti Epiſcopi. quod fidelis domino ſuo; & conſequenter Reipublicæ, & Religioni, ſex ſemper in memoria debet habere, videlicet. incolume, tutum, honeſtum, vtile, facile, & poſſibile; Quas conditiones ſecreti, & fidelis ſubditi cum ſuis explicationibus ibidem videri poſſunt: Et interim recordentur Fratres omnes maledi-C ctionis illius datæ Chanaan filio Cham à Noe. Gen. 9. eo quod Cham oſtendiſſet verenda patris ſui nudata; quam non effugient pudenda matris ſuæ religionis manifeſtantes Fratres, quamuis alia de cauſa graues, clari, & venerabiles exiſtant.

CAPVT VIGESIMVMSEXTVM.

Periculoſa, et ſuſpecta familiaritas tollenda.

PRopter ſpeciem mulieris (vt late patet in ſacris literis) multi perierunt, & colloquium illius quaſi D ignis exardeſcit. Proinde decernimus, & inhibemns, ne noſtri Ordinis Cœnobitę mulierem aliquam noſtra loca, ſiue domos, & cubicula præſertim ingredi permittant. 2. Neque etiam pueros in dormitoria venire patiantur. 3. Volumus præterea nullos ex vniuerſæ religionis noſtræ Fratribus fore, aut eſſe debere ſuſceptores infantiũ, ſeu baptiſmi, ſeu confirmationis Sacramentum peragatur; id

enim ius canonicum fieri vetat.c.peruenit.18.q.2.c.placuit. A
16.q.1.c.Non licet Abbati de conſecrat. Beatus Gregorius. diſt.4.Eugenius Papa ex Conſilio Antilodorcenſi.

Collatio ex cap. 26.

SEraphicus Pater ſanctus Franciſcus in Regula Minorum cap. 11. firmiter præcipit Fratribus vniuerſis, ne habeant ſuſpecta conſortia, vel conſilia mulierum, Nec fiant compatres virorum, vel mulierum, ne hac occaſione inter Fratres, vel de fratribus ſcandalum oriatur. & ex ſacris Canonibus in calce huius capitis citatis, placuit inſerere primum ſcilicet.c.peruenit ad nos.18.q.2.cum deſeruiat, ne mulieres in Monaſteria introducantur, & ne Fratres faciant ſibi commatres. Dicit igitur ibi Gregorius ad Valentinum Abbatem. Peruenit ad nos, quod in Monaſterio tuo B paſſim mulieres aſcendant, & (quod adhuc eſt grauius) Monachos tuos ſibi commatres facere, & ex hoc incautam cum eis communionem habere. Ne ergo hac occaſione humani generis inimicus ſua eos (quod abſit) calliditate decipiat. Ideo huius te præcepti ſerie commonemus, vt neq; mulieres in Monaſterio tuo deinceps qualibet occaſione permittas aſcendere, neq; Monachos tuos commatres ſibi facere. Nam ſi hoc denuo ad aures noſtras quocumq; modo peruenerit, ſic te ſeueriſſime noueris vltioni ſubdendum, vt emendationis tuæ qualitate cęteri ſine dubio corrigantur. & vltra citatos canones, ne commatres ſibi faciant Fratres, facit etiam. c. Monachi.diſt.4.de conſecrat.

Sed his temporibus extant conſtitutiones Pij V. Regularium perſonarum &c. & Greg.XIII. Vbi gratiæ & indulta &c. Quibus excommunicantur ipſo facto mulieres dictarum conſtitutionum notitiam habentes, quæ Monaſteria tam virorum, C quam mulierum ingredi audeant, & ſuperiores Conuentuum, & Fratres qui eas introducere, admittereue præſumpſerint, excommunicantur, & ſuſpenduntur à diuinis, & priuantur ab officijs, quæ in præſentia obtineant, & inhabilitantur in poſterum ad illa, & ad alia omnia ipſo facto ſine alia declaratione. Super quas conſtitutiones optime ſcripſerunt Nau.cap.27.nu.150.& Coment.4.de regul.nu.62. & Capuccinus in Compend.priuil.verbo.Ingredi Monaſteria. Apud quem etiam videre licet, quomodo Fratres ſine licentia Sacræ Congreg. Card. ad Monaſteria Monialium accedentes priuentur ipſo facto ſuis officijs, & voce actiua, & paſſiua. Quo vero ad Monaſteria Mulierum habetur decretum Bonif. VIII. cap. periculoſo de ſtat. regul.in 6. citatum à Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. de regul. vltra prædictas conſtitutiones Pij V. & Gregorij Decimitertij.

ANNOTATIO PRIMA. D

DE periculoſa, & ſuſpecta familiaritate tollenda acturus non aliundè ſummam exordium quàm à verbis Valerij Maximi lib.9. dicentis. Blandum malum luxuria, quod accuſare aliquando facilius eſt, quam vitare; Quæ inuictum Annibalem armis illecebris ſuis complexa vincendum Romano militi tradidit, illa Ducem vigilantiſſimum, illa exercitum acerrimum dapibus largis & abundanti vino, vnguentorum fragrantia, Veneris vſu laſciuiore ad ſomnum, & delitias euocauit. Quod his ergo vitijs fœdius? quid etiam damnoſius? quibus virtus atteritur, victoriæ langueſcunt, ſopita gloria in infamiam conuertitur, animi, & corporis vires expugnantur, adeo vt neſcias an ab hoſtibus, an ab illis capi perniciosius habendum ſit. Cui ſententiæ non diſſimilis eſt illa Aug. de ſingularitate Cler. dicentis. Quanti, & quales Epiſcopi, & Clerici poſt confeſ-

confeſſionum, & victoriarum calcata certamina, poſt magnalia, & ſigna mirabilia vſ-
A *quequaq; monſtrata, noſcuntur cum his omnibus nauifragaſſe, cum volunt in naui fragi-*
li nauigare. Quantos Leones domuit vna infirmitas delicata, ideſt luxuria; quæ cum
ſit vilis, & miſera de magnis effecit prædam? Ideo bene in Collationibus Patrum, dici-
tur, quod maius miraculũ eſt de carne propria fomitem eradicare luxuriæ, quàm expelle-
re immundos ſpiritus de corporibus alienis. Et quod maior eſt virtus, ac ſublimior gra-
tia internam libidinem carnis extinguere, quam nequitias Dæmonum extrinſecus ir-
ruentes ſigno Domini, ac virtutis altiſſimæ potentia ſubiugare. Vnde idem Aug. in
ſerm. dicebat, quod inter omnia certamina Chriſtianorum, duriora ſunt prælia caſtita-
tis, nam ibi continua pugna, & rarior victoria, rara enim concordia formæ, atq; pudici-
tiæ, rara auis in terris, nigraq; ſimilima cigno. Et tamen virtus caſtitatis eſt ita neceſ-
ſaria, quod dicat Hieron. in epiſt. Quacumq; virtute polleas, quibuſcumq; operibus ni-
teas, ſi cingulo caſtitatis careas, omnia per terram trahes. Hæc enim, vt dicit Cypr. de
B *duodecim abuſionibus, eſt ornamentum nobilium, exaltatio humilium, nobilitas ignobi-*
lium, pulcritudo vilium, ſolamen mærentium, augmentum omnis pulcritudinis, decus
religionis, minoratio criminum, multiplicatio meritorum, Creatoris omnium Dei ami-
ca; Sicut è contrario vt dicit Aug. de doctrina Chriſt. Luxuria eſt inimica Deo, & ini-
mica virtutibus, perdit omnem ſubſtantiam, & ad præſentem voluptatem deliniens, fu-
turam non ſinit cogitare paupertatem. Vnde exclamans Hieron. in epiſt. inquit. O ignis
infernalis luxuria, cuius materia gula, cuius flamma ſuperbia, cuius ſcintillæ praua col-
loquia, cuius fumus infamia, cuius cinis immunditia, cuius finis gehenna. & Bernard.
ſuper Cant. Luxuriæ Currus quadriga voluitur vitiorum, ingluuie videlicet ventris,
libidine coitus, mollitia veſtium, otij, ſoporiſq; reſſolutione; Trahitur equis æquè duo-
bus, proſperitate vitæ, & rerum abundantia; & qui his præſident duo, ignauiæ torpor, &
infida ſecuritas. Ex quibus omnibus hucuſq; adductis faciliter colliguntur incentiua quæ
C *ſint libidinis; Quibus ex Caſſ. ſuper Matt. opponamus præſeruatiua caſtitatis. Hæc ſunt*
(inquit ille) quæ incorruptam conſeruant caſtitatem, ſcilicet, ſobrietas, operatio, aſperi-
tas, cultus, inhibitio ſenſuum, raritas ſermonis, cum honeſtate, euitatio opportunitatis, &
perſonæ, & loci, & temporis; & ſuper omnia principijs obſtare neceſſe eſt. Alias ſeque-
tur quod Greg. in mor. dicit. Ex quo luxuria ſemel mentem alicuius occupauerit, vix eum
bona cogitare permittit; ſunt enim deſideria viſcoſa, quia ex ſuggeſtione oritur cogita-
tio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione conſenſus, ex conſen-
ſu operatio ex operatione conſuetudo, ex conſuetudine deſperatio, ex deſperatione pecca-
ti defenſio, ex defenſione gloriatio, ex gloriatione damnatio. Mortificanda eſt igitur
propria caro, caſtigandum eſt proprium corpus, & in ſeruitutem ſpiritus redigendum,
& hæc pauca de hoc ſufficiant, cum omnes libri nil aliud tam frequenter pertractent.

D

CAPVT VIGESIMVMSEPTIMVM.

De Cænobiorum bonis cautio.

QVamquã Eccleſiaſticis bonis ſatis ex iure ipſo cautum eſt, attamen vt cautius, rectiuſq; religioni noſtræ cõſulatur, prohibemus, ne noſtri Ordinis prælati ali-

qua bona immobilia, mobiliaue prætioſa, vt puta Eccleſia- A
ſtica indumenta, & ſacra vaſa alioſq; ornatus vendant, tranſ-
ferant, mutuo dent, aut obligent quouis modo ſine conſenſu
maioris ſaltem partis Cęnobij illius, in cuius vſu ea ipſa bona
exiſtant. 2. Et minus audeant ſubditi Fratres (etiam ſi vnani-
mes ſint) abſque generalis Miniſtri licentia illud efficere, aut
aggredi. 3. Neque vllus ex Cęnobiorum Miniſtris dimidiati
aurei (pro quocumque etiam communi emolumento) ſine
conſilio, & aſſenſu familiæ ſuæ ſumptus excedat. Si ſecus fe- B
cerit quiſpiam generali Viſitatori, vel generali Commiſſario,
ſeu prouinciali Vicario arbitrariam pęnam dabit. 4. Præterea
ſi quid in noſtris locis (magni præſertim diſpendij, & ſum-
ptus) extruendum, inſtaurandumue fuerit Cęnobiorum Mi-
niſtris abſq; generalis Viſitatoris, aut generalis Commiſſarij
conſenſu id efficere non licebit. 5. Poſtremo vniuſciuſque Cę-
nobij omnium rerum mobilium, immobiliumue, & iurium C
repertorium habeatur.

Collatio ex cap. 27.

EX quo regula dicit iure cautum eſſe de bonis Eccleſiaſticis. Nos annotabimus textus, quibus id fiat, vt ſciatur ex iure in generali id, quod hoc capite prohibetur in particulari. Circa quæ duo præſtare debemus. Primum adducere canones alienationem rerum Eccleſiaſticarum prohibentes. Secundum oſtendere ex ipſo iure, quod prælati ſine conſilio, & conſenſu ſui Capituli nihil audeant inſtituere, vel deſtituere, neque aliqua ſuæ Eccleſiæ negotia, maxime ſi alicuius momenti ſint tractare.

Quo ad primum extant multi canones, vt. c. Diaconi. & per omnes canones ſequen- D
tes. 12. q. 2. & c. in venditionibus. c. quæſti nobis. & c. hanc ergo. 17. q. 4. & c. Ambitioſæ. extra: de rebus Eccleſiæ non alien. Vbi bonorum Eccleſiaſticorum alienatio inualidatur, & alienantes, & recipientes ſunt excommunicati, prælatiſq; diuerſis diuerſæ pęnæ imponuntur. Quomodo vero fieri poſſint, & debeant alienationes Eccleſiæ traduntur Compend. priuileg. Fratrum Minorum. verbo. Alienatio bonorum. Et Ioannes Baptiſta conſectius in ſuo Compendio priuileg.

Quo ad ſecundum extant pariter multi canones, & præcipue. c. placuit. 12. q. 2. & c. Nouit. & c. quanto. de his quæ fiunt à Prælatis quæ duo capita vltima hic apponenda cenſuimus. Ita habetur cap. 4. Nouit tuæ diſcretionis prudentia, qualiter tu, & Fratres tui vnum corpus ſitis, ita quod tu caput, & illi membra eſſe probantur,

bantur,

A bantur, vnde non decet te omiſſis membris, aliorum conſilio in Eccleſiæ tuæ negotijs vti, cum id non ſit dubium, & honeſtati tuæ, & Sanctorum Patrum inſtitutionibus contraire. Et infra. Ideoq; id authoritate Apoſtolica prohibemus. Et infra. Nos enim tales inſtitutiones, & deſtitutiones carere decernimus robore firmitatis. Et cap. 5. Quanto.& infra.fraternitati tuæ mandamus, quatenus in conceſſionibus,& confirmationibus, & alijs Eccleſiæ tuæ negotijs, fratres tuos requiras, & cum eorum conſilio, vel ſanioris partis eadem peragas, & pertractes, & quæ ſtatuenda ſunt ſtatuas, & errata corrigas, & euellenda diſſipes, & euellas. Et quo ad inuentarium ſeu repertorium bonorum, & iurium in vnoquoque Cœnobio habendum, conforme eſt diſpoſitioni.Clem.c.cum de quibuſdam.§. vt autem. de religioſis domibus. Et clarius habetur hoc decretum in Conſtitutionibus Papæ Benedicti 12. ſuper regulam Sancti Aug. Capite de regiſtris, & innentarijs.

B

ANNOTATIO PRIMA.

CVm tam pulcra, & bene ordinata decreta hoc capite inſerta noſcamus, maior abuſus in religione reperiri non poteſt, quam quod quilibet Cœnobiorum Miniſter velit ex ſuo capite ædificia extollere, etiam ſi deberet niſi feneſtram vnam claudere, vel aperire. Ego certe vidi in quodam Conuentu toties mutatum fuiſſe Coquinæ caminum, quot parietes illa habebat, & quinta vice repoſitus fuit, vbi primo constructus fuerat. Omnino ſeruandum eſſet hoc, & ſubſequens caput. Et pro Eccleſijs, & Monaſterijs reparatione, vel constructione indigentibus habere modulum, formam, & exemplar omnium, quæ fieri debent ad totius fabricæ conſummationem vſq; qui Modulus per Architectos, & viros peritos pluries ſit examinatus, & approbatus, qui proſpicere velint, non ſolum, vt omnes habitationes, & officinæ neceſſariæ in eo fiant, ſed & vt quæq; ſuo loco, C *ſecundum capacitatem, latitudinem, & altitudinem conuenientem diſtinguantur; & diſponantur. Et an vires Eccleſiæ, & Conuentus ſumptibus illis faciendis coequentur. Quibus & alijs diligenter diſcuſſis, examinatis, & approbatis, deberent deinde Prælati maiores curare, vt Modulus ille in Archiuijs poneretur, & conſeruetur. Et cauere ne quis lapidem ſuper lapidem ponere audeat, quin ad præſcriptum exemplar ſit ordinatum. Ita enim breuiter ædificia comoda, vtilia, decoraq; construentur, ac perficientur. Alioquin ſæpè eueniet, vt euenire, & eueniſſe iugiter paſſim vidimus omnes, vt illud quod ab vno construitur, ab alio demoliatur, & quod inchoentur ædificia ſine ordine, ſine ſplendore, ſine lumine, aut nimis grandia, vel nimis parua, ſeu expenſæ intolerabilis, adeo quod propter incipientium imprudentiam, & eorum nimiam ſuperbiam Monaſteria ad tantam omnium rerum penuriam redigantur, vt propter fabricæ materialis con-* D *structionem inconſideratam, lapides viui, qui in Monaſterijs pro cæleſtis Hieruſalem ædificatione elaborantur, extremam patiantur neceſſitatem. Et ſæpè ſæpius Miniſter vnus ſolus tantum æs alienum contrahit, vt per decem, viginti, & triginta annos æs alienum diſſolui non poſſit, & ſubſequentes Miniſtri vnde ſibi ſubditos, ſeq; alere, & veſtire poſſint, non habeant.*

CAPVT VIGESIMVMOCTAVUM. A

De nouis Cœnobijs ædificandis.

SI ſalus eſt (vt inquit ille) vbi multa conſilia, nobis priuſquam magna, ac ſeria incipiamus conſulto opus eſt. Itaque non permittimus generali Viſitatori, nedum prouincialibus Vicarijs, vt noua Cęnobia extruant, aut conſtructa accipiant, niſi conſilium, B & aſſenſus adſit Capituli illius ſaltem prouinciæ, in qua quiſpiam Cęnobia extruenda, aut conſtructa accipienda eſſe duxerit.

Collatio ex cap. 28.

CApitulum hoc relinquitur probatum non ſecus ac fuit præcedens, per ea quæ habentur c. nouit. & c quanto. de his quæ fiunt à Prælatis. Quibus cauetur ne Prælati ſine conſilio, & aſſenſu ſui Capituli magnum aliquid efficiant.

Et inſuper obſeruanda ſunt decreta Apoſtolica. Quapropter qui ſine licentia Papæ, vel priuilegio noua loca ad habitandum recipiunt, aut hactenus recepta mutant, vel alienant, ſunt excommunicati. c. vnico. de religioſis Domibus. & c. Cum C ex eo. de exceſſ. Prælat. lib. 6. & Clem. c. cupientes. de pœnis. Requiritur etiam pro erectione nouorum locorum licentia Epiſcopi, in cuius diœceſi errigenda ſunt, Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 3. de regul. non obſtante, quod adſit priuilegium concedens facultatem errigendi Monaſteria de nouo ſine licentia Sedis Apoſtolicæ. Quæ priuilegia habent multæ religiones.

Idem eſt dicendum & de prouincijs nouis fundandis, & errigendis, vel iam fundatas, & erectas diuidendis. Silueſt. verbo. caſus. q. 1. caſu. 8 9. & 10. Et trahitur à ſimili de Epiſcopatibus. Et Nicolaus IV. id expreſſe prohibuit Fratribus Minoribus. Compend. priuileg. verbo. Prouincia.

CAPVT VIGESIMUMNONUM. D

De Clericali tonſura.

CVm clericali corona, ſiue tonſura tantis miſterijs referta laicos ornari turpe, & abſurdum eſſe duceremus. Anno à Deiparæ Virginis partu milleſimo quadrigenteſimo nonageſimo quarto, in frequentiſſimis

noſtris

A nostris Comitijs Cremæ quarto calendas Maij habitis; ne quiſpiam noſtri Ordinis laicorum ea ipſa corona ſiue tonſura ornari audeat, hoc decreto prohibuimus.

Collatio ex cap. 29.

GLoſſa in c.clerici qui.de cler.non reſid.lib.6. notat tonſuram proprie eſſe illam capillorum abſciſſionem, quæ eſt in parte inferiori, vt aures pateant. Clericam vero eſſe abſciſſionem capillorum in parte ſuperiori, & circuitus illorum capillorum remanentium vocatur corona. Vnde clerici noſtri ordinis deferunt nedum tonſuram, ſed & clericam, & per conſequens coronam. Quod igitur hoc capite B laicis, ſeu conuerſis Fratribus prohibetur, non eſt tonſura proprie ſumpta, imo vſus religionis noſtræ, & multarum aliarum quoq; habet, vt fratres laici tonſurentur, & ferè omnes Generales noſtri ordinis hoc præceperunt, in ſignum quod & ipſi ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, atq; in illorum aliqualem (eo quod ſint perſonæ Eccleſiaſticæ) honorem, quamuis non in totalem, & omnimodum, eo quod ad ſacerdotium non ordinantur. Sed illis prohibetur clericalis tonſura, ſeu corona ad modum ſuperius in proprio ſignificatu ſumpta. Cuius laudes decantat Hieron.& habetur.c.duo ſunt genera.12.q.1.cuius verba ſunt hæc. Duo ſunt genera Chriſtianorum. Eſt autem vnum genus, quod mancipatum diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare conuenit, vt ſunt clerici, & Deo deuoti, videlicet conuerſi. Cleros enim Grecè Latine ſors. Inde huiuſmodi homines C vocantur clerici, ideſt ſorte electi, omnes enim Deus in ſuos elegit. Hi namq; ſunt Reges, ideſt, ſe, & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo regnum habent, & hoc deſſignat corona in capite. Hanc coronam habent ab inſtitutione Romanæ Eccleſiæ in ſignum Regni, quod in Chriſto expectatur. Raſio vero capitis eſt temporalium omnium depoſitio, &c. ſunt & alia loca de clericali tonſura verba facientia, vt cap primum Concil. Aquiſgrani ſub Ludouico Pio Imperatore, ex Iſidoro. & alia, quæ breuitatis ſtuſtio prætermitto.

CAPVT TRIGESIMVM.

Quoties, & vbi recitanda Decreta.

D

NOn niſi per legem peccatum cognouimus, & ſine lege peccatum mortuum erat, vt ait Apoſtolus. Itaque decernimus vt hæc decreta noſtra in ſingulos menſes ſemel ſaltem publice legantur, ne noſtri Ordinis Fratres, vel ignari, vel immemores mandatorum errandi occaſionem habeant.

Collatio

Collatio ex cap. 30. A

CLemens V. conceſſit quingentos ſexaginta dies Indulgentiæ audientibus legere Regulam Nic. IV. Quibus Indulgentijs, & gratijs poſſe frui Regulam hanc Auditores Pater Bonau. de Vincentia in Epiſt. Pleriq; ſunt &c. teſtatur. & Cardinalis de Carpo in ſuis literis. Obtulit nuper &c. Fratribus omnibus, qui Regulæ huius lectioni, dum publice apud Nos legetur ab initio ad finem vſq; interfuerint, quotieſcumq; id fecerint, centum dies veræ Indulgentiæ concedit. & Clem. VII. Ad vberes &c. concedit Regulam, & ſtatuta Religionis noſtræ legi poſſe in omnibus, & ſingulis Domibus, & Monaſterijs noſtris, ipſorumq; refectorijs, prout in Domibus, Monaſterijs, & Refectorijs aliorum Ordinum Mendicantium ſolitum eſt legi.

Simile huic decretum dedit Deus Deuter. 31. poſtquàm ſcripſit legem, & illam B Sacerdotibus tradidit. dicẽs. Conuenientibus cunctis ex Iſrael, leges verba legis huius coram omni Iſrael, audientibus eis, & in vnum omni populo congregato, tàm viris, quàm mulieribus, paruulis, & aduenis, qui ſunt intra portas tuas, vt audientes diſcant, & timeant Dominum Deum veſtrum, & cuſtodiant, impleantq; omnes ſermones legis huius, filij quoque eorum, qui nunc ignorant, vt audire poſſint, & timeant Dominum Deum ſuum cunctis diebus, quibus verſantur in terra.

Et iure merito, nam hæc omnia liber vitæ, teſtamentum altiſſimi, & agnitio veritatis Ecc. 24. Hic eſt liber mandatorum Dei, & lex quæ eſt in æternum, omnes qui tenent eam, peruenient ad vitam, qui autem derelinquent eam in mortem. Abbaccuh. 4. Quare erunt hæc in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque reſſurgens, & ligabis ea, quaſi ſignum in manu tua, eruntq;, & mouebuntur inter oculos tuos, C ſcribeſq; ea in limine, & in oſtijs domus tuæ. Deuter. 6. Vnde omnino facias, vt non recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus, ac noctibus, vt cuſtodias, & facias omnia, que ſcripta ſunt in eo; tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. Ioſue. cap. primo.

FRATER BONAVENTVRA VINCENTINVS SVIS Chariſſimis, ac dilectis Fratribus. S. P. D.

PLeriq; ſunt (Fratres dilectiſſimi) qui hanc noſtram congregationem certis legibus, & propria Regula carere aſſerant. 2 Ego vero præter illam Regulæ partem ad nos attinentem, quæ à Nicolao IV. Maximo Pontifice ædita fuit, priuilegia Apoſtolica veram, ac expreſſam Regulam nobis eſſe facile crediderim. 3 Ipſa etenim Sede Apoſtolica conſentiente, & approbante, & religioſi ſumus, & Eccleſiaſtici, & Regulares, & vt cæteri alij Religioſi tribus illis præcipuis, & maximis votis tenemur, ac obſtringimur. 4 Clauſura inſuper (quam vocant) indulgentijſq; innumeris, gratijs, exemptionibus, ac immunitatibus plurimis potimur, ac fruimur, necnon Religioſis alijs mendicantibus vnimur, & agregamur, ſuaq; omnia priuilegia tam temporalia, quàm ſpiritualia nobis impertiuntur. 5 Ipſamet etiam Sedes Apoſtolica nobis conſtituit certum, & proprium Generalem Miniſtrum. 6 Dat inſuper formam habitus. Quid multa? 7 Dat no- D

bis ea

bis ea omnia,quæ ad bene beateq; viuendi rationē pertinent. 8 Quid quod huius noſt i
A ſāctiſſimi cętus Decreta Apoſtolica auctoritate ſancita fuere? 9 Ex quibus ſane rectam, & æquabilem viuendi viam haurire poſſumus, ſancta enim, ſuauia, ac leuia ſunt. 10 Quia fidem, ſpem, charitatem, iuſtitiam, pietatem, humilitatem, honeſtatem, ſobrietatem, abſtinentiam, continentiam, religionem, concordiam, ac vnanimitatem continent. 11 Præterea quemadmodum etiam in calce proœmij dictum fuit neminem ad peccatum mortale, ſed ad prælatorum tantummodo pœnas obligant, niſi quatenus legem diuinam, aut humanam in ijs ipſis decretis reperiatis, aut ea malus quiſpiam temere ſeruare neglexerit. 12 Illa tamen tria præcipua, & maxima vota, paupertatem, caſtitatem, & obedientiam ſub pœna peccati mortalis ſeruare tenemur. 13 Ex quibus prorſus tota lex Diui Franciſci Patris noſtri pendet. Ait enim ipſe Seraphicus Pater in initio ſuæ Regulæ. Regula, & vita Minorum Fratrum hæc eſt, Scilicet Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare; viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.
B 14 Clauſura inſuper ſtrictè nobis præcipitur, qua quidem ſeruata viget religio, fracta perit. Qui præſunt igitur cæteris ad hanc cuſtodiendam totis viribus inuigilent, neq; nos, qui Dei viui templum ſumus (vt Apoſtolus ait) pollui, aut prophanari patiantur. Trium ordinum eiuſdem Seraphici Patris noſtri Apoſtolica, ac generalia ſtatuta viros probos, ac ætate maturos ianitores haberi poſtulant, qui ſilentij temporibus neminem prorſus laicorum (niſi maxima ex cauſa id fiat) in cœnobia noſtra ingredi patiantur. Prandij præterea, cœnæ, ac ſilentij horis Dei templa vſquequaq; clauſa teneri, niſi aliqua digna ratio interdum Prælato aliud perſuaſerit. Cœnobitas in publicum prodire neceſſitate non vrgente nullo modo permittunt. Cum vero id fieri contigerit binos modeſte prodire iubent, nemini dantes vllam offenſionem (verbis vtor Apoſtoli) vt non vituperetur miniſterium noſtrum, addunt quòd cito domum reuertantur. Abſurdum enim immo impium eſt religioſos viros circumcurſare per alienas ædes, ac per vicos,
C & plateas nihil agentes vagari, & temerarios publice miſcere ſermones. 15 Verumtamen. ò Tempora, ò Mores, ò Religionem, ò Franciſcum, ò Benedictum, ò Auguſtinum, ò Hieronymum, ò Dominicum, ò Baſilium temporibus noſtris ecquis eſt, qui veſtra ſectetur veſtigia? ecquis eſt qui veſtram imitetur vitam? Nemo hercle quiſquam. Verum proh dolor religioſæ vitæ profeſſores (de malis loquor) prophanant templa, confundunt ordines, temerant dignitates, corrumpunt quicquid eſt religionis, quod legis, quod vitæ, quod morum, quod fidei, quod diſciplinæ, omnia deniq; ad ſuum ipſorum æternum ſupplicium confundunt, ac peſſundant. Ait enim Dominus in Euangelio terræ Salem ſi infici, & corrumpi contigerit proijciendum, & conculcandum eſſe, quod quidem de nobis etiam dictum eſſe exiſtimare debemus, quia omnes Deo dicati viri hoc ſalis exemplo deſignantur. Reſipiſcant igitur, & exemplo ſint fidelibus (iuxta illud Pauli) in verbo,
D in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate, inhient doctrinæ dulcedini, occupentur circa ſcientiam ſalutarem, & huic vni ſcientiæ, orationi, & contemplationi inſiſtant. Sed de his hactenus. 16 Illud vero non omittendum eſt, Nicolai IV. Maximi Pontificis Regulæ Indulgentijs, & gratijs hunc libellum facile frui, & gaudere poſſe, cum bona pars ipſius Regulæ in hoc ipſo ſparſa reperiatur. 17 Quamobrem illud iure optimo dicere poſſumus, Hic liber mandatorum Dei, & lex quæ in æternum eſt. Omnes qui tenent eam peruenient ad vitam. Conuertere Iacob, & apprehende illam, & ambula per viam ad ſplendorem eius. Nec illud etiam prætereundum eſt. Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderint eam: & qui tenuerit eam, beatus. 18 Quapropter Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Rodulpham Pium Cardinalem Carpenſem inſigni pietate, doctrina, & religione virum valde amare debemus. Quòd appoſito ipſius ampliſſimo nomine leges

has ipſas clarius illuſtrare, & ſua qua fungitur auctoritate confirmare, Indulgentijſq; decorare dignatus eſt, Ambulantibus in tenebris lux orta eſt. oremus igitur Deum optimum, maximumq;. vt ipſi pio, eiuſq; pijs votis, & conatibus propitius faueat, omniaq; eius cœpta ſecundet. Commendo itidem orationibus veſtris Venerabilem, ac Religioſum virum Nicolaum Cremonenſem, qui mihi aſſiduus adiutor, ac comes hæſit in rebus noſtræ congregationis ſedandis, cum cæteris adiutoribus meis, & præcipue Venerabili Peregrino Vincentino (quem honoris cauſa nomino) humaniſſimo alumno meo, de quo dubium non eſt eius religioſa vita, & Chriſti pietate conſiderata, quin vere dictum ſit. A

Qui peregrinus erat factus fuit incola cœli,
Æterni & gaudet luminis intuitu.

19 *Infraſcriptas ordinationes præterea collegi ex libro illo, cui titulus eſt, Fundamenta ſiue Monumenta trium Ordinum Beati Franciſci, quia (vt ibi legitur) tam in his, quam in omnibus alijs Eccleſiaſticis cæremonijs cæteris Franciſcanis conformari debemus.* B *Valete, ac Deum pro me orate. Vincentiæ, ex ædibus noſtris Diuæ Mariæ Angelorum decimoquinto Calend. Octobris. 1551.*

ANNOTATIO.

QVanti roboris propoſita Patris Bonau. rubrica ſit, pro nunc diſcutiendum prætermittimus; ſed eſto quod firmiſſima ſit; vltra ea tamen in ipſa contenta non debet extendi. Quia cum ſacra noſtra Religio ſatis ortum diuerſum ab origine Religionis Fratrum Minorum ſortita ſit, nec illius quoq; Religionis decreta omnia ordini noſtro (ſi quando ipſius noſtræ Regulæ ſtatutis aliquid fortaſſe deeſſe deprehenſum fuerit) commode coaptari poſſunt. Sed tali caſu in Diffinitionibus generalibus, quibus per Apoſtolica priuilegia conceſſum eſt ſtatuta vetera corrigere, & noua addere poſſe, ſi oportuerit, neceſſitatibus Ordini de nouo emergentibus proſpiciendum erit. Et ſatis ſit nobis (quantum ad hoc attinet) in infraſcriptis, & in alijs cæremonijs eccleſiaſticis dumtaxat (ſi noſtræ propriæ non ſufficiunt) cæteris Franciſcanis conformari. C *Quas etiam cæremonias ſuaderem depromendas eſſe (quoad fieri poteſt) ex Cæremoniali Romano, ex quo vigore priuilegiorum, & Regulæ cap. 15. Officium diuinum celebrare tenemur ſecundum ritum, quem Romana tenet Eccleſia. Atq; eò etiam præſertim, quia perſpicimus Fratres prædictos Minores quotidie variare cæremonias ſuas eccleſiaſticas ſub prætextu, & ſpecie, vt & ipſi magis, ac magis Cæremonijs Romanis conformentur.*

FORMA RECIPIENDI NOVICIOS AD ORDINEM.

REcipiendus in primis peccata ſua confeſſus: & quæ ad pœnitentiæ ſacramentum ſpectant pie executus admoneatur optimam eſſe religionem, peſſimam autem humanarum rerum appetentiam, religionem arduam quidem, fructuoſam tamen. atque adeo parato animo eſſe debere qui eam ipſam ingrediuntur, mox vt vegetiore animo ad cœleſtia ſpiret, edoceatur, quæ noſtro Ordini per Apoſtolica priuilegia conceduntur, quatenus abſoluitur ab omnibus peccatis, pœnis, & irregularitatibus pluririmis, & ferè omnibus. Declaretur etiam quomodo ex priuilegijs maximorum Pontificum habet remiſſionem omnium peccatorum: & reſtituitur quaſi in innocentiam baptiſmatis: quia religio eſt quaſi alterum baptiſma. Quibus peractis dicat. Confiteor: & abſoluatur iuxta formam ſequentem. Abſolutio. D

MIſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis tuis perducat te ad vitam æternam. Amen. Indulgentiam, & abſolutionem omnium peccatorum

catorum morum tribuat tibi omnipotens, & miſericors Dominus. Amen.

A Dominus noſter Ieſus Chriſtus per ſuam pijſſimam miſericordiam, & per merita ſuæ ſacratiſſimæ paſſionis te abſoluat: & gratiam ſuam tibi infundat: & ego authoritate priuilegiorum noſtro ſacro ordini à ſummis Pontificibus indultorum, abſoluo te primo ab omni ſententia maioris, & minoris excommunicationum, diſpenſando tecum in omni ſententia ſuſpenſionis, irregularitatis, & interdicti, ſi quas contraxiſti, & reſtituo te ſacramentis ſacroſanctæ matris Eccleſiæ, & omnibus actibus legitimis. Item eadem authoritate ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis inquantum poſſum, & valeo in hoc foro, & inquantum ipſa authoritas ſe extendit. In nomine Patris ✝ & Filij ✝ & Spiritus Sancti. ✝ Amen. *Quo facto mox dicantur Pſalmi ſequentes vel pars eorum iuxta temporis exigentiam & beneplacitum induentis. Pſalmus*: Conſerua me Domine quoniam & reliqua. *Pſalmus*. Iubilate Deo omnis terra: pſalmum dicite nomini eius: & reliqua. *Pſalmus*. Quam

B dilecta tabernacula tua Domine virtutum: & reliqua. *Deinde dicantur Letaniæ: & Orationes ſequentes ſub hac forma*. Kyrieleiſon. Chriſteleiſon. Kyrieleiſon. Pater de cœlis Deus miſerere nobis. Fili redemptor mundi Deus: miſerere nobis: Spiritus ſancte Deus: miſerere nobis. Sancta Trinitas vnus Deus: miſerere nobis. Sancta Maria ora pro nobis. Sancte Michael ora pro nobis. Omnes ſancti beatorum Spirituum ordines: orate pro nobis. Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ orate pro nobis. Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ orate pro nobis. Omnes ſancti Martyres, & Confeſſores orate pro nobis. Omnes ſanctæ Virgines & Viduæ orate pro nobis. Propitius eſto parce nobis Domine. Ab omni malo libera nos Domine. Ab immunditia mentis & corporis: libera nos Domine. A damnatione perpetua: libera nos Domine. Per miſterium ſanctæ Incarnationis, Paſſionis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis tuæ: libera nos Domine. Peccatores: te

C rogamus audi nos. Vt pacem & cordis tranquillitatem nobis dones: te rogamus audi nos. Vt hunc famulum tuum. N. ab omni tentatione eripere digneris: te rogamus audi nos. Vt ipſum in vera caſtitate, & paupertate perſeuerare facias: te rogamus audi nos. Vt ei virtutem veræ humilitatis, & obedientiæ concedere digneris: te rogamus audi nos. Vt eum in tuo ſancto ſeruitio vſque in finem perſeuerare facias: te rogamus audi nos. Vt augmentum fidei, ſpei, & charitatis nobis donare digneris: te rogamus audi nos. Fili Dei: te rogamus audi nos. Agnus Dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis. Kyrieleiſon. Chriſteleiſon. Kyrieleiſon. Pater noſter. & ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. ℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Syon tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Eſto ei Domine turris forti-

D tudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. *Oratio*. Deus qui per coæternum filium tuum cuncta creaſti, quique mundum peccatis inueteratum per miſterium incarnationis eius renouare dignatus es: te ſuppliciter exoramus, vt eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti gratia ſuper hunc famulum tuum abrenuntiationem ſeculi adeuntem clementer reſpicere digneris, per quam in ſpiritu mentis ſuæ renouatus veterem hominem cum actibus ſuis exuat, & nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt, induere mereatur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. *Oratio*. Domine Ieſu Chriſte qui es via ſine qua nemo vadit ad patrem, quæſumus clementiam tuam, vt hunc famulum tuum à

carnalibus deſiderijs abſtractum per iter diſciplinæ regularis deducas: Et qui peccatores vocare dignatus es (dicens venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos) præſta, vt hæc vox inuitationis tuæ ita in eo conualeſcat, quatenus peccatorum onera deponens, & quàm dulcis es guſtans, tua refectione ſuſtentari mereatur, & ſicut atteſtari de tuis ouibus dignatus es, agnoſce eum inter oues tuas, vt ipſe te agnoſcat; & alienum non ſequatur ſed te: neque audiat vocem alienorum ſed tuam, qua dicis. Qui mihi miniſtrat, me ſequatur. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen. *Oratio.* Sancte ſpiritus qui te Deum ac Dominum reuelare mortalibus dignatus es immenſam tuæ pietatis gratiam poſtulamus, vt ſicut vbi vis ſpiras, ſic & huic famulo tuo. N. affectum deuotionis infundas, & quoniam tua ſapientia eſt conditus, tua prouidentia gubernetur: eumque iuxta conſuetam tibi gratiam vnctio tua de omnibus doceat, & per interceſſionem Beatiſſimæ Virginis Mariæ & Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & Beati Patris noſtri Franciſci, & Antonij, & omnium Sanctorum, fac eum à vanitate ſeculi veraciter conuerti, & ſicut es omnium peccatorum remiſſio, deprime impietates, obligationes in eo diſſolue, & in obſeruationem huius propoſiti fac eum certatim feruere, vt in tribulationibus, & anguſtijs tua indeficienti conſolatione valeat reſpirare, & iuſte, pie & Caſte per veram humilitatem, & obedientiam in fraterna charitate fundatus, quod te donante hodie inchoat, felici perſeuerantia impleat. Qui cum Deo Patre & Filio eius Domino noſtro Ieſu Chriſto viuis, & regnas Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen. *Veſtimentorum omnium generalis benedictio.* ℣. Adiutorium noſtrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum & terram. ℣ Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc & vſque in ſeculum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. *Oratio.* Oremus. Domine Ieſu Chriſte qui tegimen noſtræ mortalitatis induere dignatus es, obſecramus immenſam tuæ largitatis abundantiam, vt hoc genus veſtimenti; quod Sancti patres ad innocentiæ, & humilitatis indicium abrenuntiantes huic ſeculo ferre ſanxerunt, ita bene ✝ dicere, & ſanctificare digneris: vt hic famulus tuus: qui hoc vſurus eſt indumento te induere mereatur. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus: per omnia ſecula ſeculorum. Amen. *Hic veſtimenta aſpergantur aqua benedicta: exuaturq; induendus omnibus ſecularibus indumentis: prælato dicente.* ℣. Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis. ℟. Amen. *Deinde induat eum veſtimentis benedictis dicens ad ſingula.* ℣. Induat te Dominus nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & veritate ſanctitatis. ℟. Amen. *Quo induto dicatur pſalmus.* Leuaui oculos meos in mõtes: & reliqua. Kyrieleiſon. Chriſteleiſon. Kyrieleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Mitte ei auxilium de ſancto. ℟. Et de Syon tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris, & hunc famulum tuum bene ✝ dicere dignare, cui habitum religionis impoſuimus: vt te largiente, & deuotus in ordine perſiſtere, & vitam percipere mereatur æternam: Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. *Hic ipſi nouitio induto detur oſculum pacis ab omnibus Fratribus Prælato incipiente, & duobus Fratribus eundem ſingulis alijs præſentantiꝰ.*

A *tantibus. Quo facto Prælatus, vel Cantor incipiat alta voce, toto Conuentu genua fle-ctente, Hymnum:* Veni creator ſpiritus. *Qui dum canitur ordinate eatur in templum Si forte in cœnobio hæc acta fuerint: hoc tamen totum myſterium in templo Dei fieri expedire mihi videtur. Hymno completo dicantur Verſus, & Orationes ſequentes.* ℣. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. ℟. A templo ſancto tuo quod eſt in Hieruſalem. Oremus. Deus qui corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere: & de eius ſemper conſolatione gaudere. Concede nos famulos tuos quæſumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere; & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia. Deus qui Eccleſiam tuam Beati Franciſci meritis fœtu nouæ prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere: & cœleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Omnes ſancti tui quæſumus Domine nos vbiq; adiuuent: vt dum eorum merita recolimus,
B patrocinia ſentiamus: Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. *His peractis ſub nouitiorum præceptoris diſciplina tradatur: ac eidem plurimum commendetur admoneaturq; ipſe nouitius, ne per annum probationis ſecularibus loquatur, neue literas mittat, aut miſſas accipiat, niſi modo & forma de quibus in regula.*

FORMA PROFESSIONIS NOVITIORVM.

N*Ouitius Religionis profeſſionem emiſſurus poſteaquàm ſacramentaliter peccata ſua confeſſus fuerit, admoneatur, ac informetur per Prælatum ſi ſibi placuerit: vt intelligat quid facere: & quid, & quantum Deo offerre velit, quid ſibi agendum: & quantum gratiæ ſit aſſecuturus, fiatq; publica, ac communis confeſſio, & abſolutio vt ſu-*
C *perius toto conuocato conuentu. Quibus peractis vnà cum ſuperioribus ſuffragijs, vel ſaltem eorum parte veſtimentorum generali benedictione omiſſa qui profitetur aſſiſtat prælato: & iunctas manus inter ipſius recipientis palmas tenẽs ſupplici mẽte hæc dicat.* Ego frater. N. voueo, & promitto Deo Omnipotenti, Beatæ Mariæ ſemper virgini, Beato Franciſco, & omnibus ſanctis, & tibi Pater. N. me ſeruaturum mandata Dei toto tempore vitæ meæ, ac pro Prælatorum meorum arbitrio ſatisfacturum (vt conuenit) tranſgreſſionibus, & erratis meis contra conſtitutiones, & ſtatuta tertij ordinis eiuſdem Beati Franciſci de Pœnitentia nuncupati Regularis obſeruantiæ, & Regulam ſanctiſſimi domini Nicolai Papæ IV. quatenus ea in ipſis ſtatutis, & conſtitutionibus ineſſe reperitur, viuendo etiam in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate iuxta dicti ordinis Apoſtolica priuilegia, *Mox eidem reſpondeat recipiens,* Et ego nomine Dei optimi maximiq; tibi ſi hæc obſeruaueris æternam vitam promit-
D to. *Et aſtantes reſpondeant.* Amen. *poſtea ſingulis Fratribus à duobus præſentetur, & ei oſculum pacis ab omnibus Fratribus Prælato incipiente detur. Deinde breuiter moneat eum Prælatus ſeruare quæ promiſit, & notificet ei quantam gratiam adeptus ſit inducens eum, vt in ea, & in ſancto propoſito vſq; in finem perſeueret. Et recommendet eum Fratribus. Quibus peractis ſurgens ipſe Prælatus, vel Cantor incipiat alta voce, toto Conuentu genua flectente. Hymnum.* Veni creator ſpiritus, *qui dum canitur ordinate eatur in templum, (ſi forte in cœnobio hæc acta fuerint) hoc tamen totum myſterium in templo Dei fieri præſtare videtur. Hymno completo duo Fratres dicant.* ℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. ℟. A templo ſancto tuo, quod eſt in Hieruſalem. ℣. Poſt partum virgo. ℟. Dei genitrix. ℣. Ora pro nobis beate Franciſce. ℟. Vt digni effic. *Deinde Prælatus recipiens ſequatur.* ℣. Saluum fac

ſeruum tuum Domine. ℟.Deus meus ſperantem in te. ℣.Domine exaudi orationem meam. ℟.Et clamor meus ad te veniat. ℣.Dominus vobiſcum. ℟.Et cum ſpiritu tuo. *Orationes*. Deus qui corda fidelium. Concede nos famulos tuos. Deus qui Eccleſiam tuam Beati Franciſci. Omnes ſancti tui, vt ſuperius. *Et addat ſi voluerit recipiēs ſequentem orationem*. Deus qui nos à ſeculi vanitate conuerſos ad brauium ſupernæ vocationis accendis; pectoribus noſtris purificandis illabere, & gratiam nobis, qua in te perſeueremus infunde: vt protectionis tuæ muniti præſidijs quod te donante promiſimus impleamus, & noſtræ profeſſionis executores effecti ad ea, quæ perſeuerantibus in te promittere dignatus es, pertingamus: Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen. A

FORMA COEREMONIARVM RECIPIENDORVM, ET PROfitendorum, de Pœnitentia ſecularium. B

PRo eorum receptione, & profeſſione deſeruiet forma recipiendi Nouitios ad ordinem, & forma profeſſionis Nouitiorum ſuprapoſita. Vel aliqua alia ſecundum regionis conſuetudinem; dummodo ea ſit grauis, deuota, & religioſa, & non vana, vel ridiculoſa. Profitens tamen vtetur infraſcriptis verbis cùm profitetur.

FORMA PROFESSIONIS.

Ego Frater. N. promitto Deo omnipotenti, Beatæ Mariæ Virg. Beato Franciſco, & omnibus Sanctis, & tibi. N. toto tempore vitæ meæ ſeruare regulam Fratrum de pœnitentia per dominū Nicolaum Papam Quartum confirmatam, ſeruando omnia diuina præcepta, ac ſatisfaciendo de tranſgreſſionibus, quas contra hunc viuendi modum committam, cum interpellatus ad viſitatoris exutero voluntatem. C

Et Miniſter dicet.

Et ego, ſi hæc obſeruaueris ex parte Dei promitto tibi vitam æternam.

DE SACRIFICIIS MORTVORVM.

DE ſacrificijs mortuorum præter illa, quæ dicta ſunt ſuperius ſciendum eſt, quod illud ſacrificium anniuerſarium, quod celebratur vltimo die feriali ante Dominicum Aduentum, celebrandum eſt pro animabus patrum, & matrum omnium Fratrum, & Sororum trium ordinum Beati Franciſci, in quo quidem ſacrificio tam in Miſſis, quàm in veſpertinis & matutinis laudibus dicitur Oratio. Deus qui nos patrem, & matrem honorare præcepiſti miſerere clementer animabus parentum noſtrorum, & reliqua. *Tria autem illa anniuerſaria ſacrificia, quæ celebrantur feria ſecunda poſt Septuageſimam, & vigeſima prima die menſis Iulij, & vigeſima octaua Septembris, facienda ſunt pro omnibus defunctis Fratribus, & Sororibus trium ordinum, & pro eorum benefactoribus, & pro illis, qui in noſtris cimiterijs ſunt ſepulti, in quibus ſanè ſacrificijs tàm in miſſis quàm in alijs ſuffragijs dicitur oratio.* Deus veniæ largitor. *In quibus etiam quatuor anniuerſarijs ſacrificijs cantentur, vel ſolemniter legantur in choro vigiliæ nouem lectionum. Præterea pro Reuerendiſſimo Domino Cardinali ordinis protectore, qui in protectionis officio mortem obierit, in eius morte eadem ſacrificia celebrentur,* D

A *brentur, quæ pro Fratribus noſtris celebrari conſueuerunt.*

Habeatur inſuper liber notabilium Fratrum defunctorum, & benefactorum ſpecialium, in quo quidem libro notetur præ ceteris ille Fratrum noſtrorum, qui aliquod opus inſigne in Congregatione fecerit, vel de ea maximis in rebus benemeritus fuerit, aut exiſtens Viſitator generalis, ſiue Commiſſarius, ſeu aliàs iter agens, vel laborans pro republica deceſſerit, & qui pondus diei, & æſtus ſine querela Religione portauerit. Recitenturq; in Capitulis dies obitus præfatorum, quo facto ſtatim dicatur Pſalmus. De profundis clamaui. ℣. A porta inferi. ℣. Requieſcant in pace. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℣. Dominus vobiſcum. *Oratio.* Abſolue quæſumus Domine animas famulorum famularumq; tuarum, & omnium fidelium defunctorũ ab omni vinculo delictorum: vt in Reſurrectionis gloria inter ſanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

B *Singuli vero Conuentus pro defunctis ſuis notatis in tabulis ordinatis diebus debitas preces ad dominum dirigere & porrigere, non omittant.*

DE COEREMONIIS IN CAPITVLIS GENERALIBUS OBSERUANDIS.

Dominico die Capituli generalis Spiritus ſancti Miſſa ſolemnis cantetur, poſt prandium vero congregatis Fratribus in Capitulo ſigno campanæ (vt mos eſt) cum peruentum fuerit ad electionem Generalis Miniſtri hora competenti cantetur. Veni creator ſpiritus. ℣. Emitte ſpiritũ tuum, & creabuntur. Alleluia. ℣. Et renouabis faciẽ terræ alleluia. *Oratio.* Deus qui corda fideliũ ſancti Spiritus. *Electione vero completa dum canitur Hymnus.* Te Deum laudamus. *Ipſe Generalis Miniſter electus ſedens ante maius Altare omnes Fratres ad ſe ſigillatim venientes, & obedientiam, ac reuerentiam ſibi quandiu fuerit in officio promittentes, amplectatur. Hymno finito à duobus Fratribus cantentur verſiculi.* ℣. Confirma hoc Deus. ℟. A templo C ſancto tuo. ℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix. ℟. Vt digni effic. ℣. Ora pro nobis Beate Franciſce. ℟. Vt digni effic. *Deinde generalis Viſitator electus dicat has orationes.* Deus qui corda fidelium. Concede nos famulos tuos. Deus qui Eccleſiam tuam Beati Franciſci. *In fine vero Capituli exhortatis Fratribus à principali Miniſtro, vel ab eo, cui ipſe hanc prouinciam impoſuerit, ad ſobrie, iuſte, & pie viuendum, lectiſq; tabellis, & ordinationibus publicatis, & completis complendis, fiat communis confeſſio, & abſolutio. Det principalis Miniſter æternam benedictionem his, qui in ordine, & ſua vocatione permanſerint. Apoſtatis maledictionem, & excommunicationem etiam nominatim eos nominans (ſi commode fieri poteſt) vt ab eis tanquàm à* D *lupis rapacibus caueatur. Quibus peractis anteaquàm Fratres diſcedant, bonum eſſet canere Hymnum,* Te Deum laudamus. ℣. Confirma hoc Deus. ℟. A templo ſancto tuo. *Oratio.* Actiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præueni, & adiuuãdo proſequere: vt cuncta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Chriſtum Dñm. *Præfatus modus Spiritus ſancti gratiæ inuocandæ etiam in Capitulis Prouincialibus obſeruetur, & cæteræ cæremoniæ, quæ ad huiuſmodi capitula pertinere noſcantur.*

DE PVBLICA CONFESSIONE CVLPARVM.

Feria ſexta cuiuſlibet hebdomadæ poſt Completorium omnes Fratres conueniant in templa, ibi cœnobiorum officialibus inſtitutis, nomina, & cognomina benefactorum,

ac eorum eleemoſynæ recitentur, ordinatiſq; particula ribus ſuffragijs oretur pro eis vniuerſaliter hac forma. Dicatur Pſalmus. Ad te leuaui oculos meos. Gloria Patri. A
Pſalmus. Deprofundis clamaui. Requiem æternam. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Fiat pax. ℟. Et abundantia. ℣. Memento congregationis tuæ. ℟. Quam poſſediſti ab initio. ℣. Saluos fac ſeruos tuos, & ancillas tuas. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem æternam. ℣ Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. *Orationes* Eccleſiæ tuæ. Omnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia ſolus. Omnipotens ſempiterne Deus ſalus æterna. *Require in Miſſali in miſſis votiuis. Oratio.* Prætende Domine famulis, & famulabus tuis dexteram cœleſtis auxilij: vt te toto corde perquirant, & quæ digne poſtulant, conſequi mereantur. *Oratio.* Abſolue quæſumus Domine. & reliqua, vt ſuper us. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. B

Hæc ſequitur quotidianarum culparum, & negligentiarum confeſſio, quæ quidem prius communis, & vniuerſalis ab omnibus ſimul, deinde particularis, & ſpecifica ab vnoquoq; ſigillatim minoribus incipientibus, & cæteris gradatim ſubſequentibus facienda eſt. Earum vero pœnitentia pro arbitrio iniungenda à Prælato vtramq; ſeorſum comitabitur. Percuſſio autem ob memoriam acerbiſſimæ paſſionis Chriſti fit pie, ac humiliter quanto temporis ſpatio dicantur hæc ſuffragia, videlicet. Pſalmus. Miſerere mei Deus. & Deprofundis. *Vel Pſalmus.* Deus Miſereatur noſtri. & Deprofundis. *& Antiph.* Chriſtus factus eſt pro nobis obediens. *&* ℣. Omnis terra adoret te Deus, & pſallat tibi. ℟. Pſalmum dicat nomini tuo Domine. *& Oratio.* Reſpice quæſumus Domine ſuper hanc familiam tuam, & reliqua.

F I N I S. C

Error	*Correctio*	*Error*	*Correctio*
appetitit 22.31	appetit	conſuenerint 58.3	conſueuerint
Ernat 23.19	Erunt	Difinitores 60.17	Difinitiones
demendata 26.15	demandata	zelis 61.1	zelus
& Cuſtos 28.4	Diſcretus, & Cuſtos	vt 60.40	
um 30.47	cum	ſtatis 67.40	ſtratis
prædictum 35.5	præditum	vrba 85.2	verba
lucanis 36.35	lucianis	eum 86.8	eam
diuiſæ; quia etſi erãt 39.43	erant diuiſæ; quia etſi	Praraonis 87.31	Pharaonis D
Prouincia 41.30	Prouinciam	vitio 90.19	vitro
Patri 42.33	Patre	inducendum 94.32	induendum
Noceræ 43.31	Nolæ	frugus 94.32	frigus
Niuer 43.32	Niues	onere 96.33	ponere
Noceræ 43.32	Nolæ	virtutibꝰ, ac 100.11	virtutibus, at
ponaat 47.20	ponant	liquintur 104.21	liquantur
proſtcit 47.28	proficit	Petrus Chryſoſt. 117.30	Petrus Chryſol.
Impegatoris 48.26	Imperatoris	ſunt 127.6	ſua
ux 56.34	vix	regularis 129.14	regulares

D. Dionyſij Carthuſiani
In Tertiam S. Franciſci Regulam elucidatio.

Religioſis quidem ſcripta, verum nulli Chriſtiano non maximè neceſſaria.

Ac Tractatus
Patris Bernardini de Buſto de imitatione Chriſti per aſſumptionem ſtatus Tertij Ord. de Pęnitentia.

Liber Secundus.

D. DIONISII CARTHVS. IN TERTIAM S. FRANCISCI Regulam elucidatio, Religioſis quidem ſcripta, verum nulli Chriſtiano non maximè neceſſaria. A

QVICVNQVE hanc Regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericordia ſuper Iſrael Dei. Iſta ſunt verba Apoſtoli Pauli ad Galath. In quibus verbis per regulam intelligitur rectitudo veritaſq; doctrinæ, quam ibidem docet ſanctus Paulus. Cuius doctrinæ imitatoribus ac impletoribus promittit ac imprecatur pacem, & miſericordiam, hoc eſt, mentis tranquillitatem in Deo, de qua Propheta loquitur Deo: Pax multa diligentibus nomen tuum. Et piam æternæ ſalutis conſecutionem, ſeu peccatorum remiſſionem; de qua Chriſtus teſtatur: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Porro per Iſrael Dei intelligit glorioſus ſapientiſſimuſq; Apoſtolus vnumquemq; Chriſtifidelem, qui fide, & opere meretur Chriſtianus vocari, qui ſanctorum B Patriarcharum fidem atq; veſtigia proſequendo ipſorum filius appellatur: & ſpiritu non litera Iudæus ac Iſrael nuncupatur. Vnde ait Saluator, Ecce vere Iſraelita, in quo dolus non eſt. Præterea in præallegatis Apoſtoli verbis per regulam intelligendo normam ſeu formam, & legem viuendi, quam inclytus Chriſtianæ ſapientię ſignifer præfectus, Dei Confeſſor Franciſcus inſtituit, & præfixit vtriuſq; ſexus perſonis fidelibus, quæ vocantur de tertio Ordine, quibus ſpiritualia quædam dedit mandata, ſeu inſtituta, vt infra patebit. Itaq; norma, & lex viuendi quam illis donauit, merito regula nominatur. Nam vt aſſerit Gratianus in prima parte Decreti diſtinctione tertia regula dicta eſt, eo quod rectè ducit, nec aliquando aliorſum trahit. Alij verò dixerunt regulam dictam, vel quod regat, vel quod rectè viuendi normam, & legem præbeat, vel quia diſtorta prauaq; corrigat. Cum igitur norma, & lex iſta viuendi à ſancto Franciſco tradita, rectè ducat ad veram ſalutem, nec aliunde trahat, imo ſalubriter regat actus vitę humanæ, & viam iuſtitiæ doceat, diſtorta quoq; & praua redarguat, hinc rationabiliter regula nuncupatur. Quam qui fuerint aſſecuti, pacem cordis, & miſericordiam ab omnipotente adipiſcuntur. Denique quia in regula iſta aliqua continentur, circa quæ quæſtiones naſcuntur, & exhortationes neceſſariæ ſunt, idcirco venerabiles ac deuoti Sacerdotes, Miniſtri, & Patres Regulæ, & Ordinis huius, ſpecialiter generalis eorum Miniſter paruitatem C meam frequenter atq; inſtanter rogare dignati ſunt, vt ſuper eorum regulam aliqua ſcribam, difficiliora elucidando, & circa vtiliora doctrinas morales, & exhortationes ſalubres addendo, ea quoq; quæ iam per Apoſtolica indulta addita ſunt regulæ veteri ac priori, concordando cum his, quæ in regula illa ſunt contenta. Horum ergo tam piæ ac humili poſtulationi pro poſſe obtemperare ac ſatisfacere cupiens, eius glorioſiſſimam illuminationem cordialiter inuoco, qui ſuper quietos, & humiles requieſcit.

De commendatione Regulæ perſonarum, de tertio Ordine. Articulus primus. D

QValiter magnus ille ſanctus, ac beatiſſimus vir Franciſcus motus fuit ad inſtituendum tertiam Regulam, & qualiter eam inſtituit, ex libro de mirabilibus actibus eius, & ex legenda ipſius cognoſcitur. Etenim iſtam tertiam Regulam ſpecialiter principaliterq; inſtituit pro ſecularibus, & coniugatis, ac laicis vtriuſq; ſexus perſonis. Quæ primo cum aſſumpſiſſent Ordinem illum, habitauerunt ſeorſum in domibus ſuis.

ſuis. Deinde quidam maiori feruore deuotionis accenſi,cœperunt in ſimul demorari.& vitam aliqualiter communem ducere. In qua tamen conuerſatione habuerunt aliqua
A propria. Nec erant ad paupertatem aſtricti, nec tria Religionis vota fecerunt, ſed ex poſſeſſionibus, & manuum ſuarum vixerunt laboribus. Poſtremo adhuc ampliori ſanctæ charitatis inflammati ardore, procurauerunt quidam eorum à ſummo Pontifice licentiam emittendi tria vota omni ordini ſubſtantialia. Quod faciendo, & vota eadem cum cæteris contentis in regula, adimplendo digne, ac merito nemine dubitante, inter Religioſos annumerantur. Iſti ergo in hoc rationabiliter commendantur, quoniam iuxta doctrinam Apoſtoli. 1. Corint. 12. æmulati ſunt cariſmata meliora,ad perfectionem tendendo, & viciniora ſaluti apprehenderunt. Inſuper de laboribus ſuis viuenses, de eiſdem eleæmoſynas faciunt, hoſpitalitatem exercent,& opera exhibent pietatis. In quo ſanctorum Patrum imitantur veſtigia, qui de proprijs laboribus opera miſericordiæ deuotiſſime impleuerunt. Quos ſacratiſſimos viros Pater ſanctus Bernardus vocat homines Cœleſtes Angeloſq; terreſtres,

Sequitur textus Beatus Franciſci, De tertio Ordine.

B

NICOLAVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis in Chriſto fratribus, & dilectis filiabus in Chriſto ſororibus Ordinis Fratrum de Pœnitentia, tam præſentibus, quam futuris ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Supra Montem Catholicæ Fidei. Require hanc Bullam tom. 2 fol 8. litera D.

Expoſitio exordij tertia regula, vtputa de Fide Catholica. Articulus ſecundus.

PRæfatam tertiam regulam, à ſancto Franciſco traditam, ſummus Pontifex Nicolaus Quartus,redegit in formam,& approbauit. Hinc in exordio huius regulæ continetur. Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. In quibus verbis Papa ex humilitate vocat ſe Epiſcopum potius quam ſummum Pontificem. Similiter ex humilitate ſe no-
C minat ſeruum ſeruorum Dei, quod intelligendum eſt de ſeruitute adminiſtrationis, & prælationis,quod eſt ſeruitus dignitatis,& ſuperioritatis,non ſubiectionis. Hinc autem tam humilem titulum ſanctus,& humilis Papa Gregorius Primo in ſuis Bullis atq; Epiſtolis poſuit. Ad quod videtur habuiſſe occaſionem ex verbis ſancti Auguſtini. qui diu ante Gregorium in libris ſuis ſeruum ſeruorum Dei ſe nominauit. Dilectis filijs fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus ſororibus, Ordinis Fratrum de Pœnitentia, tam præſentibus quam futuris. Quamuis equidem ſanctus Franciſcus Ordinem iſtum inſtituit generaliter pro perſonis vtriuſq; ſexus,attamen dominus Papa vocat hunc ordinem ſpecialiter ordinem fratrum, quia denominatio accipi ſolet à digniori. Dicitur quoq; ordo fratrum de pœnitentia, quia hic ordo primo,ac principaliter inſtitutus eſt pro ſecularibus, & coniugatis, ac laicis, qui adhuc ſunt imperfecti,inſipientes,animales, atq; quotidie defectuoſi in multis. Idcirco ſunt in numero pœnitentium conſtituti, &
D ſpecialiter ſpectat ad eos quotidiana ſua peccata quotidie deplorare,& pænitentiæ opera exerce, ſicq; compunctioni inſiſtere. Salutem in Patria Paradiſi Cœleſtis, & Apoſtolicam benedictionem in via huius exilij. Supra Montem Catholicæ Fidei, quam populos gentium, quæ ambulabant in tenebris, Diſcipulorum Chriſti ſyncera deuotio igne charitatis exeſtuans,verbo ſolicite prædicationis edocuit, quamq; Romana tenet,& ſeruat Eccleſia, ſolidum Chriſtianæ Religionis poſitum noſcitur fundamentum, nullis vnquam concutiendum turbinibus, nullis quaſſandum fluctibus tempeſtatum. Huiuſq;

litera regulæ dependet, quæ cum ſit aliqualiter intricata, in ordinem conſtructionis eſt redigenda. Eſt itaq; ordo verborum: Solidum fundamentum Chriſtianæ Religionis,id eſt, Euangelicæ legis,nullis vnquam concutiendum turbinibus,id eſt,nulla perſecutione, aut inquietudine hoſtium expugnandum, nullis quaſſandum fluctibus tempeſtatum, id eſt, nulla dæmonum tentatione, aut hæreticorum, aut infidelium infeſtatione obruendum, vel ſuperandum in toto. Hoc inquam Chriſtianæ Religionis firmiſſimum,& inexpugnabile fundamentum noſcitur poſitum, id eſt,collocatum,ac ſtabilitum ſupra Montem Catholicæ Fidei, id eſt,ſuper altitudinem Fidei Chriſtianæ. Et poteſt hoc loco per fundamentum Chriſtianæ Religionis intelligi ſupernaturalis veritas fidei,cuius veritatis, ac fidei tanta eſt firmitas,vt dicat Apoſtolus ad Galathas quarto: Licet Angelus de Cœlo Euangelizet vobis præter id,quod euangelizauimus vobis,anathema ſit. Quam fidem ſyncera Diſcipulorum Chriſti, puta Apoſtolorum, deuctio exęſtuans,id eſt,feruens igne charitatis edocuit verbo ſolicitę prædicationis populi gentium, id eſt, ipſos gentiles,qui ambulant in tenebris,ignorantiæ perfidiæ,multiformiumq; errorum,ac idolatriæ ante conuerſionem ſuam ad Chriſtum. Quamque, id eſt, & quam Fidem Romana Eccleſia tenet in corde,& obſeruat in conuerſatione,quoniã fides ſine operibus mortua eſt. Hæc eſt etenim recta veraq; fides,abſq; cuius conſortio,id eſt inhęſione atq; pręſentia nemo in conſpectu altiſſimi acceptus redditur,id eſt,nullus homo viator efficitur Deo placens, & gratus. Quia,vt ait Apoſtolus. Hebręorum vndecimo ſine fide impoſſibile eſt Deo placere, nemo gratioſus occurrit, id eſt,nullus ſe Deo placide,& cum gratia repręſentat. Quia, vt dicitur ad Hebręos vndecimo accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & quod quærentium ſe, renumerator ſit. Hæc eſt,quæ ſalutis ſemitam præparat,id eſt,ad meritoriam operationem atq; ad vitam virtuoſam diſponit. Quæ operatio meritoria virtuoſaue vita, vocatur ſemita ſalutis, quia eſt medium per quod itur, ad beatitudinem eternam, ac peruenitur. Denique fides eſt fundamentum virtutum, & radix promerendi. Propter quod Aba. cap. 2. ait: Ecce qui incredulus eſt,non erit recta anima eius in ſemetipſo. Iuſtus autem in ſua fide viuet. Iſaias quoq; Propheta. cap. 21. ait: Qui incredulus eſt,infideliter agit. Et charitas tamen eſt principalis origo, ac ratio meritorie operandi. Et fęlicitatis æternę præmia grandia pollicetur. Fides namq; eſt oculus mentis per quem nunc aliqualiter intuemur,ac firmiter credimus ea,quæ Deus nobis promittit in ſcripturis adipiſcenda in Cœlis. De quibus loquitur. Paulus Apoſtolus. 1. Cor. 2. Oculus non vidit, nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus ijs,qui diligunt eum. Quid enim glorioſus, ac liberaliſſimus Deus pręparauit dilectoribus ſuis niſi ſeipſum, & ſui ipſius claram,ac beatificam viſionem,ſuauiſſimam fruitionem perpetuam atq; tutiſſimam poſſeſſionem? Illud eſt grande, ineffabile, & eſſentiale premium omnium electorum in Cœlo,& vltra iſtud ſunt multa in cœlo accidentialia pręmia, vtpote Chriſti humanitatem glorificatiſſimam atq; pulcherrimam intueri, beatiſſimam Virginem Mariam, & vniuerſos ciues cęleſtes conſpicere, atq; eorum iucundiſſimo vti conſortio, omnium quoq, ciuium ſupernorum felicitati,& gaudijs communicare. Ad hęc etiam pręmia pertinent dotes corporis glorificandorum,videlicet impaſſibilitas, claritas,agilitas,& ſubtilitas. Cum igitur tanta nobis pręmia deſuper promittantur, debemus omnem torporem negligentiamq; abijcere, & diligenti,ac feruido corde omnipotenti iugiter Deo ſeruire. Cui tamen deſeruiendum eſt potius propter propriam eius maieſtatem digniſſimam,& honorabilitatem immenſam,quam propter pręmia iam pręfata,cum ipſe Deus ſanctus,& æternus ſit primum,& ſummum honorabile. Ideoq; glorioſus Chriſti Confeſſor beatus Franciſcus,huius ordinis inſtitutor, viam accedendi ad dominum verbo pariter, & exemplo demonſtrans. Via accedendi ad dominum in generale loquendo eſt duplex,videlicet obſeruatio pręceptorum Dei,de qua ait Saluator. Matth. 19. Si vis ad vitam intrare,ſerua mandata,& Euangelicorum adimpletio conſiliorum, de qua rurſus loquitur dominus. Qui vult venire poſt me, abneget

neget

neget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam cotidie, & ſequatur me. Item Lucę 14. Qui
A non renunciauerit omnibus, quę poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Vtranq; hanc
vitam monſtrauit ſanctus Franciſcus verbo pariter, & exemplo, imò vt aptius loquar,
exemplo pariter, & verbo, quoniam tanquam verus Chriſti Diſcipulus cœpit facere, &
docere. Etenim antequam cœpit prędicare per biennium iuit quotidie per Ciuitatem
Aſſiſij publicè mendicando, & in profundiſſima humilitate, compunctiſſima contritio-
ne, maxima paupertate atq; acerrima ſui corpuſculi afflictione, & cęterarum executione
virtutum Deo ſeruiuit, & proximos ędificauit. Deinde cœpit congregare duodecim
primos fratres, ac ſocios ſuos. Deinde approbato ordine ſuo, orſus eſt publice ſermoci-
nari ad plebem. Porrò ad Deum vbiq; pręſentem acceditur non corporis greſſu, ſed
mentis actu, hoc eſt, credendo, diligendo, & cordis conuerſione ad ipſum, de quo acceſſu
hortatur Apoſtolus ad Hebræos decimo capite: Accedamus cum fiducia ad thronum
gratiæ eius. In ipſius fidei ſinceritate ſuos filios erudiuit, id eſt, eos quibus prædicauit,
& ſpecialiter perſonas ordinum ſuorum docuit habere fidem ſinceram, ita vt fidei eo-
rum nullus error, aut falſitas miſceretur. Fides namq; eſt prima virtus, per quam homo
conſtituitur in veritate omnium neceſſaria ad ſalutem. Ipſa quoq; veritas ſumma, quę
B Deus eſt, per fidem incipit habitare in nobis. Ideo diuinus Dionyſius ſeptimo capitulo
de diuinis nominibus ait. Fides eſt manens, & ſtabile credentium funda mentum, collo-
cans eos in veritate, & veritatem ipſis. Hinc vas electionis ſanctus Apoſtolus Paulus
ad Epheſios tertio capite diſſeruit: Chriſtum per fidem habitare in cordibus noſtris.
eoſq; illam confiteri conſtanter, tenere firmiter, & opere voluit adimplere, id eſt, ſanctus
Franciſcus admonuit eos quos docuit, vt Fidem Catholicam tempore opportuno confi-
terentur ore cum conſtantia animi. Nam vt ſcribit Apoſtolus ad Roma. decimo capite:
corde creditur ad iuſtitiam ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Potiſſimè autem tene-
tur quilibet Chriſtianus fidem catholicam profiteri, confiteri, ſeu recognoſcere, quando
interrogatur, vel examinatur de ea, vt quando infidelis aliquis cupit fidelium fidem cor-
rumpere, aut fidem in proximis periclitari videt, vt in ſecunda ſecundę quęſtione tertia
ſanctus Thomas declarat. Hinc Filius Dei teſtatur: Qui me confeſſus fuerit coram
C hominibus, confitebor, & ego eum coram Patre meo. Qui autem me erubuerit, & meos
ſermones, hunc filius hominis erubeſcet, &c. Deniq; fidem tam conſtanter profiteri de-
bemus, vt parati ſimus potius mori quam fidem negare, imò coram Deo ſic ſtare tene-
mur. Voluit quoq; Franciſcus ſuos quos docuit, firmiter tenere, id eſt, immobiliter, ac
certiſſimè aſſentire Fidei Chriſtianę, & cunctis, quę ſacra Scriptura, & determinatio Ec-
cleſię docet eſſe credendum. Hinc Antiſiodorienſis affirmat in exordio ſummę ſuę:
Sicut vera dilectione diligitur Dominus Deus ſuper omnia propter ſeipſum, ſic vera fi-
de acquieſcitur primę veritati ſuper omnia propter ſe. Idcirco nil certius fide, & ita fi-
des, cum nil certius habeat, probari non poteſt. Voluit rurſus beatus Franciſcus, vt fi-
dem opere adimplerent, id eſt, taliter conuerſarentur ſicut fides requirit, quatenus vita,
& opera eſſent fidei conſona, & ipſi fideles tam ſpiritualem, & altam habeant conuerſa-
tionem, quam ſpiritualem, & ſublimem poſſident fidem. Nam vt Iacobus ait Apoſtolus
D cap. 2. Sicut corpus ſine anima mortuum eſt, ita fides, quæ non habet opera mortua eſt
in ſeipſa. Hinc rurſum, cap. 4. Non auditores legis ſunt iuſti apud Deum, ſed factores le-
gis iuſtificabuntur. Et iterum cap. 1. Eſtote factores verbi, & non auditores tantum,
fallentes voſmetipſos. Nempe de inobedientibus, quorum conuerſatio contraria eſt fi-
dei eorum, aſſerit Paulus ad Titum. 1. Dicunt ſe noſſe Deum, factis autem negant, cum
ſint abominati, & reprobi, vt per eius ſemitam, id eſt per fidei obſeruantiam ſalubriter
incedentes, mereantur poſt vitæ præſentis ergaſtulũ æternę beatitudinis effici poſſeſſores.
Quod ait, mereantur, non eſt referendum ad verba illa ſubiuncta, poſt vitæ præſentis erga-
ſtulum, quia poſt vitam hanc non locus, aut tẽpus merendi, ſeu meritorium, ſcilicet præ-
miorum, ſed referendum eſt ad verba illa præhabita, vt per eius ſemitam ſalubriter ince-
dentes,

dentes, quia ex fide bene agendo merentur vitam æternam. Vt ſit ſenſus, Mererentur
effici poſſeſſores æternę beatitudinis poſt ergaſtulum vitę pręſentis, id eſt, egreſſum à
corpore, quod eſt quaſi carcer, & exilium animæ. Propter quod orat vir ſanctus. Pſal. A
141. Educ de cuſtodia, (vbi alia translatio habet de carcere) animam meam. Et beatus
Apoſtolus exclamauit ad Roma. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis
huius? Itaq; viuendo ex fide, meremur effici poſſeſſores ęternę ſalutis. Vt etenim
Guilielmus Pariſienſis docet in libro de fide, & legibus: Per fidem ſacrificat ſeipſum
homo Deo, dum proprium intellectum ſubdit authoritati ſcripturæ aſſentiens veritati
fidei propter Deum, quas nequaquam apprehendere poteſt. Propter quod dixit Apoſtolus
ſecunda ad Corin. 10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum omnem
in obſequium Chriſti. Hinc viri ingenioſi, & eruditi, qui propter argumenta Hęreticorum,
& rationes Philoſophorum, ac proprias conſiderationes ſubtiles, nequaquam recedunt
à fide, habent pręcipuum fidei meritum, dummodo in charitate exiſtant, prout in
ſecunda ſecundæ quęſtione ſecunda Thomas declarat.

Expoſitio de receptione ad ordinem. Articulus tertius. B

POſt verba præhabita, Dominus Papa ſubiungit in regula. Nos igitur ordinem ipſum
opportunis fauoribus proſequi cupientes, id eſt tertium ordinem honorare atq; firmare
optantes, ſtatutis, ac modis ei conuenientibus, & ad eius augmentum benignius intendentes,
id eſt valde prę aſpicientes, quid ſcilicet magis congruat ei, ac eius profeſſoribus.
Porro regula dicitur ordo, quia in regula traditur forma ordinatiſſime conuerſandi.
Et quoniam profeſſores regulæ in omnibus habere ſe debent valde ordinate, & congruenter,
vnumquodq; opus ſuę vocationis ſuo loco aptoq; tempore exequentes cum diſcrimine,
& recta intentione ex ſyncero Dei amore, ſicut hortatur Apoſtolus: Cor. 14. Omnia
decenter, & ſecundum ordinem fiant in vobis in vobis. Et rurſus: ad Roma. 12.
Rationabile obſequium veſtrum, inquit, & decretum ſit ſtatuimus, id eſt ordinamus, vt
omnes perſonæ quas ad ſeruandum huiuſmodi vitæ formam, id eſt hanc tertij ordinis
regulam, aſſumi contigerit, ante aſſumptionem, ſeu receptionem ipſorum, de Fide Catholica,
& obedientia erga præfatam Eccleſiam diligenti examinatione ſubdantur, id eſt diligenter
examinentur à miniſtris ad quos pertinet illos recipere, an ſint ſani in fide, ac veri
catholici, atq; obedire parati præceptis Romanæ, ac vniuerſalis Eccleſiæ. Quia niſi C
tales exiſterent, periculoſum eſſet ipſos recipere, cum poſſent inficere alios, pręſertim
cum idiotę, & ſimplices faciliter decipi ſoleant à verſutis hęreticis impijſq; rebellibus.
Hinc, & Apoſtolus. 2. Theſſal. 3. orauit liberari à malis, ac importunis hominibus, & à fra-
falſis, non ne ipſe inficeretur ab eis, ſed ne alij. Verumtamen non eſt neceſſe, vt laici, aut
tribus ſimplices recipi cupientes, examinētur de fide, multū curioſè, & exquiſite, niſi forte
eſſent ſuſpecti de hęretica prauitate, ſed ſufficit, vt inquiratur ab eis, an credant omnes
articulos fidei, & quicquid Romana, ac vniuerſalis Eccleſia docet eſſe credendum. Et ſi
eam profeſſi firmiter fuerint, id eſt, ſi ſtabiliter confiteantur Fidem Catholicam eſſe veram,
& Romanam Eccleſiam eſſe caput, & matrem omnium cęterarum Eccleſiarum, vniuerſalē
quoq; Eccleſiam infallibiliter regi à Spiritu ſancto, vereq; crediderint, omnia iſta, D
admitti, ſeu recipi poterunt, ad eandem, regulam tertiam, dummodo aliunde fuerint apti
ad eam, vtpote in naturalibus donis ſatis bene diſpoſiti, ad exercendum, & ſuſtinēdum
ea, quę ad prę atam regulam ſpectant. Pręcauendum eſt ſolicite, ne quis hęreticus, aut
ſuſpectus de hęreſi, pręſertim ſuſpitione probabili, aut violenta, ſeu vehementi, aut & in
famatus, id eſt de hęreſi diffamatus, ad vitę huius obſeruationem quomodolibet admittantur,
id eſt talis nullo modo eſt admittendus, aut recipiendus ad obſeruationem vitæ
tertij ordinis, niſi primo reſipiſceret, ac pœniteret de priſtinis ſuis erroribus, aut ſufficiēter
expur-

expurgaret ſe, de ſua diffamatione. Et ſi talem inueniri contigerit extitiſſe receptũ. id eſt A ſi miniſtri inuenerint aliquem à ſe receptũ, fuiſſe, ante ſuam receptioné. & adhuc eſſe hęticum, aut de hęretica prauitate ſuſpectũ, aut veraciter, ſeu probabiliter diffamatũ. Aſſignetur ille quantotius inquiſitoribus prauitatis hęreticę puniendus, prius tñ eſt pie, ac feruide ſapienterq; admonendus, ac inſtruendus, vt à ſuo reſipiſcat errore, & pœnitentiã condignã agat, ſicq; verbis & factis oſtendat, ſe eſſe catholicũ. Porro inquiſitores hęreticę prauitatis non puniunt infideles, mortem corporalẽ infligendo, cũ ſint ſpirituales, & Eccleſiaſtici viri, ſed incarcerando, aut ſimili modo. Interdũ verò heretici traduntur iudicio ſeculari, ſic tñ vt prius degradẽtur, aut clericali priuilegio ſpoliẽtur ſi in ſacris fuerit, aut clerici extiterint. Cum autem fraternitatem huiuſmodi, id eſt congregationem, ſeu ſocietatem tertij ordinis quis ingredi, ſeu intrare voluerit. id eſt inſtanter petierit. Miniſtri ad receptionem talium deputati, eius officium, ſtatum, & conditionem ſolerter explorent, id eſt prudenter inquirãt, ac penſent an ſcilicet ſit liber, an ſeruus, an ſolutus, vel cõiugatus, & vtrum prius fuit in aliquo ordine. Quid autem propriè loquendo faciat in hominibus ſtatum, & quid gradum, & pęnes quid attendatur officiorum diſtinctio. Thomas pulchre declarat in ſecunda ſecundæ quæſtione centeſima octuageſimatertia, quæ B non oportet hoc loco deſcribere. Et ſibi fraternitatis eiuſdem onera, & præcipuè alienorum reſtitutionem apertius exponentes, id eſt præfati miniſtri multum clare exponant perſonæ, ingreſſum ordinis poſtulanti, obſeruantias, ac ſtatutæ regulæ quam cupit ſubire. Et pręſertim dicatur ei, quod oporteat eum reſtituere, ſi habuerit aliqua bona iniuſta. Hęc omnia proponẽda ſunt ei, vt melius deliberet, nec incõſulte ſubeat incognitum opus, ne poſtea doleat inde, atq; apoſtatet. Ideo dicit Apoſtolus ad Timo. 5. id eſt ſine præiudicio, id eſt primo rationis ac diſcretionis iudicio nihil facias. In Eccl. 32. cap. quoq; ſcriptum eſt: Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis. Quibus pręmiſſis, ſi eidem placuerit, iuxta modum huiuſmodi, id eſt ſecundum formam ſeu proceſſum iam tactum. Induatur, & de alienis, id eſt de bonis iniuſtè adeptis ſi quã, id eſt ſi aliqua talia, fuerint apud eum, id eſt in ſua poteſtate ac poſſeſſione, ſatisfacere ſtudeat in pecunia numerata, id eſt reſtituendo huiuſmodi bona pro poſſe in certa, & C integra ſumma pecuniæ, vel aliquo equiualente, vel eadem bona reddendo. Vel ſecundum exhibitam pignoris cautionem. Ponendo videlicet pignus ſufficiens apud eum, cui ſatisfacere obligatur, aut aliter contentando eundem. Non enim dimittitur peccatum, niſi aliquo ſecundum Auguſtinum modorum horum reſtituatur ablatum, ſeq; nihilominus proximis reconciliare procuret, id eſt conetur, & ſatagat ſeipſum reconciliare ijs, quos offendit, irrogando eis iniuriam, aut lęſionem, quibus congrue fieri poteſt, veniam petere debet, & ſatisfacere eis iuxta menſuram iniuriæ ipſis illatæ, niſi voluerint ei omnino ignoſcere etiam pœnam propter Deum. Hinc quippe apud Matth. 5. cap. ait Saluator. Vade prius reconciliare proximo tuo, &c.

D *De profeſſione perſonarum tertij Ordinis. Articulus quartus.*

QVibus omnibus ad effectum productis, id eſt, perſona recepta atque induta in tertio ordine, prout in præcedenti eſt declaratum articulo, poſt vnius anni ſpacium cum aliquorum diſcretorum fratrum conſilio, ſi is videtur ipſis idoneus, recipiatur hoc modo, id eſt, ſi perſona illa per annum in ordine laudabiliter conuerſata, apparuerit fratribus diſcretioribus apta ad permanendum in ordine, recipiatur ad profeſſionem, cum ipſorum diſcretorum Fratrum conſilio ſub hac forma. Eſt autem conſuetudo apud Religioſos, quod nouicij monachis non profitentur, niſi anno nouiciatus completo. Interdum tamen ex ſpeciali caſu, & rationabili citius profitentur ex diſpenſatione, cuius authoritas ſolet eſſe commiſſa ſuperioribus ordinis. Deinde forma profeſſionis

ſubiun-

ſubiungitur. videlicet vt promittat ſe diuina præcepta omnia ſeruaturum ac etiam ſatis facturum, vt conuenit de tranſgreſſionibus quas contra hunc viuendi modum commiſerit, cum interpellatus ad viſitatoris, extiterit voluntatem. Hæc eſt forma profeſſionis tertiæ regulæ ſecundum primam eius inſtitutionem a Sancto Franciſco factam, qui, & hanc profeſſionis formam inſtituit quam ſummus pontifex approbauit. Itaque perſona tertię regulæ profitetur hoc modo. Ego. N. promitto quod obſeruabo omnia diuina præcepta, & ſatisfaciam pro tranſgreſſionibus quas commiſero contra hunc modum viuendi. id eſt, contra tenorem regulæ huius: ſatisfaciam inquam ad voluntatem, id eſt, ſecundum dictamen aut iuſſionem viſitatoris, cum fuero interpellatus, id eſt, euocatus ſeu requiſitus ab eo ad ſatisfaciendum pro culpa per debitam caſtigationem ſeu perſatisfactoria opera. Culpæ nanque debetur pœna, ne peccatum maneat impunitum. De hac profeſſione, & eius qualitate infra plenius dicam. Et huiuſmodi ab eo facta promiſſio per manum publicam in ſcriptis redigatur, profeſſio hæc facta a perſona ordinis huius, ſtatim in loco profeſſionis deſcribatur per manum notarij, in perpetuum teſtimonium veritatis, ne perſona talis poſſit poſtea profeſſionem ſuam negare, & ſi negauerit eam, in inſtrumento publico conuincatur. Et item, vt valeat ad obſeruantiam ſuæ profeſſionis per rigorem iuris compelli, ſi quod abſit, facta fuerit proterua atque rebellis. Alio autem modo nullus a miniſtris recipiatur eiſdem, id eſt, abſque huiuſmodi ſcripti confeſſione miniſtri regulæ huius neminem ad profeſſionem ſuſcipiant, niſi viſum eis aliter fuerit, id eſt, niſi rationabiliter iudicauerint aliter eſſe agendum, conditione perſonæ ac ipſius conſtantia ſollicita conſyderatione diſcuſſis, id eſt, ſolicite conſyderando ac diſcutiendo qualitatem atque inſtantiam perſonæ ad profeſſionem accipi poſtulantis: agnouerint eam eſſe tam bonam virtuoſam ac ſtabilem, tanquam humiliter ac feruenter inſtituiſſe pro ſuſceptione ad profeſſionem, vt ſatis probabile ſit quod poſt ſuam profeſſionem perſeuerabit, & bene ſe habebit in ordine, ideoque non ſit neceſſarium facere tale ſcriptum. Ordinamus præterea ſtatuentes, vt nullus poſt ipſius fraternitatis ingreſſum, eandem egredi valeat ad ſeculum reuertendo; id eſt, hoc quoque mandamus, vt nulli perſonæ profeſſæ in hoc tertio ordine liceat relinquere ſocietatem, & regulam ordinis huius redeundo ad vitam ſecularem, quia hoc eſſet profeſſioni ſuæ contrarium ac violatio promiſſionis ſolemnis, apoſtaſiæq́; ſpecies atque de vita religioſa ad vitam reuerti mundanam. Et contra illud verbum Apoſtoli ad Rom. 12. cap. Nolite conformari huic ſeculo. Imo hoc eſſet redire ad vomitum contraque beatiſſimus princeps Apoſtolorum in ſua ſecunda ait canonica caput. 2. Melius erat non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorſum reuerti. Contingit enim illud veri prouerbij. Canis reuerſus eſt ad vomitum, & ſus lota in volutabro luti. Inſuper eſſet. & contra illud Deutero. 23. cap. Quod ſemel egreſſum, eſt de labijs tuis, obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti domino deo tuo. Veruntamen per iſtud non prohibebatur perſona tertij ordinis nondum coniugata matrimonium contrahere, quoniam non promiſerũt niſi quod in præhabita continetur profeſſione, quia in ſtatu coniugali poterant regulam obſeruare, iccirco perſona profeſſa contrahere potuit, dummodo perſona cum qua contrahere diſponebat, voluerat aſſentire quod regulam obſeruaret perſona illa profeſſa, etiam in ſtatu coniugij. Non enim apparet quod ſanctus Franciſcus aut pontifex ſummus intendebat per primam illam profeſſionem obligare profitentem ad perpetuam caſtitatem. Poſſet tamen habere tranſitum liberum ad religionem aliam approbatã ab Apoſtolica Sede, dum modo illa alia religio ſit altior atq; perfectior religione tertię regulæ: aliter non liceret ſine diſpenſatione, cum ad Cor. 12. cap. dicat Apoſtolus, Aemulamini chariſmata meliora. Itemque ad Hebræ. 6. cap. Intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem ad perfectionem feramur. Mulieribus vero viros, id eſt, Maritos, habentibus niſi de ipſorum virorum licentia, & conſenſu non pateat ad conſortium dictæ fraternitatis ingreſſus, id eſt, ad ſocietatem conuerſationem ſeu profeſſionem tertiæ regulæ non ſuſcipiantur.

A piantur. Nam teſte Apoſtolo. 1. ad Cor. 6. cap. & ad Eph. 5. cap. Vir cap. eſt mulieris: nec ſine viri conſenſu poteſt vxor ſe obligare ad obediendum alteri, quam cui ex iure diuino ſeu ſtatuto Eccleſię obedire tenetur. Neque ad ſpecialia ieiunia aut abſtinentias poteſt ſe ſine mariti ſui conſenſu aſtringere. Et de hoc originaliter ſcriptum eſt in libro. Numerorum. 30. De qua materia Raimundus. Iohannes durandus, & alij in ſuis ſummis diffuſius ſcribunt. Ad quæ omnia comprobanda poſſunt ex decreto plurima allegari, ſed breuitati ſtudendum eſt. Hęc itaque de profeſſione perſonarum tertij ordinis ſecundum primā earum inſtitutionē probata ſunt. Nunc vero ex apoſtolicę ſedis induito prædu-ctæ profeſſioni addunt promiſſionem trium votorum omni religioni monaſticę ſubſtan-tialium. Vtpote obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis. Nec iſta tam virtuoſa additio prætactæ profeſſioni repugnat, ſed eam perficit, & coarctat: quia in ſtatu coniugali & ſeculari non poteſt additio iſta ſeruari, nec competit niſi his qui mundum, & ea quæ
B mundi ſunt, omnino relinquuntur, atque ciuiliter moriuntur. Præterea certum eſt quod hi qui tria hæc vota profitentur, & digne implere conantur, multo facilius poſſunt illam primam profeſſionem implere, quam qui in ſtatu ſunt coniugali, aut hi qui propria habent, nec ſub obedientia viuunt, ex voto: imò vt infra patebit talibus difficillimum eſt primam illam implere profeſſionem. Iccirco additio iſta conſona eſt, atque accommodata primæ illi profeſſioni, quia per trium votorum emiſſionem, & impletionem prima illa profeſſio expeditius excellentiuſque impletur. Qui enim perpetue continere promiſit, nec aliquid proprium habet, expeditius, & perfectius vitare poteſt auaritiam, & incontinentiam, quam qui habet, & capere poteſt vxorem, & propria poſſidet. Imo vt in tractatu de Eccleſiaſtico cœlibatu Cancellarius Paryſienſis diſſeruit, facilius eſt in religione penitus continere, quam in ſtatu coniugali caſtitatem coniugalem ſeruare: hoc eſt, non niſi moderate ac licite propria vti vxore. Præterea ex Apoſtolicæ ſedis indulto eſt conceſſum tertio ordini, & priori eius regulæ additum, quod nullus recipiatur ad habitum, & obſeruantiam profeſſionemque ſ ordinis, nec receptus promoueatur, niſi de expreſſo conſenſu generalis miniſtri, ac proprij ſeu ſpecialis miniſtri præſidentis congre-
C gationi, in qua quis poſtulat recipi. Nec iſtud diſcordat a tenore regulæ, in cuius ſecundo capitulo continentur: Cum autem fraternitatem huiuſmodi quis intrare voluerit, miniſtri ad receptionem talium deputati, eius officium, ſtatum, & conditionem explorent, &c. quia in apoſtolico illo indulto per miniſtros ad hoc deputatos, intelligendi ſunt gñales miniſtri, & item miniſter proprius congregationis, in qua quis ſuſcipi petit. Gñalis vero miniſter in congregatione cui ſpecialiter præeſt, videtur vtriuſque miniſtri perſonam gerere vicem ſupplere, ita quod ipſe ſolus in propria domo poſſit perſonam accipi cupientem accipere, præſertim cum fratrum diſcretorum conſilio, & conſenſu.

Quod perſonis tertij ordinis non liceat ire ad aliam religionem niſi ſtrictiorem, neque ad ſtrictiorem niſi vbi regularis obſeruantia viget, ac diſciplina debita obſeruatur. Articulus. V.

D QValiter intelligendum ſit quod in tertio capitulo regulæ legitur, præcedenti articulo fuit expoſitum, vt pote quod ingreſſus fraternitatem tertij ordinis liberum habeat tranſitum, ſi voluerit, ad religionem aliam approbatam, innotescit, & conſtat ex tenore indulti apoſtolicæ ſedis, prefato ordini tertio conceſſi, in quo inter cætera dicitur. Quibus videlicet perſonis tertiæ regulæ nequaquā licere volumus, de ipſa religione niſi ad aliam arctiorem, & ordinem ſtrictiorem vbi regularis obſeruantia & diſciplina obſeruatur exire. Iſtud eſſentiale, iuſtū ac prouidum domini Papæ Eugenij quarti præceptum, fundatur directe, & immediate in iure diuino, vt patet in expoſitione pręcedentis articuli, quoniam æmulari debemus chariſmata meliora, & ad perfectiora

fectiora moueri ac tendere. Quod ad religioſos potiſſime ſpectat, qui ex ſua profeſſione tenentur ad perfectionem cotidie proficiſci. Quoniam ſtatus religioſorum eſt ſtatus perfectionis acquirendę, quemadmodum ſtatus epiſcoporum eſt ſtatus perfectionis adeptæ, vt Alexander de Hales, & alij concorditer proteſtantur. Veruntamen ſi dominus Papa iſtud pręceptum non expreſſiſſet, potuiſſet forſitan dubium eſſe, in perſonis de tertia regula liceret intrare aliam religionem approbatam altiorem, & ſtrictiorem, vbi tamen obſeruantia regularis non viget, certumque eſſet quod hoc non liceret in foro conſcientioſo, quod eſt forum interius propter prætacta motiua: ſed an liceret in foro contentioſo, quod eſt forum exterius, poſſet fortaſſis dubium eſſe. quia in regula ſicut iam patuit non exprimitur quod in religione approbata, quam poſſent intrare, debeant obſeruantia, & diſciplina vigere, vbi intrauerint. Nunc vero nulla de hac re manet queſtio, iccirco perſonæ tertij ordinis, quæ exeunt ſuas congregationes in quibus obſeruantia regularis conſiſtit, & alium intrant ordinem, quamuis ſtrictiorem, vbi non viget obſeruantia, iniuſte ac ſtolide agunt, & perdunt ſeipſos, atque grauiſſime peccant. Eſt quę ingratum ſecundum Berna. ſpiritui ſancto quicquid in alio egerint ordine, neglectis ijs ad quæ ex prima profeſſione tenentur. Enormiter quoque peccant religioſi regulariter nō viuentes, qui perſonas illas recipiunt, & eas ſecum damnationi æternæ inuoluunt. Nec poſſunt eas conſcientia bona tenere. Sed, & miniſtri tertiæ regulæ regulariter conuerſantes, habent ius repetendi perſonas huiuſmodi.

Qualiter intelligenda ſit forma prætactæ profeſſionis perſonarum tertij ordinis Articulus ſextus.

VT patuit articulo quarto, profeſſio tertiæ regulæ à beatiſſimo Franciſco inſtituta ac tradita, eſt promittere obſeruare omnia diuina præcepta. Et hæc eſt prima pars profeſſionis illius. Secunda pars ſatisfacere, vt conuenit de tranſgreſſionibus quas quis contra hunc modum viuendi commiſerit, cum interpellatus ad viſitatoris extiterit voluntatem Tertia pars profeſſionis eiuſdem eſt, quod iam ex indulto ſummi pontificis addunt promiſſionem ſolennem ad obſeruandum tria ſubſtantialia religioni. Videtur autem intentio ſancti Franciſci, qui primo hanc regulam pro coniugatis laiciſque inſtituit fuiſſe, vt perſonę tertiæ regulæ in primis per votum ſe obligarent ad ea quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, hoc eſt, ad diuinorum obſeruantiam preceptorum: deinde ad ſubeundum debitam diſciplinam, pœnam ſeu ſatisfactionem pro egreſſibus contra regulam commiſſis ſeu admiſſis, iuxta viſitatoris arbitrium, Præterea ad intelligendum primam huius profeſſionis partem oportet ſcire diuinorum præceptorum quedam ſunt affirmatiua, & illa præcipiunt bona fieri, & obligant ſemper, non tamen ad ſemper.i. non pro qualibet temporis parte, quoniam homo non poteſt omni hora ſeu indefinenter inſiſtere actionibus virtuoſis: ſed obligant omni tempore opportuno, quo ſcilicet deus aut recta ratio vel ſuperior iubet aliquid fieri. Alia diuina pręcepta ſūt negatiua, quę ſcilicet prohibent fieri mala: & illa præcepta obligant ſemper, & ad ſéper quoniā nunquam licet facere mala ſeu vitioſa. Sic que decem præceptorum tria ſunt affirmatiua vt pote Vnum cole deum, Sabbata ſanctifices, habeas in honore parentes. Alia ſeptem ſunt negatiua, vt pote nec iures vana per deum. Non ſis occiſor, non fur, nec mæchus, nec teſtis iniquus, &c. Quem admodum autem tria illa præcepta affirmatiua directe præcipiunt facere bona, & ex conſequenti prohibent fieri mala, quia cum dicitur, vnum cole deum prohibetur cultus idolorum: ſic negatiua præcepta directe prohibent fieri mala, atque, ex conſequenti præcipiunt facere bona malis illis contraria, ſicut cum dicitur. Non iures vana per deum, non ſolum prohibetur periurium ac vana iuratio, ſed etiam iubetur. vt rationabili cauſa exigente iuretur per verum deum, iuxta illud Deut. 6. Dominū

Deum

Deum tuum timebis, ac per nomen eius iurabis. Et iſtud declarant doctores ſuper ſe-
A cundum ſententiarum Deinde aduertendum, quod in prima ſecūdæ quæſtione centeſima deſcribit Thomas: Præcepta moralia inquiens, ex dictamine naturalis rationis vim, & efficatiam habent, maiorem tamen vim, & authoritatem habent ex inſtitutione diuina. Et horum præceptorum triplex eſt gradus. Nam quædam ſunt communiſſima, & maxime manifeſta, ſicut mandata de dilectione dei, & proximi. Alia vero ſunt magis determinata, quæ tamen quilibet popularis poteſt faciliter intelligere, vt ſunt præcepta decalogi. Alia autē ſunt non ita faciliter manifeſta, ſed ſapientibus ſolum. Et iſta ſunt præcepta moralia, ſuperaddita decalogo ſeu decem præceptis, & reducuntur ad decem præcepta. Nam ad primum præceptum decalogi, quo prohibetur cultus alienorum deorum adduntur ac reducuntur præcepta prohibitiua eorum quæ ordināur in cultum idolorum, vt cum dicitur in Deut. 18. Non inueniant in te maleficus aut incantator, nec qui phytones conſulat, aut diuinos, aut qui quęrat à mortuis veritatem. Porro ſecundo præcep-
B to periurium prohibenti ſubadditur prohibitio blaſphemię, vt in Leuitico capite. 41. Prohibitioque falſę doctrinę, vt in Deuterono. capite 31. Tertio præcepto ſuperadduntur omnia ceremonialia legis, ad quæ tamen in euangelica lege non obligamur. Quarto præcepto quod eſt de honoratione parentum, ſuperadditur preceptum de honoratione ſenum, cum dicitur Leuit. 81. Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis. Et vniuerſaliter omnia præcepta inducentia ad reuerentiam exhibendam maioribus; vel ad exhibenda beneficia minoribus. Quinto præcepto, quo prohibetur homicidium, additur prohibitio odij, & cuiuslibet læſionis contra proximum, vt cum Leuit. ci. 22. dominus ait: Ne oderis fratrem tuum. Et cum iterum iubet. Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui. Sexto præcepto, quo adulterium prohibetur, ſuperadditur præceptum de prohibitione meretritij, ac vitij contra naturam, & omnis illegitimæ copulæ
C carnalis. Septimo præcepto, quo furtum vetatur, adiungitur præceptum prohibitionis vſuræ ac fraudis, & omnis calumniæ ac rapinæ. Octauo præcepto, quo falſum teſtimonium prohibetur, additur prohibitio falſi iudicij mendacij atque detractionis. Alijs uero duobus præceptis nulla alia adiunguntur quia per ea omnis praua concupiſcentia prohibetur. Hęc Thomas. Qui etiam in præfata ſumma declarat, & aſſerit, quod lex diuina dat præcepta de actibus uniuerſarum uirtutum. Ex his elici poteſt quid in præinducta profeſſione perſonarum tertij ordinis intelligendum ſit per diuina præcepta. Nempe per diuina præcepta potiſsime intelligenda ſunt duo charitatis præcepta, deinde præcepta decalogi, & conſequenter præcepta moralia quæ adduntur in ſcripturis ac reducuntur ad illa, imo etiam præcepta legis naturalis, in quantum Chriſtus in Euangelio ea tradit, dicendo Matt ſeptimo, Omnia quæcunque uultis ut faciant uobis homines, ita, & uos facite illis. Hæc eſt enim lex, & prophetæ. Ex quo præcepto legis naturalis affirmatiuo, ſequitur aliud legis naturalis præceptum negatiuum, quod exprimitur Tobiæ quarto, quo ſcriptum eſt. Quod ab alijs oderis fieri tibi, uide ne aliquando facias alteri. Itaq; p diuina pcepta ītelligūtur pcepta charitatis dei, & pximi, pcepta de-
D calogi, præcepta legis naturalis iam tacta præcepta aliarū uirtutū, quæ hominibus neceſſariæ ſunt ad ſalutem, uidelicet præcepta a deo tradita in ſcripturis de humilitate, patientia, manſuetudine, iuſtitia, pietate, diſcretione, fide, ſpe, temperantia, fortitudine, latria, cæteriſque uirtutibus habendis, atque de uitijs contrarijs fugiendis, ad quæ omnia ſe aſtringunt perſonæ de tertia regula in ſua profeſsione. Et inſuper uouent ſe emendationi, & ſatisfactioni exponere, & offerre pro exceſsibus quos incurrerint contra regulam ſuam, ſiue per commiſsionem ſiue per omiſsionem. Nam quod in forma profeſsionis habetur de tranſgreſsionibus quas contra hunc modum uiuendi commiſerint &c. Intelligendum eſt etiam de iniquitatibus, quas per omiſsionem contra ſuam regulam incurrerint. Quem admodum enim regula uiolatur, & deus offenditur per commiſsionem mali, puta eorum quæ fieri prohibentur, ita per omiſsionem boni, ut ſi quis

non faciat quod ei ſuus ſuperior iubet. Poſtremo, vt tactum eſt, vltra hæc communiter nuncin terris iſtis perpetuam caſtitatem, paupertatem, & obedientiam, de cuius profeſſionis intellectu infradicetur. A

Quod profeſſio tertiæ regulæ ſit multum ſtricta, & ardua, ſi bene penſetur. Articulus. ſeptimus.

SIcut doctores communiter concorditerque teſtantur, votum plus obligat quam iuramentum, & maxime votum ſolenne, quale eſt profeſsio religioſorum. Ideo violatio talis voti enormior culpa eſt, quam periurium. Hinc in ſecunda ſecundæ quæſtione 88. loquitur Sanctus Thomas: Ad fidelitatem pertinet, quod homo promiſſa ſua adimpleat, maxime quo ad deum, cui fidelitatem tenemur, tum ratione ſui dominij, vt pote quia ipſe eſt altiſsimus Deus, & rex. tum ratione ſuſcepti beneficij. Nam multa, & maxima beneficia ab ipſo ſuſcepimus, Vñ. maxime obilgatur hõ vota deo facta perſoluere. præſertim, cum fractio voti ſit ſpeties infidelitatis. Hinc rurſus teſtatur. Obligatio voti cauſatur ex fidelitate quã deo debemus, videlicet, vt ei ſoluamus promiſſa Obligatio autẽ iuramenti cauſatur ex debito reuerentiæ, quia Deo tenemur, vt ſcilicet, verificemus quod per ipſum iurauimus. Infidelitas autẽ oĩs irreuerentiam includit, non e conuerſo: ideo votum ex ſua ratione plus obligat quã iuramentum, potiſsime cum infidelitas ſerui ad dominem ſit irreuerentia maxima. Cum igitur perſonę tertij ordinis profeſſæ ſint, obſeruare omnia præcepta diuina, conſtat quod quotieſcumque trangreſſæ fuerint quodcunque diuinum præceptum toties fragant, & violent ſuam profeſſionem, quod iuxta nunc introducta eſt; peccatum grauiſſimum. Nam tranſgrediendo preceptum quodcunque, non ſolum mortaliter peccant præuaricando præceptum, ſed. & plus quã mortaliter vel valde mortaliter, votum frangendo. Propterea valde neceſſarium eis eſt, vt ſint coram deo iugiter cuſtoditi ac timorati in omnibus, ne aliquid committant aut omittant contra diuina præcepta, præſertim cum tanta ſit humana fragilitas, ut cito atque faciliter incidat culpam mortalem, niſi ſit multum diligens coram Deo, atque ſolicita ad uitandum uenialia mala. Propter quod dixit ſaluator: Arcta eſt uia quæ ducit ad uitam, & pauci inueniunt eam. Præterea inter diuina præcepta etiam conputatur quod Chriſtus ait in euangelio Lucæ. 10. cap. ſuis uicarijs: Qui uos audit, me audit, & quis uos ſpernit, me ſpernit. Multa enĩ in ſcripturis poſita ſunt præcepta, quamuis non exprimantur per modum præcepti, ut eſt illud Exo. 20. cap. Non periurabis. Et item illud Deut. 6. cap. Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies. Sicque uirtute præcepti illius, tenentur uniuerſi fideles obedire Eccleſiæ ac ſuis prælatis. Ex quo ſequi uidetur quod perſonæ tertiæ regulæ ex ſua profeſſione etiam ſint aſtrictæ ad obſeruandũ præcepta Eccleſiæ. Inſuper ſaluator. Math. 5. Perficiens, & exponens pręcepta Moſaicę legis, multa addit, inter cętera dicens: Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Non occides. Ego autem dico uobis, quia omnis qui iraſcitur Fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit Fratri ſuo, Racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Deinde multa ardua præcepta ſubiungit ibidem, uidelicet de reconciliando fratre offenſo. De concupiſcentia refrenanda, de abijciendis membris ſcandaliſantibus, de inimicis, & perſecutoribus diligendis. De uana gloria euitanda. Alibi quoque Mat. 18. cap. ponit ſtrictum arduumque pręceptum, de fraterna correptione, quod ut Antiſiodorẽ ſcribit in ſumma ſua pauciſſimi debite implent. Et hæc omnia inter diuina computantur præcepta.

Quod

A *Quod ſicut profeſſio tertiæ regulæ eſt ex vna parte multum rigoroſa, & ardua, ita ex alia parte ſit valde fructuoſa ac meritoria. Articulus. octauus.*

ALexander de Hales in ſumma ſua ſapienter declarat quod actio uirtuoſa eſt tanto uirtuoſior. & deo acceptior. & tanto plus meritoria fælicitatis æternæ quo ex pluribus ac altioribus procedit uirtutibus. Ideo religioſi qui implent diuina præcepta, non ſolum ex obligatione mandati, ſed etiam ex debito uoti multo plus promerentur. quã alij. Denique uotum inplere eſt actus uirtutis, quæ latria nuncupatur, quę deo cultum ceremoniamque impendit, ut Tullius ait: Et eſt inter uirtutes morales præcipua,
B theologicis quoque uirtutibus multum ſimilis ac propinqua. Ideo diuina implere præcepta, non ſolum ex charitate, & iuſtitia, ſed ultra hoc etiam ex latria. eſt ualde meritorium, & præclarum. Nam, & per uotum uoluntas quaſi immobiliter conuertitur Deo, & plenius ei ſubijcitur. imò ſe integre offert deo. Propterea libro de ſimilitudinibus ait Anſelmus: Sicut plus confert qui arborem tribuit ſimul cum fructibus, quam qui præſtat fructum arboris tantum ita plus exhibet deo, & magis ipſum honorat, qui opera bona facit ex uoto. Itaque ſicut perſonæ tertij ordinis ex una parte præ cęteris grauius peccãt uiolando diuina præcepta contra ſuam profeſſionem, ita plus præ alijs merentur ſeruando diuina præcepta ex uoto.

Qualiter perſonæ tertij ordinis admonendæ ſunt ac inſtruendæ à ſuperioribus ſuis. Articulus nonus.

C VNiuerſi ac ſinguli ſunt à ſuperioribus ſuis ſpecialiter exhortandi. & edocendi de ijs. quæ ad ipſorum ſubditorum ſtatum. Vocationem, profeſſionemue pertinent, quoniã talium ignorantia non excuſat. Cum igitur perſonæ de tertio ordine profiteantur, pręſente conuentu, ſolenniter obſeruare omnia pręcepta diuina, iccirco à ſuis miniſtris ac ſuperioribus ſunt cum omni feruore ac uigilantia inſtruendę, quæ ſint uniuerſa dei præcepta quæ in euangelica lege iubentur impleri. & quæ perſonę illę uouẽt ſeruare, & qualiter pręcepta illa uniuerſa ac ſingula ſint intelligenda, pręſertim cum perſonę tertię regulæ ſupradictę, ſint communiter idiotę, & laicales. Propter quod tanto plus indigent informationibus, & exhortationibus ſanis, frequentibus atque feruentibus, quanto minus literas, & ſcripturas nouerint. Inſuper diligenter ſunt informandę, quę ſint peccata mortalia: quę quamuis in generali loquendo ſint ſeptem, tamen in ſpeciali ſunt multo plura. Et qualiter peccata mortalia ac uenialia abinuicem diſtinguantur. Cum enim promittant obſeruare omnia dei pręcepta, patet quod promittant uitare omnia peccata
D mortalia. cum peccatum mortale non ſit niſi tranſgreſſio legis diuinę, & cęleſtium inobedientia mandatorum ſecundum Ambro. Oportet igitur ut peccata illa agnoſcant, diſcernant, & reprobent, ne ea committant. cum magnum, & arduum ſit, ſic uniuerſa dei pręcepta implere, & cuncta mortalia uitare peccata, ut dictum eſt. Hinc admonendę ſunt illę perſonę quotidie, aſſidue ac ardenter, ut coram deo ſolicite ambulent, & omni cuſtodia corda ſua cuſtodiant, iugiterque perpendant ſe in omnipotentis pręſentia, & aſpectu agere, & eſſe ubique dicant cum beatiſſimis prophetis Elia. & Eliſeo, Viuit dñs, in cuius conſpectu ſto hodie. Quod ſanctus pater Anthonius ualde admonuit eſſe ſeruandum, & ita imitentur diuinum Dauid Pſal. 118. dicentem deo: Seruaui mandata tua, & teſtimonia tua, quia oẽs uię meę in conſpectu tuo. Et rurſus Pſal. 18. Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Itemque Pſalm. 24. Oculi mei ſemper ad do-

ad dominum. Hęc conſideratio fecit ſanctum Iob tam timoratum atque ſolicitum, qui dicebat. 31. cap. lib. ſui. Nonne deus ſcit uiam meam, & omnes greſſus meos dinumerat. Et denuo: Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui deum. Poſtremo hortandę ſunt iſtę perſonæ, ut ſtudeant illud deuteronomij.6 cap. implere: Erunt uerba domini in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis. & meditaberis ea ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens atque conſurgens, eruntque, & mouebuntur inter oculos tuos. Vt autē ualeant iſta implere, oportet, ut in exterioribus ſuis operibus aſſueſcant cor ſuum frequenter deo unire orando ac meditando. & loquacitatem, cachinnationem, diſſolutionem ac alias leuitates ac uanitates uitando. A

De duobus primis principaliſſimiſq; mandatis. Articulus decimus.

QVoniam inter diuina pręcepta eſt ordo, ita quod unum eſt primum atque digniſſimum, pro ut Chriſtus in euangelio. Mar. 10. cap. & Moyſes in Deutero. 6. cap proteſtantur. ut pote deum toto corde, tota mente, tota anima, & omnibus uiribus diligere deinde dignius mandatum eſt, diligere proximum ſicut ſeipſum. Idcirco nunc breuiter de iſtis duobus pręceptis aliquid eſt tangendum, quia ut ait ſaluator, in his duobus mandatis tota lex pendet, & prophetę, id eſt, vniuerſa præcepta, documenta atque conſilia legis Moſaicę, imo euangelicæ legis ac prophetarum, ſed, & totius ſcripturæ ordinantur, & tendunt ad hoc, quod hęc duo præcepta perfecte atque ſynceriter impleantur. Omnia quoque illa virtualiter continentur in his duobus præceptis, & eliciūtur ex iſtis duobus ita quod qui iſta duo impleuerit, implet cætera vniuerſa. Propter quod dixit. Apoſtolus: ad Ro. 13. cap. Plenitudo legis eſt dilectio. Et rurſus, finis, inquit pręcepti eſt charitas de corde puro, & conſcia bona & fide non ficta. Denique cum charitas ſit ſumma ac principaliſſima virtus, & ceterarum virtutum via, vita, imperatrix, forma, motrix ac nutrix, ſine cuius præſentia nulla virtus eſt meritoria aut formata, ideo hęc duo charitatis pręcepta merito dicuntur eſſe pręcipua. Et quia dilectio proximorum finaliter ordinatur ad dilectionem dei, quę eſt incomparabiliter præſtantior quam dilectio proximi, ideo præceptum diligendi deum, recte appellatur primum ac principaliſſimum. Porro ſenſus horum duorum pręceptorum eſt iſte Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, id eſt, ex tota, & integra voluntate tua, & ex tota mente tua, id eſt, toto intellectu, & ex tota aīa tua, ideſt ex toto aīali ſeu ſenſitiuo appetitu, & ex viribus tuis, ideſt etiam ex cęteris tuis potentijs. Veruntamen dilectio dei in ſola voluntate ē ſubiectiue, realiter atque formaliter. Sed dicitur deus amari ex toto intellectu appetituque ſenſitiuo, & cęteris viribus, inquantum intellectus, & appetitus ſenſitiuus ac cętere vires reguntur ac regulantur ſecūdum quod exigit charitas dei. & itē in quantum diſponunt, & cooperātur ad dei amorem, ac eius profectum. Præterea quod Deus iubetur amari ex toto corde totaque mente, adhuc tripliciter poteſt intelligi: Primo vt ita diligatur ex toto corde, mente, anima, & fortitudine, quod nihil pręponatur deo, & eius amori, imo nec coęquet, ſed ipſe Deus Excelſus, & glorioſus ametur pręomnibus alijs, & pluſquam cętera vniuerſa imo incōparabiliter plus ſaltē appręciatiue, ita quod homo uellet potius propriam vitam. & quicquid habet, & habere poteſt, imo, & vniuerſa creata amittere, quam Deum altiſſimum, & æternum per mortale peccatum offendere eiuſque gratiam perdere. Et niſi homo ſic ſtet, & taliter intra ſe ſentiat coram deo non eſt uere in charitate, & ſtatu ſalutis, hinc ſecundum Augu. Minima charitas plus diliget Deum, quam maxima cupiditas mundum, plus inquam apprecciatiue quamuis nō intenſiue. Secundo, quod dictum eſt, ſic poteſt intelligi, ut Deus toto corde, mente animæ, & fortitudine diligatur, ita ut etiam propter deum, & propter profectum in eius amore, non ſolum uitentur illa quæ directe contrariantur diuino amori atque pręceptis dei B C D

dei, puta peccata mortalia, ſed etiam illa quę occaſionaliter ſolent impedire amorem
dei & incrementum ſanctę dilectionis, ut ſunt temporales diuitię, uoluptas, copulæ car
A nales, & proprię uoluntatis libertas. Et iſtud conſuluit Chriſtus, & pertinet ad religio-
ſos, qui non ſolum pręcepta, ſed euangelica quoque conſilia implere nituntur. Tertio
intelligitur ſic, ut homo totis corde, mente, anima, & fortitudine amet Deum, ita ut in
ceſſanter ſecundum totum, & extremum poſſe ſuę uoluntatis, intellectus, ceterarum-
que uirium afficiatur ac moueatur in deum, & occupetur in ipſo. Et taliter hoc precep-
tum charitatis dei non poteſt in pręſenti uita impleri, ſed impletur a beatis in patria. Ve-
runtamen Antiſiodorenſis in Summa ſua ſic obijcit, contra hoc: Aliquis contemplatiuus
ad tempus poteſt toto corde, tota mente, totaque anima moueri, affici, & delectari in
Deo, & omnes ſuos actus, & motus referre in ipſum, ergo tunc implet illud pręceptum.
Ad hoc idem doctor reſpondet, quod talis contemplatiuus non poteſt diu manere in ta-
li eleuatione ad Deum, quoniam corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Inſuper
quod iubemur proximos diligere ſicut nos ipſos intelligendum eſt quod debemus om-
nem hominem viatorem in hoc mundo viuentem tam inimicum quam amicum, tam
infidelem quã fidelem, diligere ſpiritaliter ſpiritali amore in Deo, id eſt, ad hoc vt Deo
vniatur ac placeat, & ſaluetur. Vniuerſos ergo, & ſingulos hoĩes tenemur, & debemus
B diligere, hoc eſt, omnium emendationem, conuerſionem, profectum, & ſalutem appe-
tere, inquantum ſunt Dei creaturę, ad eius imaginem ſimilitudinemque productæ, &
Chriſti ſanguine liberatę, atque æternę ſalutis capaces. Pro omnibus quoque tenemur
orare, & charitatis effectum impendere proximis, loco, & tempore opportuno. Nemo
igitur aliquem odiat: quia qui vnum odit, nec Deum, nec ſeipſum, nec aliquem alium
vere, ac ſpiritualiter diligit, cum in mortali exiſtat peccato.

Quod omnis conuerſatio religioſa ſit ab impletione præceptorum charitatis incipienda. Articulus vndecimus.

C NVlla actio põt eſſe meritoria ac placita Deo, niſi inquantum ex charitate Dei pro-
cedit. Iccirco omnis conuerſatio bona, & prætertim religioſa, eſt inchoanda ab
impletione huius præcepti: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. Et
quoniã bonitas atque dilectio dei eſt cauſa, & ratio diligendi proximos, iccirco poſt di-
lectionem Dei mox inchoanda eſt conuerſatio religioſa à charitate proximorum, cum
dicat ſaluator apud Iohan. 13. capite: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem ſi-
cut dilexi vos. Et rurſus ibidem: In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi di-
lectionem habueritis adinuicem. Et iſtud præcipue agere debent perſonę tertij ordinis,
quæ ſolenniter profitentur omnia diuina pręcepta ſeruare. Hinc Sanctus Hieronimus
in exordio ſuę regulę ait: Quis modus viuendi primo arripiendus ſit conſtitutus in mo-
naſterio, Chriſtus docet dicendo Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Et
D quaſi quæreremus quę ſint illa adiunxit: Diliges dominũ Deum tuũ ex toto corde, &c. &
proximum ſicut teipſum. Hæc charitas ſolum reddit hominem Deo viuentem, hæc re-
ligioſos, hæc monachos facit. Sine charitate monaſteria, & congregationes ſunt tartara,
& habitantes in eis, ſunt demones. Cum hac vero monaſteria ſunt Paradiſus in terra, &
degentes in eis ſunt angeli. Ideoque licet longa macerent ieiunia & veſtis vilis deformet
longa quoq; officiorum ac operum ſeries impleatur, ſi intus deſit charitas, nondum per-
uentum ẽ ad religionis infimum gradum. Propterea a charitate incipiendum eſt iter ad
apoſtolicæ apicem vitę. Adunatis ergo corporaliter in congregatione, ſit cor vnum, & a-
nima vna in Deo, quemadmodum de Apoſtolis, & de Apoſtolicis legitur viribus: Actu.
4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Pro certo nulla vita deteri-
or, quam ibi degere corpore, & non mente. Et vere infelices ſunt, quibus non ineſt vna,
ſed

ſed diuerſa voluntas. Sit itaq; vobis omnibus ſemper vnus affectus, vna fraternitas, vna voluntas, vna proportio morum, vna ſpūalis iucunditas, & vna triſtitia ſalutaris, ne vñ vnus gaudet, inde alter triſtetur,& ne vni placeat,quod diſplicet alteri. Sicq; habere poteritis religionis propoſitum,ſi charitatiui, & vnanimes in domo domini habitetis.Hæc Hieronymus. Denique de hac materia ſcribit in ſua regula ſanctus Baſilius Si charitas Dei deerit nobis, obnoxij erimus inexcuſabili iræ. Quæ enim poterit eſſe maior ira, aut quæ vltio grauior,quam vt efficiamur alieni à charitate Dei. Quia non ſolum homines, ſed etiam bruta naturaliter amant ſuos parentes, videte ne videamini pecudibus obtuſiores, & feris ac beluis immaniores, proprium creatorem non diligendo, quem ſumme amare debemus: Primo propter infinitam bonitatem ac pulchritudinem eius, deinde propter maxima, & innumerabilia beneficia ipſius! imo, & quoniam ipſe prior dilexit nos,& ineffabilem beatitudinem nobis præparauit.Hinc,& beatus Auguſtinus ait in ſuę principio regulę: Ante omnia fratres chariſſimi diligatur Deus, deinde proximus: quia iſta præcepta ſunt principaliter nobis data. Hęc igitur obſeruetis, vt vnanimes habitetis in domo domini, & ſit vobis anima vna, & cor vnum in domino,quia propter hoc congregati eſtis in vnum. Hæc Auguſtinus. Quocirca ait Hugo de ſancto victore. Neceſſaria eſt uobis virtus concordiæ, quę ita acquiritur, ut religioſus ſe ſpoliet propria uoluntate, & ſtudeat imitari Chriſtum, dicentem apud Iohan.5.cap. Non ueni facere uoluntatem meam Et iterum Matt.26.cap.Pater,non ſicut ego uolo,ſed ſicut tu.Hoc eſt enim quod maxime adducit concordiam, ſi unuſquiſque non ſuam ſed alterius ſtudeat facere uoluntatem in bono. Quod etiam eſt magnę humilitatis inditium, & generat obedientiam,charitatem, & pacem. Quod ſi ego uolo facere uoluntatem meam,& ille ſuam, oriuntur diuiſiones,lites, & rixę, de quibus ait Apoſtolus ad.Gala.cap.5. Quia qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Verum ſunt aliqui in congregatione obſtinati in ſuo ſenſu, ſapientes in oculis ſuis,qui quod conceperunt animo, defendunt tanquam rationabile, nec alijs ſe conformant, ſed alios ſuæ uoluntati conantur ſubijcere. Et ſi uiderint ſibi non obtemperari, mox indignantur, & concitantur ad iram,alioſq;per turbant. Tales ſolent eſſe rebelles, & plurimum regnat in eis impatientiæ paſſio, ideo non ſunt ad concordiam apti. Nam iuxta Apoſtoli uocem ad Roma. 1. cap. Euanuerunt in cogitationibus ſuis,& obſcuratum eſt cor eorum inſipiens. Hęc Hugo. Tales ergo de ſuis peruerſitatibus erubeſcant,atq; per pœnitentiam reſipiſcant. Et uniuerſę perſonæ tertij ordinis præfata charitatis pręcepta ſtudeant adimplere, pacem concordiamque amplecti, et in amore Dei proficere. Quod ſi quęratur, qualiter poſſit quis in ſancto ac uero deitatis amore proficere, et accendi, dicendum quod oportet eum expurgare cor ſuum ab omni carnali, et immundo amore, deinde bonitatem, excellentiam,perfectionem,pulchritudinem,felicitatem, dulcedinem dei frequenter conſiderare, ſed et beneficia eius, et promiſſa, et quod ipſe dominus Deus noſter prior dilexit nos. Oportet quoque ut aſſidue ſit memor Dei, ac Deum frequenter exoret, quatenus ignem ſui amoris dignetur in ſe accendere, conſeruare atque perficere.

De tribus principalibus conſilijs Chriſti,ſuper quæ fundatur omnis religio. Articulus duodecimus.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus, uirtus, et ſapientia Dei patris, optime ſciens per quę homines potiſſime occaſionaliter retrahantur,et impediantur à profectu, et incremento diuini amoris, a proceſſu uirtutum, a uera perfectione, et ab ęterna ſalute, docuit atque conſuluit ut fideles ſui talia uitent. Inſuper dominus Ieſus optime ſciens, per quę homines expeditius ac compendioſius poſſint proficere, perfici ac ſaluari, docuit, et conſuluit ut fideles ſui illa apprehendant ac impleant: Hinc in euangelio dedit

duodecim

duodecim conſilia, per quæ impedimenta profectus ac ſalutis vitantur: expedientia
A quoque ad omnem ſpiritualem proceſſum, perfectionem & beatitudinem, apprehen-
duntur. & exercentur. Porrò inter duodecim iſta conſilia tria ſunt principaliora, ſecun-
dum quod tria ſunt impedimenta interioris profectus atque incrementi diuinæ dile-
ctionis, quorum vnum eſt penitus extra nos, vtpote propria temporalium rerum poſſeſ-
ſio ex qua oriuntur diuerſæ occupationes, ſolicitudines & implicationes cordis circa
terrena, imò & inordinatæ affectiones ad ea, per quæ homo impeditur a tranquillitate
& ſtabilitate ſuæ mentis in Deo, atque a pura & amoroſa vnione cum eo, a profectu
ſanctæ charitatis, & a ſynceritate contemplationis internæ. Ideo ad remouendum hoc
impedimentum & hæc prætacta mala ex eo ſequentia, Dominus Ieſus Chriſtus docuit
ſpontaneam paupertatem, ſecundum quod iſta paupertas eſt virtus, per quam omnia
temporalia propter Deum prompte relinquuntur, quatenus ſpiritalis opulentia, gratiæ
ac virtutum maximè perfectio charitatis, facilius acquirantur in via, atque poſt vitam
B hanc copioſior beatitudo adipiſcatur in patria. Proprie tamen ſumitur hic paupertas, vt
eſt beatitudo, de qua ait ſaluator. Mathei 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt
regnum cœlorum. Iſtud conſilium docuit filius Dei. Lucæ 14. dicendo Qui non renuncia
uerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Itemque Mathei. 19. Si vis
perfectus eſſe vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veniens ſequere
me, & habebis theſaurum in cœlo. Secundum impedimentum præfati ſpiritalis profe-
ctus eſt partim extra nos, & partim coniunctum nobis, videlicet vxor parentes & cogna-
ti, ad quos frequenter habetur amor carnalis & ſenſualis affectio, per quos ſpiritalis di-
lectio & amor diuinus præcipue impediuntur, minuuntur aut penitus extinguuntur. Ma
xime autem carnalis concupiſcentia & voluptas venerea impediunt mentem a contem-
platione & dilectione Dei ſpiritaliumque bonorum, & ab omni virtutum profectu a
puritate & charitatis feruore, atque a dilectione in rebus diuinis, & a guſtu dulcedinis
Dei. Ideo Chriſtus ſapientia patris, contra hoc impedimentum atque contra mala ex eo
C naſcentia docuit & conſuluit perpetuam caſtitatem, prout caſtitas iſta eſt virtus, per
quam vitioſa venereorum concupiſcentia refrenatur, & ab omni concubitu iugiter ab-
ſtinetur. Hoc conſilium docuit Lucæ. 14. capite. dicens: Si quis venit ad me, & non odit
patrem ſuum, & matrem ſuam, & vxorem ſuam, atque filios, & fratres ſuos, atque ſoro-
res, non poteſt meus eſſe diſcipulus, id eſt, imitator perfectus. Tertium impedimentum
interioris profectus ac ſanctæ perfectionis eſt intra nos, quod eſt propria voluntas ſeu
voluntatis libertas, ex qua adeſt homini facultas agendi, & loquendi, atque demittendi
quod ei placet. & pergendi quo vult. Ex quibus magna & multa incurrit peccata, &
tempus ſuum non ſolum infructuoſe, ſed & vitioſe expendit, & peccat impune, nec coar
tatur à vitijs. Ideo contra hæc mala, docuit conſuluitque ſaluator perfectam obedientiā,
prout eſt virtus per quam homo propter Deum propriam abnegat voluntatem, & ſuo
D ſuperiori obedire promittit in his, quæ ad ſuam pertinent religionem, & ex animo obe-
dit eidem. Hoc conſilium docuit Dominus, dicens: Lucæ. 9. Qui vult venire poſt me, ab-
neget ſemetipſum, et tollat crucem ſuam quotidie, et ſequatur me. Ex his innoteſcit,
quod religioſi non ſolum voueant altiſſimo exteriorem temporalium rerum relictionē,
omniſque carnalis concubitus euitationem, et corporalem executionem eoru in quæ eis
a ſuis ſuperioribus iubentur: ſed inſuper, et principaliter voueant ſpontaneam tempora-
lium abdicationem ſeu inordinati affectus ad ea extirpationem, concupiſcentiæ quo-
que refrenationem, et obedientiam veram ex corde. Et quoties contra horum aliquid
egerint, vtpote aliquid proprium appetendo, aut concupiſcentiæ conſentiendo, aut om
nino inuite iuſſa implendo, toties contra ſuam agunt profeſſionem, et peccant grauiſſi-
me. Ideo ardua eſt religioſorum profeſſio: et niſi ſolicite ſe habuerint coram Deo, gra-
uiora incidunt vitia in clauſtro quam inciderunt in hoc ſeculo, prout Euſebius, Emiſſe-
nus. Cæſariusque Epiſcopus ſanctus in ſuis aſſerunt Homelijs. Præterea inter hæc tria
vota digniſſimum eſt obedientiæ votum, quo propria voluntas Deo taliter immolatur,

quod eſt ſacrificium, acceptiſſimum Domino maieſtatis. Itaque ſicut in ſecunda ſecundæ, quæſtione prima, diſtinctione ſexta Thomas declarat, religioſus promittit Deo has tres virtutes, paupertatem, caſtitatem, obedientiam: & per eas offert creatori ſuo, quicquid habet in rebus, in corpore & in anima. Hinc religioſi præfigurati fuerunt in veteri teſtamento per ſacrificium illud digniſſimum, quod vocatum eſt holocauſtum, quod ad diuinæ maieſtatis honorem totaliter incendebatur & comburebatur, ad præfigurandum quod religioſi debeant igne charitatis vehementer accendi, diuinoque cultui totaliter mancipari, & nihil propriæ voluntatis ſibi ipſis relinquere, ſed iuxta ſuperiorū ſuorum directionem ac iuſſionem moueri & agere. Ideo ſtatus religioſorum rite ſeruatus, eſt ineffabiliter meritorius apud Deum omnipotentem ac iuſtum. Nam quanto plus diſponit ſe homo ad diuina cariſmata, & quanto amplius ſe applicat Deo, & quanto feruentius ac liberalius ſeipſum exhibet, offert & mancipat proprio creatori, tanto maiora gratiarum cariſmata à Deo ſortitur, & tanto Deus ſeipſum familiarius applicat coniungitq; homini, & eo amoroſius ac munificentius ſeipſum rependit homini tali, & diuitias gloriæ ſuæ communicat ei. Hinc etenim ſcriptum eſt, Iob. 34. Si direxerit homo ad Deum cor ſuum, ſpiritum illius & ſtatum ad ſe trahet. Et Iaco. 4. ca. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Vnde & per Zachariam. 1. ca. Dominus loquitur, Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Ipſe etenim bonus & pius creator cupit & quærit noſtram ſalutem, ac occaſionem & diſpenſationem ad eam. Nam Ieremiæ 30 Quis eſt iſte (inquit) qui applicet cor ſuum, vt appropinquet mihi? Poſtremo hæc tria, ſcilicet caſtitatem, paupertatem, & obedientiam vouent religioſi contra tria præcipua mala, quæ regnant in mundo, de quibus legitur in prima Iohannis epiſtola. Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Siquidem contra concupiſcentiam carnis militat & emittitur votum caſtitatis, contra concupiſcentiam oculorum votum paupertatis, contra ſuperbiam vitæ votum obedientiæ. Et hoc Albertus magnus & Nicolaus de Gorra plenius ſuper ſeptem epiſtolas canonicas docent. A B C

Quòd omnia Euangelica Chriſti conſilia ordinantur ac tendunt ad perfectam & expeditam impletionem præcepti charitatis Dei. Articulus XIII.

SIcut præhabitum eſt, duplex eſt via perueniendi ad æternam ſalutem, videlicet via præceptorum, & via conſiliorum. Communiter quoq; aſſeritur, quod via conſiliorum ſit perfectior quàm via præceptorum. Quod verum eſt, loquendo de præceptis ſecundū quod eorum impletio eſt neceſſaria ad ſalutem. Sed loquendo de præcepto charitatis Dei, ſecundum quod eius impletio ad ſupererogationem perfectionemque pertinet, prout articulo decimo eſt oſtenſum, ſic vniuerſa conſilia Chriſti in euangelio tradita, adhoc ab eodem ſunt data, quatenus per ipſorum obſeruantiam valeamus Deum diligere totis, corde, mente, anima, & fortitudine, tam perfecte ſicut in hac vita extat poſſibile. Charitas enim Dei eſt ſumma, & perfectiſſima virtus, in cuius actu conſiſtit perfectio noſtra. Ideo religioſus debet totam ſuam conuerſationem & ſuæ profeſſionis impletionem cū omni diligentia ad hoc quotidie ordinare, vt per eas creſcat, inflammetur & perficiatur in ſancto ac præſtantiſſimo Dei amore, & omni die frequenter aſpirare debet ad omnipotentem, & ex corde clamare ad ipſum: O dulciſſime Deus quando te corde toto amabo, quouſque à tua ſanctiſſima charitate, tam durus & frigidus remanebo? O ſuper bone & deſiderabiliſſime ac ſuper pulcherrime Deus, accende me viliſſimum ac negligentiſſimum peccatorem tua feruentiſſima dilectione totaliter. Præterea conſtat quod mens humana tanto integrius atque feruentius in Deo defigitur quanto amplius ab omni inordinata aliorum affectione & occupatione immoderata retrahitur. Nam & virtus vnita fortior eſt quam diſperſa. Ideo ſancti Patres inſtituerunt diuerſas religiones ac regu- D

las in quibus omnibus tria vota præfata promittuntur altiſſimo, quatenus, mentes religioſorum tanto ſtabilius,purius, ac feruentius eleuentur & quieſcant in Deo,quanto minus indigent occupari,ſolicitari & affici circa terrenas diuitias, & vxorem & ſobolem,& circa propriæ vitæ directionem.Denique conſtat,quod parum aut nihil proſit ad prætactam perfectionem obtinendam exteriora relinquere & coniugem non habere,ſeu voluntatem propriam abnegare,niſi inordinatæ & prauæ affectiones circa terrena, vt concupiſcentiæ ſenſuales,propriæ quoque voluntatis improbæ inclinationes, atque immanſiones proprij ſenſus cum debita diligentia, & conatu refrenentur,extirpentur,& mortificentur,imò ſæpe plus obeſt,cum dicat Apoſt.1.Cor.7.Melius eſt nubere quam vri, ideſt,concupiſcentijs æſtuari. Ideo religioſi qui circa interiorum ſuorum reformationem intenti non ſunt,nec prauas affectiones ad commoda carnis funditus eradicant,nec ſuas diſcunt frangere paſſiones,animoſitates ac improbas voluntates, nil prorſus proficiunt, nec ſatisfaciunt ſuis votis, imò multo periculoſius ſtant vel potius iacent quàm homines ſæculares, grauiuſque damnantur quam illi. Hæc circa profeſſionem tertiæ regulæ dicta ſint,nunc proſequenda eſt expoſitio regulæ.

A

B

De forma ac materia, ac qualitate veſtium perſonarum tertij ordinis. Articulus. XIV.

FRatres inſuper ipſius fraternitatis.] Ideſt,ordinis huius de humili panno in præcio, & colore non prorſus albo vel nigro,vtpote griſeo communiter veſtiantur,niſi fuerit ad tempus in præcio per viſitatores de conſilio miniſtrorum ob cauſam legitimam, & aptam cum aliquo diſpenſatum. Oportet namque interdum à rigore, & obſeruantia generalis ſtatuti ſeu legis recedere propter rationabilem cauſam, & ita relaxare rigorem in caſu particulari,quando ſic expedit. Et quoniam tertia regula primo eſt inſtituta pro ſæcularibus, & coniugatis poteratque accidere quod excellentes perſonæ regulam illam aſſumpſerunt, idcirco cum talibus fuit rationabile diſpenſandum, vt panno aliquantulũ præciſiore propter ſtatus ſui decentiam vterentur.Hic autem non dicitur, quod diſpenſandum fuit in panni colore: ideo contra ſtatutum videretur hoc facere fratres de tertio ordine,qui generaliter nigro panno vtuntur. Et quamuis hic diceretur quod diſpenſandum eſſet in colore,ſicut in præcio panni,ex hoc tamen non ſequeretur, quod paſſim ac generaliter poſſent nigris veſtibus indui:quia hic dicitur quòd diſpenſari poteſt cum aliquo propter cauſam legitimam & apertam, ideſt,iuſtam & euidentem. Non eſt autem iuſta,& euidens cauſa, vt vniuerſaliter fiat diſpenſatio talis in colore panni cum omnibus fratribus tertij ordinis, imo ad maiorem ſpectat humilitatem, exemplaritatem, & congruentiam ſtatus ipſorum,vt griſeo vtantur,quàm nigro colore, præſertim quia eorum regula ſic continet ac præfigit. Porrò mater & cauſa vere diſpenſationis eſt vrgens neceſſitas, euidenſue vtilitas, vt ſummi pontifices Leo atque Gelaſius proteſtantur, ad quod in decreto multæ inducuntur authoritates:& dum aliter diſpenſatur, non eſt vera diſpenſatio,ſed crudelis diſſipatio,vt ſanctus fatetur Bernardus.Sequitur de figura veſtitus eorum. [Chlamydes quoq; & pelles abſque ſcollatura ſciſſas.] Id eſt,ante apertas vel integras affibulatas,ideſt,cum fibula iunctas non patulas ad latera vt congruit honeſtati clauſaſque manicas non habentes foramina ſeu aperturas, niſi ad induendum atque extendendum manus à parte anteriori,fratres habeant ſupradicta. Denique habitus ſic formatus,multum congruebat eorum vocationi, & ſtatui,præſertim antequam tria vota fecerunt.Nam ſicut ille eorum ſtatus fuit quodammodo medius inter ſtatum omnino ſæcularem,& inter ſtatum religioſum, ita & figura illius habitus velut media fuit inter formam veſtitus ſæcularium hominum,& inter figuram habitus omnino religioſorũ, eratq; decens & humilis. Vnuſquiſque autem veſtiri debet ſecundum exigentiam atque decentiam ſui ſtatus & ſuæ vocationis,vt ait ſanctus Baſilius. Porrò quod quidam fratres de

C

D

tertia regula gerunt ad ſua capitia epomidæ breues inferius ſemicirculatas inſtar quorundam doctorum, videtur abuſio, nec congruis humilitati ſtatus eorum ac ſimplicitati ipſorum. A

Sorores etiam clamyde induantur, & tunica de huiuſmodi humili panno, videlicet griſeo factis vel ſaltem cum clamyde habeant guarnellum ſeu placentinum coloris albi, vel nigri, aut paludellum amplum de canaboſiue de lino, abſque vlla criſpatura conſutũ. Eiſdem rationibus habitus iſte competebat ſororibus, propter quas rationes præſcriptus habitus fratribus congruebat. Circa humilitatem vero panni, & pellitiones ſororum ipſarum iuxta conditionem cuiuslibet earundem ac conſuetudinem loci, poterit diſpenſari per eos qui cum præcio panni fratrum poterant diſpenſare, & per modum prędictũ, videlicet ob cauſam legitimam, & apertam. Cum fœminis autem præſertim nobilibus, & maritatis, fuerat diſpenſandum in his, ne propter veſtitus humilitatem ac ſingularitatem deſpicerentur à ſuis maritis, & ſic ipſorum mariti ad illegitimos laberentur amplexus. Bindis. i. zonis. & ligaturis ſericis non vtantur ſorores, quoniam talia ad mundanum ſpectant ornatum, & ad laſciuiam prouocant nec pœnitentium congruunt ordini. Pelles B dumtaxat agninas burſas de corio, & corrigias ſimpliciter abſque ſerico vllo factas, & non alias, tam fratres habeant quam ſorores, quia hæc omnia ad humilitatem, ſimplicitatemq; pertinent, & ædificatoria ſunt, atque potiſſime congruunt his qui in pœnitentiũ regula ac ordine ſunt conſtituti. iſtud tamen dictum eſt in generali, quando perſonæ tertiæ regulæ nondum fecerunt votum paupertatis. Nunc vero profeſſis hoc votum, non licet ſeu congruit burſam portare, niſi ratione officij pro aliqua publica adminiſtratione, vel niſi in itinere longo ſint poſiti, aut propter ſimilem rationabilem cauſam, per quã a proprietatis vitio penitus excuſentur, depoſitis ideſt abiectis ſeu relictis cæteris vanis huius ſæculi ornamentis, iuxta beati Petri apoſtolorum principis ſalubre conſilium. Ait quippe beatiſſimus princeps apoſtolici chori in prima ſua canonica. cap. 3. Mulierum non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri aut indumenti veſtimentorum cultus. Iſtud autem ſancti Petri ſtatutum, non ſolum eſt exhortatio ſimplex ac conſultatio C proprie dicta, ſed & præceptum, ſecundum expoſitores. Nam & ſanctus Cyprian. martyr, doctor ac præſul, ſcribit ſuper hæc verba. Hinc quoq; Pau. 1. Thimo. 2. ait: Mulieres ornent ſe non in tortis crinibus, aut auro. aut margaritis vel veſte præcioſa. Nempe vt ſancti patres, Hieroni. ac Chryſo. atteſtantur. Vir aut mulier ornate ſe veſtiens, & ſuo ornatu virorum aſpectum in ſe prouocans, quamuis nullum malum inde ſequatur, tamen æternum ſupplicium patientur, quia venenum exhibuit, ſi fuiſſet qui biberet. Idcirco cum dictum eſt iuxta beati Petri ſalubre conſilium, ſumitur conſilium prout extendit ſe ad præceptum. Si ergo hæc vana ornamenta etiã ſæcularibus matronis ac puellis prohibita ſunt, quanto magis perſonis fœmineis tertij. ordinis. imò & fratribus regulæ huius? [Sit eis] ſcilicet fratribus ac ſororibus tertij ordinis [ad inhoneſta conuiuia, vel ſpectacula, ſeu choreas ſiue curias acceſſus penitus interdictus.] ideſt nulli perſonæ de D tertio ordine liceat intereſſe inhoneſtis conuiuijs, ſpectaculis, curijs aut choreis. Nam omnia iſta ſpecialiter interdicuntur his qui in pœnitentia ſunt conſtituti, prout Bonauentura, & alij ſuper quartum Sententiarum declarant. Inhoneſta vero conuiuia ſunt, comeſſationes guloſæ, & lubricæ, præſertim in domibus ſuſpectorum, aut cum perſonis diffamibus. Conuiuia autem, ſpectacula, torneamenta haſtiludia. curiæ, & choreæ compunctionem extinguunt, contritionem impediunt, ad loquacitatem, diſſolutionem, laſciuiam, cachinnos, iocos ac ſimiles vanitates inducunt, & frequenter inducunt hominem ad communicandum peccatis alienis. Idcirco nullatenus congruunt perſonis regulæ de pœnitentia, ſed & multo plus extant illicita perſonis tertij ordinis, quæ & tria vota profeſſæ ſunt. (Hiſtrionibus ſuæ vanitatis intuitu nihil donent, & ne quicquam illis à propria donetur familia prohibere procurent) ideſt hiſtrionibus, ioculatoribus, mimis, & conſimilibus vanis hominibus nihil dent, nec à ſua familia dari permittant propter illorum geſtus & actus illicitos, impudicos, & diſſolutos: quia hoc eſſet illos fouere in vitijs, & participare

cipare eis in crimine. Veruntamen propter cauſas honeſtas poſſet aliquid eis licite dari,
A vt ſi in grandi neceſſitate conſiſterent, vel cauſa alliciendi ipſos ad meliora. Veruntamen Thomas ſcribit in ſecunda ſecundæ quæſtione 61. officium hiſtrionum non eſt ſecundum ſe illicitum, nec peccant hominibus ludum exhibendo, dummodo tria illa obſeruēt, quæ in ludis licitis ſunt ſeruanda, quorum primum, & maximum eſt, ne ludus exhibeatur per verba, aut facta turpia, aut nociua. Secundum eſt ne grauitas animæ per ludum penitus diſſoluatur. Tertium eſt vt conueniat loco tempori ac perſonæ, & cum debitis circunſtantijs fiat. Quod ſi hiſtriones obſeruauerint iſta, non peccant qui eis præſtant mercedem. Hæc Thomas. Veruntamen quoniam hiſtriones iſta raro obſeruant, tutius eſt eos vitare: Nam & ab omni ſpecie mali eſt præcauendum. Idcirco ſancti doctores Baſilius, & Chriſoſtomus dicunt eos eſſe vitandos, ſicut, & Dominus papa hoc loco. Poſtremo præinductis de figura, & qualitate habitus perſonarum de tertia regula, non repugnat quod nunc communiter fratres eiuſdem regulæ in Leod en. diœceſi commorantes, gerunt caputia admodum paruæ cucullæ ſupra mantellum cum ſcapulari, quia
B nec regula iſtud excludit, & Dominus papa iſtud concedere potuit, habuitque ad hoc concedendum certa motiua. Et quamuis regula iſtud excluſiſſet ac prohibuiſſet, nihilominus pontifex ſummus de plenitudine poteſtatis poterat conceſſionem hanc circa formationem capitij indulgere, cum par in parem non habeat poteſtatem. Vnde papa præcedens manum ſui ſucceſſoris nequit ligare, & quoniam fratres præfata tria vota nūc profitentur. Denique Caſſianus libro de inſtitutis patrum deſcribens habitum monachorum Aegypti aliarumque regionum, inter cætera refert, quod vtebantur cucullis, & tamen monachi illi pro maxima parte erant illiterati, & idiotæ, neceſſaria victui procurantes manuum ſuarum laboribus, quemadmodum, & nunc fratres iſti de tertia regula faciunt. Hæc tango ne quis incautæ loquatur, aut temere iudicet de habitu iſto.

C *Confirmatio prædictorum, & qualiter religioſæ perſonæ ſe debent habere in veſtitu. Articulus. XV.*

PRædictis de humilitate, & vilitate veſtitus perſonarum tertiæ regulæ, cōſonat quod ſanctiſſ. vir Franciſcus in regula ſua prima, & principali inſtituit. Omnes, inquiēs, fratres vilibus indumentis induantur, & poſſint ea repetiare de ſaccis, & alijs petijs. Præterea S. Auguſt. ait in regula ſua: Non ſit notabilis habitus veſter, vnde nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus. In regula vero ſancti Baſilij quæritur, quali affectu oportet accipere veſtimentum vel calciamentum qualecunque fuerit. Ad quod reſpondet Baſilius: Si veſtimentum aut calciamentum quod datur fratri, fuerit nimis breue aut grande ad menſuram ſtaturæ fratris, hoc frater indicare debet ſuperiori aut diſpenſatori, ſed cum
D omni reuerentia, & manſuetudine Si vero frater iraſcatur aut indignetur eo, quod indumentum ſibi datum ſit vile, & abiectum, nec nouum, attendat, quod ait ſaluator apud Lucam decimo capite: Dignus eſt non quicunque, ſed operarius mercede ſua. Diſcutiat ergo ſeipſum, ſi digne operetur opera Dei, & impleuerit omnia quæ præcepta ſunt ei, & tunc aliud non requiret, ſed de eo ipſo quod accepit, erit ſollicitus, timens quod ſupra meritum ſuum acceperit illud. Rurſus in eadem quæritur regula: Si quis pretioſas veſtes abijciat, ipſis autem indumentis vilioribus aut calciamentis vtatur ita compoſite, vt ſtudeat decorem aliquem inde captare, an peccat? Ad hoc reſpondet magnus Baſilius: Qui vult per decorē habitus placere hominibus, manifeſtum eſt eum laborare egretudine huius vitij, quod eſt hominibus velle placere, & certum eſt, mentem eius à Deo longius euagari, imo & hoc eſt vitium (quod eſt perperam agere) dum quis vtitur indumētis aut calceamentis non cauſa neceſſitudinis, ſed decoris Nam quicquid ſit non pro neceſſarijs vſibus, ſed cauſa ornatus vel appetitu alicuius decoris, hoc eſt perperam agere. Præterea fœminæ etiam clauſæ ſolent ſpecialiter aliquam curioſitatem, ſuperfluitatem, & decorem

rem

rem in veſtibus affectare. Propter quod in regula ſua ait Hieronymus. Imperfectiſſimus mulierum affectus ſemper in veſtimentis, & ornamentis extrinſecus gloriam quærit. Nō ſufficit eis innata libido naturæ, ſed quærunt occaſionem laſciuiæ. Quid ô miſera gloriaris atque extolleris in pulchritudine panni? Nonne omnis caro eſt cinis & fænum, & (vt verius dicam) maſſa putredinis, cibus vermium, & fœtidiſſimum ſtercus? O ſi velles te intueri o viliſſima, quantum verecundareris in immunditijs, & fœtoribus corporis tui, quod tam inaniter ornas. Propterea ô chariſſimæ quæ eſtis ſponſæ ac filiæ regis æterni, aſſiſtite ſponſo in veſtitu interiori, deaurato auro charitatis in fimbrijs aureis, ideſt charitatis præceptis, vt iam nihil de virtutibus deſit ornatui mentis veſtræ. Quod ſi vos exteriorum, veſtium delectat ambitio, vel ſi egreſſæ de ſæculi pompa, extollitis vos de dignitate parentum, de proſapia carnis, aut de ſimilibus vanitatibus caduciſſimis, protinus rex cœleſtis expellet vos atque peribitis. Si futuri iudicij rigorem & æterna tormenta recte conſideraueris, delectabit te abiectio veſtium, cuius tædet mulierculas fatuas. Tunc ruſticanus, & abiectus pannus præponetur byſſo, & purpura, tunc groſſa, & rudia ue ſtamina capitis exiſtimabuntur ex ſericis. Hiſtrionibus ac luſoribus regum ac principum relinquenda ſunt mollia mundi. Pudeat nomen religionis habere, & ſe cultu veſtium hiſtrionem oſtendere. Volo ergo vos mortuos eſſe mundo, & tam deiformi, & incompoſita veſte indui, quod ſi quis impudicus vos cerneret, magis moueretur ad riſum, quam ad concupiſcentiam malam. Ideo pannus veſter ſit vilis, & groſſus. Hæc Hieronymus. Itaq; iuxta hæc documenta ſanctorum miniſtri, & rectores ſiue rectrices perſonarum tertij ordinis, ſolliciti ſint ſeipſos exhibere exemplares fratribus atque ſororibus ſibi commiſſis, nō recedendo à ſimplicitate, & humilitate ſuæ regulæ in veſtitu. Idcirco nec griſeo mixto ſuboſcuro, propinquante adnigrum, vtantur. A B

De refectione, abſtinentijs atque ieiunijs perſonarum tertij ordinis. Articulus. XVI. C

AB eſu autem carnium, ſecunda, quarta, & ſexta feria dieque ſabbati abſtineant vniuerſi, niſi infirmitatis vel debilitatis inſtantia aliud ſuaderet. Generale eſt Chriſtianis abſtinere à carnibus feria ſexta, quia in ea pro nobis crucifixus eſt Chriſtus, & ſabbatho, quia tūc requieuit in monumēto, & vehemētiſſimus mœror de Chriſti occiſione oppreſſit beatiſſimam Virginem Mariam, & primos Chriſti diſcipulos atque diſcipulas. Ideo his duobus diebus à delicatioribus cibis vniuerſi abſtinent Chriſtiani, vt Domino ſuo, & primitiuæ eius Eccleſiæ compati videantur, & membra ſuo capiti aliqualiter conformentur. Porro feria quarta multi fideles regulam nullam profeſſi, a carnibus abſtinēt, quia in die illa filius Dei pro nobis eſt venditus. Sed ſecunda feria ab eſu carnium abſtinere multis competit religioſis, quia, & feria illa à ſanctis patribus eſt pœnitentiæ deputata Nam & in Matth. 12. cap. legitur Chriſtus illa feria eſuriſſe. Vnde & quidam religioſi, qui nunquam comedunt carnes, abſtinentius viuunt feria ſecunda quam tertia. Quamuis autem inſtantia ſeu vehementia infirmitatis aut debilitatis ſatis faciliter poſſit inducere ad concedendum licentiam per onis tertiæ regulæ, quod comedant carnes feria ſecunda, aut quarta, niſi aliunde impedimentum occurreret, puta præceptum Eccleſię propter aliquod magnum profeſtum, non tamen ita faciliter daretur licentia comedendi carnes ſexta feria aut ſabbatho. Minutis vero per triduum carnes dentur, videlicet primo die minuti nis, & duobus diebus ſtatim ſequentibus, niſi ex præcepto Eccleſiæ eſſet aliquo illorum dierum à carnibus abſtinendum. Nec ſubtrahantur in itinere conſtitutis feria ſecunda aut quarta propter laborem itineris. Sit quoque illarum carneum comeſtio licita ſingulis perſonis tertij ordinis, cum ſolemnitatem præcipuam interuenire contigerit, in qua cæteri Chriſtiani ab antiquo epulis carneis veſci ſolent. Hinc licet eis comedere carnes in quacunque die euenerit ſolemnitas natiuitatis Chriſti, & feria ſecun- D

da

da ac quarta ſolemnitatis paſchalis,ſecunda quoque feria ſolemnitatis pentecoſtes. A-
A lijs autem d eb is in quibus ieiunium non ſeruatur,oua & caſeus non negentur,ideſt, la-
ct cin js veſci poſſunt, niſi occurrat ieiunium in quo propter præceptum Eccleſiæ à la-
cticinijs abſtinetur, vel in quo perſonæ iſtæ ieiunare iubentur,quæ omni ſexta feria ie-
iunare habent,vt ſequenti habetur capite,sed cum religioſis cæteris in eorum vtpote cæ
terorum conuentualibus domibus licite ſumere valeant de appoſitis cibis, & potibus ab
eiſdem videlicet cæteris religioſis,ita tamen quod vt contra præceptum Eccleſiæ nihil
agatur. Sintque prandij,& cœnæ refectione contenti,exceptis languid:s,& viatoribus,&
infirmis,& etiam operarijs ſeu laboratoribus in domibus aliorum laborantibus, vt infe-
rius habetur. Denique languidi appellantur qui diuturna,& graui infirm tate laborant,
infirmi autem,qui minori aut breuiori,vel ex capitis aut naturalis diſpoſitioni. debilita-
te indigent frequentiori refectione. Sit ſanis cibus moderatus,& potus ſobrius, cum tex-
tus euangelicus habeat: Attendite ne corda veſtra crapula ex abundantia alimentorum,
B & ebrietate grauentur. Iſta quippe ſunt verba Chriſti Lucæ.21.ideo illud pertinet ad
omnem Chriſtianum.Cum enim euangelica lex ſit maxime ſpiritalis perfecta atque di-
uina,iccirco ad vniuerſos ſpectat Chriſti fideles,carnalia vitia, ſcilicet gulam, luxuriam,
maxime deuitare. Propter quod ſanctus Benedictus ait in regula ſua: Remoueatur præ
omnibus crapula, vt nunquam religioſo ſubrixiat ideſt contingat indigeries, quia nihil
ſic contrarium eſt omni Chriſtiano,vt crapula. Prandium autem vel cœna, non niſi præ-
miſſa ſemel dominica oratione ſumatur. Veruntamen perſonæ ordinis huius literatæ, &
quæ vota tria emittunt,plus dicunt pro menſæ benedictione & gratiarum actione: imò
nullus Chriſtianus manducare deberet, quin ad minus diceret orationem donicam ante
refectionem,& iterum poſt eandem, De hac quoque materia plenius dicetur in ſequen-
ti capitulo.

C

De ieiunijs eorum magis in ſpeciali. Articulus. XVII.

QValiter vero ſexta feria totius anni ieiunium celebretur,ideſt,deuote,& reuerenter
obſeruent ob cauſam in præcedenti articulo tactam,niſi forte infirmitate aut alia
cauſa legitima excuſentur. Circa hoc quæri poſſet,an propter itinerationem
aut laborem manualem valeant excuſari à tali ieiunio. Ad quod dicendum videtur,quod
ieiunium illud non eſt ex leui cauſa ſoluendum. Ideo ſi itineratio aut laboratio poteſt
differri aut minorari,ſine notabili detrimento aut damno ſpiritalis aut corporalis ſalutis
aut comoditatis,non debet perſona tertij ordis ieiunium frangere feria ſexta propter iter
aut opus. Si autem neceſſe ſit multum itinerari aut grauiter laborare, ita quod ſimul non
poſſit conuenienter obſeruari ieiunium,poterit ſolui. Quo circa expedit ad ſuperiorem
D pro conſilio,& diſpenſatione recurrere: & qui in tali die non poteſt vna commeſtione
eſſe contentus, ſtudeat ſaltem ſi quiuerit bina refectione contentari, ne nimis recedat à
legis tenore,ac ſtatuti rigore. Omiſſionem quoque ieiunij recompenſent per opera alia
pietatis aut latriæ,præſertim per orationes abundantiores, & per ampliorem cordis hu-
miliationem Sed a feſto omnium ſanctorum excluſiue vſque paſcha,quarta,& feria ſex-
ta ieiunabunt alia quæ ab Eccleſia ſunt ſtatuta, vel ab ordinarijs ex cauſa communiter
indicta ieiunia nihilominus ſeruaturi,ideſt ſimul cum ieiunijs feriæ quartæ, ac ſextæ ſer-
uabunt ieiunium vel ieiunia quæ illis temporibus præceperunt obſeruari ſummi pontifi
ces,vel generalia conſilia,aut Epiſcopi in diœceſibus ſuis. In quadrageſima vero beati
Martini, quæ ſic incip t à feſto Martini vſque ad diem natalis Domini, & à dominica
quinquageſimæ vſque paſcha,diebus ſingulis,exceptis dominicis, in quibus nunquam
eſt ieiunandum propter ſolemnitatem,& gloriam dominicæ reſurrectionis,ieiunare pro-
curent ideſt, ſeipſos ad ieiunandum prudenter applicent, niſi aliud fortaſſis infirmitas
vel neceſſitas alia ſuaderet,infirmis enim non eſt lex poſita, qua aſtringantur ad ea quæ

pro

anis ſunt inſtituta. Neceſſitas quoque(vt fertur) legem non habet. His ſimilia ſunt ſanctis Franciſcus inſtituit de ieiunijs in prima, & principali regula ſua. In quibus en differunt, vt patet legenti regulam illam. Sorores grauidæ vſque ad diem ſuæ pu- A
cationis ab exercitatione qualibet corporali, videlicet à ieiunijs abſtinentijs quæ præſa & conſimilibus arduis pœnitentiæ actibus, orationibus dumtaxat exceptis, quia ſem- er orandum eſt, poterunt, ſi voluerint, abſtinere: quoniam toto tempore illo ſpecialibus gent confortamentis. Et ex iſto clariſſime patet, quod regula iſta prima fuerit pro ſæcu- aribus coniugatis inſtituta. Laborantes autem propter fatigationis afficientis, id eſt, aſſi- gentis inſtantiam, id eſt, vehementiam, à dominicæ reſurrectionis feſto vſque ad feſtiuita tem beati Franciſci ter in die qui exercitio laboris incumbent, licite cibum ſumere poſ- ſunt. Tunc enim quia longiores ſunt dies, propter confortationem naturæ rationabilius hoc ipſum permittitur. Cum vero illos contigerit aliorum imminere laboribus, id eſt, in aliorum domibus aut ſumptibus laborare, de cunctis cibis appoſitis die quolibet ſumere licebit eiſdem perſonis tertij ordinis, niſi feria ſexta vel dies ſit alia, in qua generaliter ab B
Eccleſia ieiunium noſcitur inſtitutum, quia illis diebus ſemel dumtaxat reficiuntur, & ie- iunalibus cibis ſolum veſcuntur. Verum circa vſum, & eſum ouorum, & lacticiniorum in diebus ieiuniorum diuerſi diuerſimode ſe habent. Nunc de fructuoſitate, & multiplicita- te, vtilitate, atque diſcretione ieiuniorum, & abſtinentiarum aliquid breuiter eſt tangen- dum. Itaque ſicut ſancti patres noſtri Caſſianus, & Climacus conteſtantur, fundamen- tum totius ſpiritalis profectus ac monaſticæ conuerſationis, & exordium veræ perfe- ctionis eſt abſtinentia, id eſt parſimonia in cibo, & potu, & caſtigatio corporis per ſacra ieiunia. In quibus niſi ſe homo præſertim religioſus exerceat, nequaquam digne profi- ciet, nec vnquam ad virtutum perfectionem pertinget. Ideo omnes ſancti patres, qui re- ligiones inſtituerunt, rigoroſa, & ardua dederunt mandata de abſtinentijs ieiunijſque ſer- nandis. Ait namque glorioſus Hieronymus in regula ſua: Præparentur cibaria, quibus cor- pora refocillentur ad portandum pœnitentiæ iugum. Dum hora refectionis [adiuua- uerit] ad reficiendum vos, in cibis veſtris nequaquam appareat coecorum induſtria; [non C
ciborum lauta paratio moueat appetitum, ſed fames, non apponantur incentiua libidi- num, ſed quæ extinguere queunt eſuriem, vtpote olera ſiue legumina. Oua, & lacticinia debilitatis perſonis ex ieiunio, & poſt ieiunia, & in feſtis præcipuis permittantur ex gra tia. Raro guſtentur, niſi parui piſciculi. Horridum ſcelus gulæ, quod gignit luxuriam, & pe rimit caſtitatem, cum Dei famulis, & ancillis nullam habeat ſortem. Ideo in ſumptione ci bi, & potus ſit tanta ſobrietas, taliſque parcitas, vt venter potius conquæratur quam gau deat. Non opus ſit cingulum relaxare, quatenus mens à diuinis meditationibus minime retardetur, & corpus non ægeat medicinis. Ipſa quoque comeſtio ſit faceta, ne quis de in- gluuie poſſit notari. Magis repræhendendus eſt turpis modus in comedendo, quam ci- bus: imo in fabis, & ordeaceis panibus nimia auiditas eſt grande peccatum. Vagabundi oculi nequaquam diſcurrant per menſam, neque obſeruent edentes. Vinum in quo eſt D
luxuria, ſponſis ancilliſque Chriſti tanquam venenum ſuſpectum ſit. Sacrilegium repu- tur in fœmina, præſertim in Dei ſponſa, omnis ebrietas. Ignem portat in gremio, qui vti- tur vino aſſiduo. Ventris ingluuies atque ebrietas cauſam atque materiam infirmitatis tribuunt corpori, & animæ. Medicinale vero ieiunium omnem aufert languorem, & om- nem confert virtutem & gratiam. Veruntamen moderatum exiſtat ieiunium, non cauſet iram, aut ſcandalum alijs, nec capitis dolorem aut corporis debilitatem. Si caro fuerit re- bellis ſpiritui caſtigetur ieiunijs, & cella verberibus, quouſque fiat prompte obediens. Hæc Hieronymus. Inſuper ſanctus Baſilius in regula ſua diſſerit: Iuuentutis timor, & fer uor ætatis quaſi freno quodam reſtringi ac reprimi per continentiam debent. Abſtinen- tiam dicimus dum refugimus ſuauia alimenta, & ſumimus ea quæ ſola corporis neceſſitas poſcit. Ideo menſura abſtinentiæ eſt ſecundum quod ætas aut labor, aut robur, vel infir- mitas exigit. Hæc vero conſideratio communis ſit omnibus, vt vſque ad ſatietatem non comedamus. Repleri enim ventrem, & grauari ex cibo, & potu, valde inutile eſt etiam

corpo-

corpori, quia inde grauatur in ſomnum, & ſæpè infirmatur. Nec in fine refectionis ſuauia ſunt ſumenda. Si enim quærimus voluptatem, ventrem facimus Deum. Hinc quæ
A facilius, & vilius comparantur, pro refectione debemus accipere. Hæc Baſilius. Cuius inſtitutioni conſonat, quod in regula ſua ſanctus loquitur Benedictus; Sufficere credimus ad quotidianam refectionem, duo pulmenta, vt qui forte ex vno non potuerit ædere, reficiatur ex altero, & adſint poma, aut legumina. Addatur, et tertium. Hoc tamen præcaueatur, ne vnquam ſubrepat ſatietas, ſiue ebrietas. Hinc, et Auguſtinus in Regula ſua effatur: Carnem veſtram domate ieiunijs, et abſtinentijs cibi, et potus quantum valetudo permittit. Circa quod loquitur Hugo. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſed ne præualeat, per ieiunium, et abſtinentiam eſt domanda, tamen cum diſcretione. Bona enim pereunt, niſi cum diſcretione agantur. Qui carnem ſuam ſupra modum affligit, ciuem occidit: et qui eam plus quam oportet reficit, hoſtem nutrit. Sic ergo eſt nutrienda, vt ſeruiat rationi obediendo: ſic domanda, vt non ſuperbiat rebellando. Hoc in abſtinentia eſt iugiter attendendum, vt vitia extinguantur, non caro. Dum caro doma-
B tur, ſpiritus roboratur. Sed heu heu in iſto iam omnes deficimus vehementer, atq; à ſanctorum Patrum ſalutari rigore vltra modum receſſimus. Ideo comparatione illorum humiliemus nos vehementer, & vitam noſtram non reputemus eſſe alicuius momenti. Imo nomine Religioſorum arbitremur nos prorſus indignos, & cum timore Dei, & compunctione accipiamus cibum, & potum, conantes patrum noſtrorum veſtigia ſaltem aliqualiter imitari. Nec putemus nos habere cauſam ſufficientem recedendi à prætecto patrum rigore, ita extreme. Quantum enim reuera poſſit ſufferre humana natura experientia docet in abſtinentijs, quas incarcerati patiuntur coacte, & quas aliqui faciūt pro corporis ſanitate. Profecto ſi homines ſuas probarent vires, inuenirentur ſe plus poſſe, quam credunt. Multi probant ſuas vires lapidem proijciendo, luctando; ſed in ijs, quæ ſunt Dei, & ſuæ ſalutis, vires ſuas probare recuſant. Hinc ſanctus ait Bernardus. Ignoſce Domine, ignoſce, diſſimulamus, tergiuerſamur, & in ijs, quæ pertinent ad te, vix
C eſt, qui velit experiri quid poſſit. Paulus ait: ad Phil. 4. cap. Omnia poſſum in eo, qui me confortat. Et diffidimus, nos pauca poſſe: proculdubio poſſumus multa, ſed nolumus. Inſuper valde penſandum, ac formidandum eſt cunctis Religioſis, quod in ſumma ſua, afferit Antiſidoreñ, Tenuitas, inquit, victus, & veſtitus, ita eſt de eſſentia Religionis propter votum paupertatis, quod ſuper eam non cadit diſpenſatio.

De Confeſſione, & Communione Fratrum. Articulus XVIII.

Singuli Fratrum, & Sororum tertij Ordinis ter in anno, ſcilicet Feſtiuitatibus Natalis Domini, Reſurrectionis, & Pentecoſtes, peccata propria confiteri, & Euchariſtiam deuote ſuſcipere non poſtponant, reconciliãdo ſe proximis ſi aliquibus iniuriã fecerunt,
D veniam ab eiſdem petendo, & ſatisfaciendo, & reſtituendo etiam aliena, ſi alicui ſua abſtulerunt, aut iniuſta poſſident bona. Iſtud pro ſæcularibus perſonis tertij Ordinis eſt ſtatutum. Nunc verò qui tria vota emittunt, multo frequentius confiteri, frequentius quoq; debent communicare. Itaq; Miniſtri, ac Sacerdotes, & Rectores perſonarum tertiæ regulæ ſapienter, ardenter, ac ſæpè inſtruant fratres, & ſorores ſibi commiſſos, qualis debeat eſſe confeſſio, et quam diſtinctè, et particulariter, ac circũſtantialiter debeant ſua confiteri peccata ex grandi contritione, et caſto, ac ſapientiali pudore. Nec ſolum peccata commiſſionis, ſed item omiſſionis. Quia vt aſſerit ſanctus Thomas ſuper Iob. homo quotidie plus peccat omittẽdo opera bona, quæ facere obligatur, aut poſſet, quam mala committendo. Deberemus namq; totum tempus vitæ noſtræ fructuoſe expendere. Confiteri etiam præcipuè debent, quod diuinum officium, et obſequium quotidie tam indeuotè, tam irreuerenter, et negligenter perſoluunt, quod in orationibus, et meditationibus ſuis, ita diſtracti, et frigidi ſunt, et ꝙ iuxta exigentiam, ſeu condecentiã ſuæ vo-

D cationis.

cationis,et profeſſionis non profecerunt quotidie in omni humilitate,patientia,manſue-
tudine ſobrietate, pace,concordia,obedientia,charitate,quod non diſcunt,nec aſueſcunt
ſicut deberent ſeipſos in omnibus frangere, abnegare atq; ſalubriter mortificare,iram, A
ſuperbiam, acediam,gulam,et cęteras paſſionum ſuarum motus,ac impetus refrenare,
quod correptiones, et correctiones ſuperiorum ſuorum non acceperunt cum debita hu-
militate,et gratiarum actione,nec ſuperioribus ſuis debitam reuerentiam,ac obediētiam
impenderunt. Inſuper confiteantur de quotidiano exceſſu,in cibo,potu,ſomno præſer-
tim in verboſitate,de incuſtodia exteriorum interiorumq; ſenſuum, et quod in exteriori
labore mentem ſuam tam raro leuant ad Creatorem, mentaliter, orando, meditando,ac
ipſum laudando. Quod etiam in præſentia,et conſpectu altiſſimi tam impure,et pigre,
ac irreuerenter ſe habent, quod non emendāt ſe quotidie ſicut oportet,quod proni fue-
runt alios iudicare,aut aſpernari etiam forte ſuos ſuperiores,vel ex leuibus ſignis malum
ſuſpicari de proximis ſuis,et quod coram alijs inexemplares fuerunt,aut quod eos ſcan-
dalizauerunt,offenderunt,aut turbauerunt. De ijs,et alijs,prout conſcientia dictat,con- B
fiteantur confeſſione humili,nuda,pura,et doloroſa cum præcordiali,et integro emenda
tionis totalis propoſito. Præterea informandi ſunt qualiter ad ſacram Communionem
ſe pręparare et accedere debeat cum ingenti filiali timore,ardenti amore,profunda hu-
militate. Debent autem ſe præparare, vt tactum eſt,cum præuia diligenti examinatio-
ne conſcientiæ ſuæ, et integra confeſſione, ita quod de ſuis peccatis intime doleant, in
quantum ſunt offenſiua inhonoratiuaq; Dei, et contra eius præcepta,aut contra vota ei
facta. Attendere etiam debent Sacramenti dignitatem, quod in hoſtia conſecrata vere
extat vnigenitus Filius Patris æterni,Deus,et homo,quem cum omni reuerentia,humili-
tate,charitate,& ſynceritate debent accipere,atq; poſt ſumptionem ſuper digniſſimi ſa-
cratiſſimiq; Sacramenti,debent ſe coram Deo cuſtodire,gratanter,ac deuote habere im-
moderantiam cibi,& potus,loquacitates,leuitates,& diſſolutiones prorſus vitando, atq;
orationi, meditationi,ac laudibus Dei vacando. Præterea aduertendum,quod in primi- C
tiua Eccleſia fideles quotidie communicabant.Poſtea autem ſucceſſores ipſorum confi-
tebantur,& communicabant ad minus ſemel in omni hebdomada. Poſt modum chari-
tatis feruore magis deficiente,poſteri fecerunt hoc ſemel in omni menſe,& in feſtis præ-
cipuis. Dixerunt quoq; nonnulli Doctores, quod homo qui ſibi conſcius eſt de quo-
cunq; mortali peccato, ſtatim confiteri ſit obligatus, puta, tam cito,vt poterit confeſſo-
rem habere. Alij autem doctores circa hoc aliter ſunt locuti,ſed quicquid inde dicatur,
certum eſt, quod nunquam deceat religioſum ire ad lectum ſine confeſſione præuia, ſi
fuerit ſibi conſcius de aliqua mortali tranſgreſſione. Vnde glorioſus Hieronymus ait in
regula ſua: In hac vita nihil validius,vel ſalubrius eſt conceſſum hominibus quam ſtatim
peracto delicto, non differre confeſſionis medelam. Impugnationis arma fratres ſecum
non deferant, niſi pro defenſione Romanæ Eccleſiæ,imo & totius vniuerſalis Eccleſiæ,
quæ frequenter nomine Romanæ Eccleſiæ deſignatur. Vel fidei Chriſtianæ,quam vnuſ- D
quiſq; fidelium iuxta qualitatem, & vires ſui ſtatus tenetur defendere tempore oppor-
tuno: Vel etiam terræ ipſorum. Nam bonum commune eſt præferendum bono perſo-
næ,aut de ſuorum licentia miniſtrorum, qui ex rationabilibus cauſis,dumtaxat illam de-
bent licentiam dare.

De horis dicendis, & qualiter ſit orandum. Articulus XIX.

Dicant vniuerſi fratres tertiæ regulæ quotidie ſeptem horas canonicas. Quod qua-
liter ſit intelligendum, ſubiungitur. Clerici videlicet, ſcientes pſalterium,id eſt,
qui tantum ſunt eruditi, quod Pſalmos in latino legere poſſint,pro prima. Deus in nomi-
ne tuo,&c. & beati immaculati vſq; ad legem pone, &c. cum capitulo,verſiculis,oratio-
ne, & alijs debitis additamentis, iuxta Clericorum ordinem, id eſt,ſecundum modum,&
obſeruan-

obſeruantium Cleri, ad cuius Dioeceſim pertinent. Porrò in decretalibus præſertim in exordio tertij decretalium, nomine Clericorum intelliguntur Canonici. In decreto au-
A tem 81. diſt. capite Cleri, vel continentes, per clericos interdum intelliguntur omnes in ſacris Ordinibus conſtituti, vel etiam qui aliquem quatuor inferiorum ordinum habent. Qui verò in aliquo ſacro conſtituti ſunt ordine, tenentur ad horas has ex ſtatuto Eccleſiæ propter Ordinem ſacrum, quamuis nondum ſint beneficiati. Si ergo aliquis intret ordinem tertium, vel in eius nouitiatu exiſtat, tenetur ad horas, & ſatisfacere poteſt legendo eas cum Sacerdotibus, & Clericis Congregationis, in qua extat in probatione. Melius vero eſt, vt ſolitum ordinarium teneat, quouſq; fuerit in ordine ipſo indutus tanquam nouitius. Si autem eſt clericus, non tamen in ſacro Ordine poſitus, ſed competenter eruditus, non tenetur ad horas Canonicas. Commendabile tamen eſt, vt cum Sacerdote miniſtro, aut cum alijs in congregatione exiſtentibus clericus horas legentibus, legat eaſdem. Cum vero ad Eccleſiam non accedant, id eſt, ad Parrochialem, ſeu matricem Baſilicam. Iſtud quippe pro coniugatis, & ſæcularibus eſt inductum, pro matutino
B Pſalmos dicere ſtudeant, quos dicunt clerici, id eſt, Canonici, aut Sacerdotes, vel Eccleſiæ Cathedralis, in qua eſt Sedes Epiſcopalis, vel ſaltem, id eſt, ſi illud eſt eis nimis prolixum, non faciant minus quam fratres illiterati. Hic ſubditur, vt illiterati alij fratres dicant pro matutino duodecim, et pro alia qualibet hora ſeptem vicibus Pater noſter cum gloria Patri, addendo gloria Patri cuilibet Orationi Dominicæ, et Salutationi Angelicæ, vel ſaltem ſeptem, melius tamen cuilibet. Quibus videlicet primæ, et Completorij horis minus Symbolum, ſcilicet Symbolum Fidei ab Apoſtolis editum, et Miſerere mei Deus adijciant, qui nouerunt. Sed ſi horis non dixerint conſtitutis, id eſt, ſi non dixerint Symbolum illud, et Pſalmum miſerere mei Deus ad primam, et completorium, eo quod neſciant ea. Multi tamen ſciunt Symbolum illud. Qui pſalmum illum ignorant, dicat tribus vicibus Pater noſter cum Salutatione Angelica, tam ad primam, quam ad completorium,
C etiam ſi omiſerint, niſi pſalmum prætactum quem in theutonico dicere poſſent, aut legere. Infirmi autem horas huiuſmodi non teneantur dicere, niſi velint, præſertim ſi tanta ſit rerum infirmitas, quod ſine capitis debilitatione non queant has horas perſoluere. In Quadrageſima vero Sancti Martini, quæ incipit die proximo poſt Feſtum ſancti Martini, niſi forte dies illa proxima eſſet Dominica, et in maiori Quadrageſima Eccleſias, in quarum Parochijs habitant matutinalibus horis perſonaliter adire curent, id eſt matutinali Officio ibi interſint ſaltem diebus Dominicis, ac feſtiuis, niſi ex cauſa rationabili excuſentur, puta ex infirmitate, aut ſimili cauſa. Perſonæ autem tertij Ordinis tria vota profitẽtes, ſublimiora his faciunt, atq; quotidie multũ mane deinde, et alijs diei tẽporibus præfatas ſuas horas, et orationes in cõgregationũ ſuarũ Eccleſijs offerunt Deo. Hæ ergo perſonæ ſũt inſtruẽdæ, ac feruide admonẽdæ, vt corde atẽto, et recollecto affectuoſo, ac ſtabili creatorem ſuum exorent, collaudent, & contemplentur, quatenus ſic in refecto-
D rio ſuo agunt, quod ibi agendum eſt, corpora ſua reficiendo, ita in Eccleſia, ſeu Oratorio nil agant, niſi ad quod conueniunt, & propter quod inſtitutus eſt locus ille, ſecundum quod ſancti Patres in regulis ſuis docuerunt. Ait namq; in ſua Regula ſanctus Auguſt. In Oratorio nemo agat, niſi ad quod factum eſt, & vnde nomen accepit. Cum Deum oratis, hoc verſetur in corde, quod profertur in ore. Hoc eſt, quod ſanctus Benedictus ait in regula ſua. Oratorium hoc ſit, quod dicitur, nec aliud ibi geratur. Nec vnus ſua improbitate impediat alium deuote orantem. Nec alta voce quis orat, ſed cum lachrymis, conpunctioneq; cordis. Si enim dum hominibus potentibus volumus aliqua ſuggerere non præſumimus alloqui eos, niſi cum humilitate, & reuerentia, quanto magis Domino vniuerſorum cum humilitate, puritate, & deuotione ſupplicandum eſt. Vt non in multitudine verborum, ſed in puritate cordis, & compunctione lachrymarum ſciamus nos exaudiri. Nam quamuis vbiq; ſciamus Deum eſſe præſentem, maxime tamen in fratrum congregatione, dum ad diuinum Officium ſimul adueniunt. Hinc, & ſanctus Hieronymus in regula ſua hortatur. De cellulis veſtris præmiſſa oratione ad matutinas

excubias cum ſumma quiete ad Eccleſiam conuenite, ſponſum animarum ſanctarum matutinis laudibus, & orationibus excitate, vt exurgat in auxilium veſtrum. Tunc ſumma deuotio, crebra ſuſpiria, ac lachrymas fundat. Nulla alia verba in Eccleſia proferantur, ſed illud in mentis arcano cum ſumma diligentia ruminetur, quod per ſancta verba ſignificatur. Nullius eſt meriti ore diuina eloquia verboſitare, & miſera mente euagando inania circuire. Itaq; iuxta doctrinam ſancti Baſilij debemus verba orationum, & pſalmorum cum interno guſtu proferre, quatenus ſicut corporeus guſtus vnamquamq; buccellam ſumit, & maſticat cũ certo, et diſtincto ſapore, ſic interior guſtus animæ cum affectu, et guſtu ſpirituali ſenſum verborum aduertat. Amplius, qui cupit deuota et ſtabili mente orare, debet ſui ipſius indigentiam, prauitatem, fragilitatem, atq; pericula acutiſſime intueri, omnipotentiſq; Dei præſentiam, maieſtatem, pietatem, ac iuſtitiam ſapienter inſpicere. Sic ex conſideratione propriæ defectuoſitatis, et vitioſitatis cum maxima contritione, et ſuiipſius aſpernatione fundere precem. Ex conſideratione quoq; propriæ indigentiæ, ac periculorum animæ ſuæ debet cum præcordialiſſima affectione Dominum inuocare. Ex contemplatione autem infinitæ maieſtatis, et excellentiæ Dei debet cum vehementi reuerentia atq; cuſtodia cordis in ipſius aſpectu aſſiſtere, et præcari. Porrò ex contemplatione metuendiſſimæ Diuinæ Iuſtitiæ debet cum timore, et tremore orationem offerre, et ita coram Deo ſe repreſẽtare, ſicut ſtant rei mortis ante faciem Iudicis. Ex contemplatione demum infinitæ pietatis, & miſericordiæ Dei debet cum humili fiducia exorare. Poſtremò ſi rectè perpendimus cauſas, & fructus orationum noſtrarum, debemus vtiq; libenter, & indeſinenter cum diligentia, & feruore orare. Cur enim Dominum Deum noſtrum inuocamus, & exoramus, niſi vt peccata noſtra nobis dimittat, gratiam, & virtutes, donaq; Spiritus ſancti infundat, de dæmonum manibus nos liberet, ab æterna damnatione nos præſeruet, ad perpetuã beatitudinem nos perducat, ſeruos, amicos, & filios ſuos nos facere dignetur. Nonne pro tantis, ac talibus cauſis orandum eſt cum incomparabili inſtantia, cum ſumma affectione, cum indeſeſſo labore? Si reus mortis ſtans ante Iudicem Principemq; terrenum habeat aliquam ſpem obtinendi miſericordiam, & euadendi mortem, cum quanta humilitate, & deſideratione, quam lachrymoſe, formidoſe atq; inſtanter Principem deprecatur, quam magnam emendationem promittit. Nos ergo qui toties tamq; enormiter omnipotentem Iudicem Deum immenſæ maieſtatis offendimus, qui toties infernalem damnationem meruimus, cum quanta humilitate, contritione, tremore, deſiderio, & infatigabilitate Deum exorare debemus, ac indigemus. Hoc prætereà recolendum, q perſonis tertij Ordinis in ſacris conſtitutis ordinibus, atq; in Diœceſi Leodieñ manentibus, per Apoſtolicam Sedem iniunctum eſt, vt omnes horas Canonicas vniformiter teneant, & perſoluant ſecundum ordinem, & tenorem Eccleſiæ Leodieñ demptis quibuſdam hiſtorijs, & ordinantijs alijs, quas Romana Eccleſia non obſeruat. Additis quoq; ſeu reſecatis aliquibus alijs, prout quidam viri notabiles prælatione, & doctoratu ornati, iudicauerunt conuenire Religioni, & deuotioni Sacerdotum, & Clericorũ huius ordinis. Verumtamen in iſto miniſtri tertiæ regulæ habeant Deum præ oculis, ne à prætactis viris obtineant, (vt ante iam obtinuerunt) nimiam alleuiationem diuini Officij, & decurtationem in horis Canonicis, quia non decet, nec licet Religioſos talia quærere, aut magis exoneratos eſſe à prolixitate horarum, quam ſunt Sacerdotes, aut Clerici ſeculares.

De teſtamento Fratrum tertiæ Regulæ. Articulus XX.

Debent prætereà perſonæ tertiæ regulæ, quibus de iure facultas, id eſt poſſeſſio affuerit, facere teſtamentum, & de bonis ſuis diſponere, ac ordinare infra tres menſes immediatè ſequentes poſt ingreſſum eorum in ordinem iſtum, ne quemquam illorum contingat decedere inteſtatum. Illud inſtitutum videtur pro ſæcularibus perſonis ordinis,

ſtinis.ad præcauendum periculum,ſi forte improuiſa morte.aut alio impedimento con-
dendi teſtamentum præuentæ.obierint inteſtatæ, ex quo iurgia poſſent oriri propter fa-
A cultates quas deſerunt. Qui autem tria vota emittunt,poſt ſuam profeſſionem condere
nequeunt teſtamentum,ſed ante profeſſionem. Et relinquendi ſunt ſuo arbitrio,vt faciãt
teſtamentum ſicut voluerint,dando ſua pauperibus aut congregationi ſeu clauſtro,vt in
regula ſancti Benedicti habetur. Nec licet aliquid ab eo exigere, Sanctus autem Baſilius
in regula ſua videtur magis innuere,quod potius debeant ſua dare cænobio. Beatus etiã
Auguſtinus in regula ſua ſcribit:Qui aliquid habebant in ſæculo , quando ingreſſi fuerint
monaſterium libenter velint illud eſſe commune .

De pace perſonarum tertij ordinis inter ſe & alios.
Articulus. XXI.

B DE pace vero inter fratres , & ſorores tertij ordinis aut etiam de pace inter eos . &
exteros id eſt,alios qui non ſunt de eorum regula,in diſcordia poſitos. ſicut mini-
ſtris videbitur,ita fiet,ideſt,miniſtri iuxta ſuam diſcretionem pacificabunt , & concorda-
bunt eos adinuicem, niſi aliter fuerint inter ſe concordati,adhibito(ſi facultas affuerit) p-
ſius diœceſani conſilio in hac parte.ideſt , ſi tanta fuerit illorum diſcordia , quod miniſtri
non valuerint eos inuicem pacificare,habebunt recurſum ad ſuum Epiſcopum,ſi poſſibi-
le eis eſt vel ad officiatos Epiſcopi. Omni etenim Chriſtiano valde neceſſariũ eſt,vt quan
tum ſibi poſſibile eſt habeat pacem atque concordiam cum proximis ſuis . quemadmo-
dum Ro.12.cap.ait Apoſtolus.Si fieri poteſt,quod in vobis eſt cum omnibus hominibus
pacem habete. Chriſtus quoque in Euan. Beati pacifici,inquit quoniam filij Dei vocabun
tur. Vnde & ſuos diſcipulos ſic ſalutare ſolebat. Pax vobis. Quibus & iuſſit. In quamcun-
C que domum intraueritis primum dicite:Pax huic domui. Quemadmodum enim pacifici
& concordes in bonis,ſunt filij Dei,ita & turbatores & diſcordes ſunt filij,& ſerui diabo-
li. Qui autem conſiderat quam grauiter & multipliciter ipſe Dominum Deum offendit,
& quod Deus omnipotens , ſuis vitijs non ignoſcet,niſi & ipſe alijs ignoſcat, non audet
ſuis iniuriatoribus inimicari,vel ſi alius indignatur,faciliter ad pacem concordiamq; redu
cetur. Hinc Leo papa diſſeruit:Nihil ita appetendum eſt Chriſtiano, ſicut pacem habere,
cõcordiã obſeruare, Nec poſſumus eſſe filij vnius patris cœleſtis,niſi pacifici ac cõcordes
fuerimus. Et ſi iſtud ſic conuenit cuilibet Chriſtiano,quanto magis religioſis. Denique cũ
exteriora ſint ſigna interiorum,quanta hypocriſis eſt,vt in religioſis, quorum vnus,eſt ha
bitus. vna regula,eadem profeſſio,vna domus vna menſa. eadem obſeruantia corporalis.
ſit interior diſcordia,diuiſio cordis,auerſio mentis? Pręterea ſicut boni,& humiles fratres,
qui quantum in ipſis eſt,pacem , & concordiam ſeruant cum alijs præſertim cum ſupe-
D rioribus ſuis,habent paradiſum in terris,ideſt,conſolationem maternam,tranquillitatem
& conſcientiæ ſecuritatem,deinde habituri paradiſum cœleſtem,ſic turbulenti , diſcor-
des,duri, & obſtinati in peruerſitatibus ſuis habent infernum in ſæculo iſto,deinde habi-
turi damnationem infernalem in ſæculo futuro. Ideo in Eccle.2.cap. Salomon ait: Homi-
ni bono dedit Deus ſapientiam,& lætitiam.peccatori autem afflictionem,& curam ſuper
fluam. Hinc & Apoſtolus loquitur. Non eſt regnum Dei eſca & potus,ſed iuſtitia, & pax
& gaudium in ſpiritu ſancto. Itaque quæ pacis ſunt ſectemur, & quæ ædificationis ſunt
inuicem cuſtodiamus. Hinc iterum affectuoſiſſime. Phi.2.cap.exhortatur: Si qua conſola-
tio in Chriſto,ſi quod ſolatium charitatis,ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſericor
diæ implete gaudium meum,vt idem ſapiatis vnanimes,idipſum ſentientes. Hæc itaque
moueant,& inducant miniſtros, vt cum ſumma diligentia fratres, & ſorores ordinis ſui
ad pacem & concordiam aſſidue enhortentur,& diſcordantes concordent,duros , & tur-
batores debite diſciplinent,præſertim eos qui communitatem perturbant , ſcandalizant,
contriſtant. Nam vt Climacus proteſtatur,turbator communitatis eſt lupus,totum oui-

le

ſe Chriſti inquietans,& tanquam viſibilis dæmon. Veruntamen nullus ſic amet pacem,
& concordiam, vt alijs conſentiat aut conformetur in vitijs, ſed ſic pacem concordiam-
que amemus,quod fratres,& proximos noſtros non offendamus,neque turbemus per ver A
ba illicitita aut per opera mala,aut omittendo quod rationabiliter fieri petunt à nobis Si
vero fratres vel contra ius vel contra eorum priuilegia eis a ſummo pontifice aut pro-
prijs diœceſanis conceſſa per poteſtates ſeu rectores locorum vbi domicilium,ideſt, do-
mum ſeu manſionem obtinent, vexationibus impetrantur,ideſt, ſi principes,aut iudices
ſeu officiati ſæculares aliquid iniuſte exigant à fratribus tertij ordinis,velut a hominibus
omnino mundanis,miniſtri loci ad Epiſcopos, & alios locorum ordinarios ſtudeant ha-
bere recurſum,ideſt primo recurrant ad proprium præſulem pro conſilio aut auxilio. Et
ſi ab eo ſufficienter adiuti non fuerint, ab alijs quoque Epiſcopis petant informationem,
& opem, iuxta conſilium, & ordinationem ipſorum Epiſcoporum in talibus proceſſuri,
ideſt,acturi contra præfatos principes iudices aut rectores mundanos. Nam & ipſi fra-
tres de tertio ordine,quamuis coniugati,& in ſæculo commorantes, certa priuiligia ha-
bent: nec inter pure ſæculares ſunt computandi, Imò vt vir famoſæ virtuoſitatis ac ma- B
gnæ religionis pater Ioannes de Campeſtrano, doctor inclitus in vtroque ordinis ſancti
Franciſci ſanctus Senex,qui adhuc agit in humanis, miraculiſque choruſcat,in ſpeciali
tractatu magiſtraliter probat,priuilegio clericali debent gaudere.

Quod perſonæ tertij ordinis debeant ſe à iuramento cauere, & qualiter poſſint iurare. Articulus. XXII.

A Iuramentis autem ſolemnibus,quæ videlicet coram iudice ſecundum proceſſum,&
ordinem iuris fiunt,omnes fratres tertiæ regulæ abſtineant,niſi neceſſitate cogente
in caſibus per indulgentiam,ideſt,conceſſionem Apoſtolicæ ſedis,exceptis,videlicet pro
pace,pro fide,calumnia,& teſtimonio præhibendo,ideſt,quando occurrit neceſſarius ca- C
ſus iurandi ſolemniter pro pace inter homines recuperanda aut conſeruanda,aut pro fi
delitate firmando,aut pro calumnia ſeu iniuratione aut falſa criminatione vitanda, aut
ad teſtificandum pro veritate, & contra iniquitatem, aut etiam in contractu emptionis
venditionis & donationis,vbi videbitur expedire,ideſt,ad proteſtandum,quod aliquid ſit
legitime emptum aut venditum ſeu donatum, dum ſcientia dictauerit eſſe expediens vt
pro talibus rebus iuretur. Tuncque iurandum eſt cum grandi reuerentia maieſtatis diui-
næ atque ſanctorum,& cum recta intentione ex charitate,& zelo iuſtitiæ. Sicque iuratio
illa eſt actus virtutis,quæ latria appellatur. In communi quoque loquela, ideſt in quoti-
diana locutione vitent vt poterunt,iuramenta. Certum eſt quod vnuſquiſque etiam pe-
nitus ſæcularis poſſit vitare illicita iuramenta, ſi debitam appoſuerit diligentiam ad vi-
tandum,quia,& tunc non deerit auxilium gratiæ Dei. Porro iuramentum eſt dupliciter il D
licitum. Primo quoniam falſum,& hoc vocatur periurium,quod ex ſuo genere eſt pecca-
tum mortale. Secundo,quia quamuis ſit verum,tamen ſine rationabili cauſa ſit, quod eſt
iuramentum inane. Quod ſi ex conſuetudine fiat,non excuſatur à culpa mortali, cum &
hoc ſit contra diuinæ reuerentiam maieſtatis; aſſumere Deum in teſtem ſine rationabili
cauſa,atque ex leuitate,& vſu malo. Ideo Dominus in Exo. 20. cap. iuſſit: Non aſſumes
nomen Dei tui fruſtra,ideſt inaniter ſeu ſine cauſa condigna. Idcirco quod aſſerit Auguſti
nus,non eſt peccatum verum iurare, intelligendum eſt dum ſubeſt rationabilis cauſa iu-
randi. Denique ad vitandum periculoſam ac peſſimam iurandi conſuetudinem, & iura-
menta inania. Chriſtus Mat. 5 cap. prohibuit atque diſſuaſit omnem iurationem. Ego in-
quiens,dico vobis non iurare omnino. Sit autem ſermo veſter,eſt eſt,non non. Quod ijs
abundantius eſt,à malo eſt, Sic & Iacobus Apoſtolus. 23. cap. ait: Ante omnia, nolite iura-
re. Hinc quoque in Eccleſiaſtico cap. 5. ſcriptum eſt: Iurationi non aſſueſcat os tuum,
multi enim caſus in ea. Vir multum iurans,replebitur iniquitate,& non deficiet de domo
eius

eius plaga. Et qui de aliquo minus caute iurauerit ex lapſu linguæ prout contingere in multiloquio conſueuit, die ipſo in ſero cum debet recogitare quid fecerit, dicat tribus A vicibus orationem Dominicam, propter incaute facta huiuſmodi iuramenta ideſt de ſero antequam vadat dormitum, quando debet conſcientiam ſuam diſcutere, conſiderando qualiter totum diem expenderit, quid boni omiſerit, & quid mali commiſerit in eodem, tunc ſpecialiter pœniteat de incauta iuratione, & vt ſibi indulgeatur, ter dicat orationem Dominicam cum ſalutatione angelica, & multo amplius debet dolere, veniamque præcari, ſi ex propoſito periurauit. De cæteris quoque ſuis peccatis tunc debet pœnitere, remiſſionem à Domino poſtulare, firmum emendationis propoſitum aſſumere, & item. proponere quod tempore ſuo confitebitur ſacerdoti ſuper ipſum iuriſdictionem habenti, & iuxta illius arbitrium, ſit ſatisfacturus.

B

De aliquibus laudabilibus obſeruantijs. Articulus. XXIII.

MEmor autem ſit quilibet, vt ad diuina obſequia familiam propriam exhortetur, ideſt vnuſquiſque pater familias aut mater familias de tertij ordinis regula, ne non obliuiſcatur ſuam ſobolem atque domeſticos congruis horis admonere, ad diuinorum, & Eccleſiaſticorum obſeruantiam preceptorum, & ad mores laudabiles, ad euitandum quæque mala colloquia. Cumque ſoboles aut domeſtici alij contra hæc egerint, pater familias & mater familias debent peccantes corripere. Nam & Apoſtolus ait: ad Timo. 5. ca. Siquis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. Vniuerſi ſane fratres tertij ordinis cuiuſcunque ciuitatis, & loci ſi comode poterunt diebus ſingulis officium miſſæ audiant: & qui mechanica manuaria exercent officia, ſtudeant mane Miſſam audire, antequam ad exteriora procedant opera exequenda, C vt ſic impleant quod Mat 6. cap. ait ſaluator: Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius. 2. ca. Et menſe quolibet ad Eccleſiam ſiue locum, ad quam Eccleſiam vel ad quem alium locum miniſtri curauerint intimare, conueniant die ſtatuto, Miſſarum ſolemnia ibi audituri. Vnuſquiſque autem, ideſt quælibet perſona ibi collecta, vſualis monetæ denarium maſſario vtpote collectori ſeu receptori illius pecuniæ tribuat, qui pecuniam huiuſmodi colligat, & eam de conſilio miniſtrorum diuidat inter fratres, & ſorores paupertate grauatos & præcipuæ infirmantes, ac eos qui funeris carere dinoſcuntur exequijs, ideſt neceſſaria funeri non habentes, vel ad hoc quod pauperibus mortuis fiant exequiæ de parte aliqua illius pecuniæ. Et deinde inter pauperes alios, qui non ſunt de tertio ordine, diuidant congruenter reſiduum collectæ pecuniæ, ſi de ea ſupereſt. ita vt cæteris pauperibus, præſertim infirmis, & ſenibus, ac domi iacentibus, faciant æquam diuiſionem iuxta eorum penuriam. Iſtud totum eſt opus pietatis, & charitatis fraternæ. Porro in littera D ſta nõ exprimitur quantitas valoris denarij dandi, ideo admonẽdi ſunt vt vnuſquiſque iuxta ſuam facultatem ſit charitatiuus, & liberalis in contribuendo, etiam ſi placuerit ſibi duos aut plures denarios. Tuncque ſi commode poterunt, virum religioſum, & in verbo Dei competenter inſtructum habere procurent, qui vita, fama atque ſcientia ſit ad prædicandum idoneus, & de approbata religione conſiſtat, Et condecens eſt, vt ſit de ordine ſancti Franciſci, & obſeruans qui eos ad pœnitentiam, & miſericordiæ opera exercenda hortetur, ſolicite moneat, & inducat. Nam per opera miſericordiæ corporalia aut ſpiritualia præcipue dimittuntur peccata, chariſmata gratiæ impetramur, atque æterna obtinetur fœlicitas, ſicut ſaluator Lucæ 12. cap. teſtatur. Quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Itemque Mat. 5. capite. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Hinc iterum ait ſcriptura Eccl. 29. capite Cõclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & ipſa orabit pro te ad Dominum. Quia ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum. Hinc quoque venerabilius ille Thobias admonuit filium ſuum dicens: Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere, ita enim fiet vt nec

à te

à te auertatur facies Domini. Quomodo potueris, ita eſto miſericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: Si autem parum habueris, etiam modicum libenter impartiri ſtude. Eſt autem eleemoſyna danda ex charitate, non vanitate, ad Dei honorem non ad laudem ſui, aut propter commodum proprium. Præterea aurea eſt illa eleemoſyna, & Deo gratiſſima, quam homines boni de ſua paupertate, aut de manuum ſuarum laboribus faciunt. Atq; ad exhibendum talia miſericordiæ opera, miniſtri, & matres perſonæq; cæteræ tertij ordinis debẽt eſſe charitatiuæ, ac liberales in Domino, non tenaces tardi aut duri: quia reuera huiuſcemodi miſericordiæ opera non ſolum in futuro, ſed etiam in præſenti vita copioſe ac multipliciter remunerantur à Domino, non ſolum per ſpiritualem gratiarum infuſionem, ſed etiam per temporalium multiplicationem, quemadmodum, & decimarum ac primitiarum atque oblationum debita, prompta, & deuota ſolutio, prout ſancti patres Hieronymus, & Hugo teſtantur deniq; ſi alicui conuentui tertij ordinis data ſunt aliqua temporalia bona hac conditione, vt pauperibus tribuantur, non ſufficit illa ſuperuenientibus hoſpitibus exhibere, ſed iuxta conferentium voluntatem ſunt in eleemoſynam expendenda, & oſtiatim mendicantibus alijſue pauperibus, infirmis ac domi iacentibus danda. Nam hoſpitalitatem exhibere, & eleemoſynam dare, ſunt diſtincta opera miſericordiæ, quamuis extenſe loquendo quodlibet miſericordiæ opus interdum eleemoſyna nuncupetur. Studeat quilibet dum Miſſæ celebratur officium, & dum prædicationis verbum proponitur, ſeruare ſilentium, orationi, & officio, ideſt diuino obſequio, & celebrationi ac ſermocinationi ſic intentus. Somnolentiam quoq; & mentis euagationem deuitet, nec oculis hinc inde diſcurrat, niſi eum communis vtilitas fraternitatis impediat, ideſt niſi ex iniuncto officio indigeat loqui pro vtilitate communi.

Qualiter tractandi ſunt infirmi, & morientes. Articulus. XXIV.

CVm autem quemquam ex fratribus aut etiam ex ſororibus tertij ordinis infirmari contigerit, miniſtri per ſe, ideſt perſonaliter, vel per alium ſeu alios, ſi hoc eis infirmus fecerit intimari, ſemel in hebdomada viſitare teneantur egrotum. Et quamuis ægrotus ſuam infirmitatem non inſinuet eis, nihilominus decet vt præfato modo viſitent eũ, dum aliunde agnouerint eum grauiter infirmari, ipſum ſolicite inducentes per ſuas exhortationes ad recipiendum pœnitentiam, ideſt ad confitẽdum, & ad exhibendum ſe paratum, facere pœnitentialem ſatisfactionem, ſi conualuerit, neceſſaria victui, & medicinali remedio illi de bonis communibus, ideſt præfatis pecunijs quæ pro communi indigentia ſubuentione collectæ ſunt, prout præcedenti habetur articulo, miniſtrando ſi indiget. Et ſi præfatus infirmus aut etiam ſoror infirma de præſenti luce migrauerit (Quare non ait de præſenti caligine, niſi quoniam teſte apoſtolo: Nox præceſſit dies autem appropinquauit. Tempus quippe Moſaycæ legis comparatur nocti, tempus vero Euangelicæ legis diei, quamuis & ſtatus Euangelicæ legis comparatione ſtatus beatorum in patria nox nominetur.) fratribus, & ſororibus, qui ciuitate, vel loco vbi eum contigerit mori, præſentibus, ideſt præſentialiter conſtitutis nuntietur vt defuncti exequijs curent perſonaliter intereſſe, à quibus donec Miſſarum ſolemnia fuerint celebrata, & corpus tumulo conditum non recedant, hoc quoq; circa ſorores infirmas, & decedẽtes volumus obſeruari. Deinde in regula ſubdit, quę ſuffragia ſint pro defũctis fratribus ſororibusq; dicenda, ſicut plana omnino eſt litera regulæ. Orent ergo viuẽtes pro mortuis cũ omni fidelitate, inſtantia, & feruore, quemadmodũ cupiunt vt ſuo tempore oretur pro ipſis, cum defuncti extiterint, & vltra debitum ſtudeant ſubuenire defunctis in grauibus ſupplicijs conſtitutis. Conſequenter ſubiungitur de quibuſdam officijs æquanimiter acceptandis, dum alicui committuntur. Miniſteria quoq; & alia officia, quæ præſentis formulæ ſeries exprimit, impoſita ſibi quiſque deuote ſuſcipiat, curetq; fideliter exercere, ideſt dum aliquis eligitur in miniſtrum vel in collectorem aut erogatorem pecuniæ pro pauperibus contribuendæ, debet humili-

humiliter,& charitatiue iniunctum onus accipere,proſequi, & implere, non quærendo
A propria commoda,ſed pauperum releuamen atque vtilitatem communem.Officium au-
tem cuiuslibet perſonæ in officio conſtitutæ aut conſtituendæ, certi temporis ſpacio li-
mitetur.Quod qualiter intelligendum ſit,ſubditur: Nullus miniſter inſtituatur ad vitam,
ideſt,ad hoc quod totum tempus vitæ ſuæ in officio perſeuerauerit, & eius miniſterium
certus terminus comprehendat. Aliqui enim videntes ſe confirmatos in ſuis officijs cor-
nua ſibi aſſumunt,& propria commoda quærunt ſuperflue,immoderanter quoque ſecuri
ſunt,& negligentius agunt,aut quoſdam præ alijs vel affligunt vel palpant, vtpote per-
ſonarum acceptores effecti,

Qualiter viſitandæ ſunt perſonæ tertij ordinis. Articulus. XXV.

B ADhuc,ideſt,vltra præhabita,miniſtri,& fratres, & ſorores ciuitatis, & loci cuiuſli-
bet,ad viſitationem cōmunē in aliquo loco religioſo vel in Eccleſia, vbi locum hu
iuſmodi contigerit deeſſe, conueniant,ideſt,perſonæ regulæ huius ſemel in anno tempo-
re opportuno congregentur in loco aliquo ſito intra ſepta alicuius cœnobij vel in aliqua
Eccleſia materiali,ſi talem non inuenerint locum religioſum ſibi ſatis propinquum. Et vi-
ſitatorem habeant ſacerdotem,qui alicuius approbatæ religionis exiſtat, quippe illis fra-
tribus,& ſororibus,& imò & eorum miniſtris de commiſſis exceſſibus,& etiam de omiſ-
ſis actibus bonis, præſertim ad quos tenentur ex regula,iniungat pœnitentiam ſalutarē.
Debet etenim ſingulorum illorum defectus,& peccata ſeorſum inquirere, aut alio modo
percipere, vel ipſæ perſonæ debent ſponte recognoſcere ſuas culpas, nec quiuis alius
poſſit eis huiuſmodi viſitationis officium exhibere,ideſt,nec laicus, nec presbiter ſæcula-
ris.Quia vero præſens forma viuendi,videlicet tertia regula,inſtitutionem a ſancto Fran
C ciſco ſuſcepit,conſulimus vt viſitatores,& informatores de fratrum minorum ordine aſ-
ſumantur, quos guardiani vel cuſtodes eiuſdem ordinis cum ſuper hoc fuerint re-
quiſiti à miniſtris tertiæ regulæ duxerint aſſignandos. Et valde neceſſarium eſt vt viſita-
tores ſint vere religioſi,virtuoſi,diſcreti,exemplares, alioquin melius eſſet habere alium
viſitatorem de alia regula,quam de regula Sancti Franciſci habere viſitatorem indignū,
proprietarium,intimoratum,cui dici in primis poſſet:Medice cura teipſum.Nec regula
præcepit quod viſitator ſit frater minor. Iſta eſt forma viſitationis perſonarum tertij ordi
nis ſecundum primam inſtitutionem earum, ſecundum quam non fecerunt tria vota re-
ligionis,nec pariter omnes in conuentibus morabantur, ſed pro maxima parte in coniu-
gio erant. Nunc vero ex apoſtolicæ ſedis conceſſione plures earum faciunt vota præfa-
ta,& aliam habent formam viſitationis,quia à generali ſuo miniſtro cum vno miniſtro ei
aſſociato viſitantur in proprijs domibus.Porro miniſtri ordinis huius in Leodienſi Dioe-
D ceſi commorantes, iubentur in apoſtolico ſuo indulto ſemel in anno conuenire ad do-
mum ordinis ſui,ſita in villa quæ Zepperem nominatur,& ibi celebrare generale capitu
lum. Ad quod etiam iubentur venire fratres, qui in cōmuni nō viuunt,et capitulo obedi-
re quantum ad eorum ſtatum & profeſſionem concernunt.Præterea aduertendum quod
iuxta ſanctorum patrum inſtituta ac documenta, viſitationes religioſorum diligentiſſi-
me fieri debent,& ipſi viſitatores debent eſſe valde circumſpecti,timorati, iuſti, diſcreti
ac feruidi,quia ex hoc quod viſitationes debito modo fiunt, ordo quicunque præcipue
viget,& fratres proficiūt.Quòd ſi viſitatio ſuperficialiter fiat,& defectus ac vitia fratrum
ſiue ſororum remiſſe corripiantur,nec debite corrigantur, mox regimen domus laxatur,
negligentiæ multiplicantur:nec floret religio,ſed areſcit deuotio.Præterea, quoniam pro
fectus ſubditorum multum dependet ex virtuoſa, & exemplari conuerſatione eius qui
præeſt,ideo viſitatores cum ſumma diligentia tenentur inquirere,qualiter miniſter cæte-
r.q;rectores perſonarum ordinis huius ſe habeant qualiter viuant, & officia ſua adim-
pleant,an ſint exemplares modeſti ac ſtrennui circa delinquentium informationes, re-

prehenſiones,& punitiones,an ſint perſonarum acceptores libenter quantum cõuenienter poteſt fieri,maneant domi cum fratribus ſuis,an ſint leues in moribus, infructuoſi in verbis,remiſſi in actibus bonis. Itaque quicquid in miniſtris fratrum,& in confeſſoribus matribuſque ſororum inuenerint, audierint aut viderint eſſe culpabile,hoc ipſi viſitatores diligenter ſcribant, proponant,redarguant, & emendent,ne de cætero talia germina oriantur aut inualeſcant. Deinde ſimiliter perſcrutentur, qualiter fratres aut ſorores ſe habeant,an ſint Deo deuoti,atq; in obſeruantijs regulæ diligentes, an ſint inuicem pacifici,obſequioſi,& exemplares,& ſuperiori ſuo debito modo obediant, an paſſiones ſuas diſcant efficaciter frangere,& in vera humilitate,patientia,mititate,charitate,obedientia quotidie creſcere: An ſint cuſtoditi in exterioribus ſenſibus ſuis,& ædificatorij ac moderati in verbis,& congruo loco ac tempore ſilentium obſeruantes. Ex his facile eſt penſare,quod ſicut generale capitulum obligatur illum eligere in generalem miniſtrum, quẽ ad tantum officium reputat vita ſcientiaq; moribus magis idoneum, ita prouidere tenetur,vt is qui cum generali miniſtro viſitat aliquam domum, ſit præ cæteris miniſtris in capitulo congregatis ad viſitandum magis idoneus, & ampliorem ordinis zelum diſcretionemq; habens. Iccirco nequaquam expedire videtur, vt miniſtri in capitulo eligant, à quo vna cum generali miniſtro velint viſitari,niſi forte ipſi miniſtri ſint tantę perfectionis,quod non eligunt niſi eum,à quo æſtimant ſe acrius increpandos. Quæ perfectio is diebus proh dolor ſatis rara in præſidentibus reperitur. Et dato quod iam ineſſet miniſtris,timendum quod in eorum ſucceſſoribus,ita non erit. Ideo melius videretur quod in capitulo eligeretur vnus miniſtrorum magis idoneus,qui cum generali miniſtro viſitaret, omnes domus diœceſis,ſua domo excepta, quam generalis miniſter cum alio ſocio magis iuſto ac ſtrenuo viſitaret:& talis cum generali ſic viſitans, poſſet in capitulo, prout expediret, mutari.

Quando, & qualiter incorrigibiles ſint abijciendi, & expellendi, & de litigijs contentionibusq; vitandis. Articulus. XXVI.

INcorrigibiles vero ac inobedientes monitio trina præueniat,ideſt perſonæ tertij ordinis rebelles,& duræ,tribus vicibus per interualla dierum,charitatiue, pie ac ſapiẽter, imò,& ſerioſe,& comminatorie à ſuperioribus ſuis admoneantur,vt ſe emendent, reſipiſcant,aquieſcant,obedient. Talibus proponenda ſunt eorum nouiſſima, puta, quam breuis,incerta,& fallax ſit vita hæc,quam amara ſit mors, quam periculoſe ſtent, & quã enorme peccatum ſit nolle acquieſcere,quam diabolicum ſit in malis perſeuerare,quam metuenda ſint Dei iudicia,& quam graue iudicium ipſis immineat quæ, & quanta ſint illa infernalia tormenta,ſuperbis,rebellibus,incorrigibilibus, præſertim religioſis parata. Sunt quoque cum pietate,& lachrymis exorandi,vt vere pœniteant. Inſtruendi ſunt tales,qualiter principium omnis boni in religioſa perſona,ſit eſſe docibilem,& ad bona flexibilem:non eſſe proprij ſenſus,nec pertinacem,ſed aliorum (præſertim ſuperiorum) iudicio magis quam proprio credere,propriam voluntatem abijcere,& frangere ſemetipſum. Iſtud eſt regia via ſalutis. Sed incorrigibilem,atque indirigibilem, & inobedientem ſe exhibere, non eſt aliud,niſi tenebroſiſſima,periculoſiſſima atque ſceleratiſſima via æternæ atque grauiſſimæ damnationis. Qui ſi ſe corrigere non curauerint, ideſt, nulla emendationis ſigna oſtenderint,nec dixerint ſe velle emendare,aut ſcelera ſua ita excuſauerint,atque defenderint, vt ea non recognoſcant eſſe peccata, vel alijs imputauerint ea,de ipſius congregationis conſortio expellantur omnino de conſilio diſcretorum virorum. Quæ expulſio facienda eſt cum præcordiali compaſſionis dolore,& zelo iuſtitię. Et quamuis tales incorrigibiles dicantur,ter admonẽdi admonitione ſolemni à ſuo ſuperiori in aliorum præſentia, nihilominus interim admonendi ſunt ſæpe ſeorſum per fratres deuotos,diſcretos charitatiuos, ac mites. Et proponendum eſt eis quanta Dei filius pro

nobis

Digitized by Google

nobis ſuſtinuit,in quanta obedientia,patientia,paupertate,& humilitate vixit in ſæculo
iſto,& qualiter oporteat nos ſequi eius veſtigia,ſi ſaluari debemus. Præterea de hac ma-
A teria ſcribit ſanctus Benedictus in regula ſua. Si quis frater contumax aut inobediens,
aut ſuperbus,aut murmurans,vel in aliquo contrarius regulæ, & præcepta ſuorum ſupe-
riorum contemnens extiterit,hic ſecundum præceptum Domini noſtri admoneatur ſe-
mel,& ſecundo ſecrete a ſenioribus ſuis.Si non emendauerit ſe, obiurgetur publice co-
ram omnibus.Quod ſi nec ita correxerit ſe,excommunicationi ſubiaceat, ideſt ab orato-
rio,& à communi menſa fratrum remoueatur. Veruntamen cum omni ſolicitudine ab-
bas,ideſt quicunque ſpiritualis pater,ſit diligens circa delinquentes,quia non eſt opus ſa-
nis medicus, ſed male habentibus. Ideo tanquam ſapiens medicus dirigere debet quaſi
occulte,ſeniores,ſapientes fratres,qui ſeorſum conſolētur,& inſtruant fratrem fluctuan-
tem,& ad humilem ſatisfactionem reuocent eum,ne abundantiori abſorbeatur triſtitia,
ſed(vt ait Apoſto.2.Cor.2.)Confirmetur in eo charitas,& oretur pro eo ab omnibus. Ma
B gnopere enim ſolicitudinem gerere debet qui præeſt.Et omni ſagacitate atque induſtria
prouidere,ne aliquam de ouibus ſibi creditis perdat, ſciens ſe infirmorum ſuſcepiſſe cu-
ram ac regimen animarum,non ſuper ſanas tyrannidem, metuatque quod Dominus ait
per Ezechielem.34.cap.Quod debile erat,proijciebatis. Sicque boni paſtoris imitetur
exemplum,qui relictis nonaginta nouem in montibus, abijt quærere vnam quæ erra-
uit.Cuius infirmitati in tantum compaſſus eſt, vt eam ſacris humeris ſuis dignaretur im-
ponere,& ita reportare ad gregem.Si autem nec ſic emendauerit ſe qui exceſſit, acriter
disciplinetur verberibus,& ſi nec ita emendat ſe,oretur pro eo ab omnibus, & ſi nec ita
curatur,tūc tandem abijciatur,& expellatur.Hæc Benedictus.Ex quibus innoteſcit, quod
ſanctus ac diſcretiſſimus pater Benedictus valde difficulter proceſſit ad expulſionem, ac
varijs modis docuit miſero fratri excæcato ac indurato eſſe ſubueniendum antequam
expelleretur.Inſuper ſanctus Benedictus ait in regula ſua: Frater qui propria peruerſita-
C te recedit aut proijcitur de monaſterio,ſi reuerti voluerit,ſpondeat prius omnem emen-
dationem,& ſic vltimo gradu recipiatur,vt ex hoc eius humilitas comprobetur. Quòd ſi
iterum exierit,vſque tertio recipiatur,non amplius. Denique ijs ſatis concordat, quod in
regula ſcribit glorioſus Hieronymus: Contumax præſumptuoſa ac ſuperba mulier, ideſt
ſoror ſeu monialis in veſtro ſancto cōſortio, quæ dedignatur eſſe ſubiecta,ſuiſque litibus
ac iurgijs ſcandalum parit quieti ſororum, atque in obedientiæ exemplum eis demon-
ſtrat, arduis crebriſque ieiunijs caſtigetur. Quam ſi ieiunia non caſtigant, ſuperbia eius
edometur verberibus,contumelijs,& grauibus diſciplinis. Quòd ſi emendata non fuerit,
cum apoſtatis angelis expellatur. At vero quæ Sanctus Bene.ait de fratribus,applicanda
ſunt ſorororibus. Conformiter quæ Beatus Hiero. ſcribit de muliere ſeu ſorore peruerſa,
peruerſis fratribus ſunt apponenda.Amplius in regula Baſilij quæritur, quales eſſe debe-
mus erga eū qui pro peccato ſuo nō pœnitet. Ad hoc reſpōdet Baſil.Tales, ſicut præcipit
D Dominus Mat.18.dicens Sit tibi ſicut gentilis,& publicanus. Et ſicut Apoſtolus præcipit.
2.Theſſa.3.Subtrahite vos ab omni fratre ambulante inquiete, & nō ſecundum traditio-
nem noſtram. Rurſus in eadem regula quæritur.Si quis habet aliquod vitium quod cor-
rigi non poteſt, & frequenter notatus in peius proficit,an expedit talem intermitti. Ad
quod reſpondit magnus Baſil.Oportet peccantem corripere ſecundum modum à Domi-
no poſitum,ideſt,ſecundum formam præcepti fraternæ correptionis. Et ſi non ſufficit ei
ad emendationem obiurgatio quæ fit à pluribus,ideſt ſi non emendatur ex hoc,quod co-
ram multis, & à multis obiurgatur,tunc de cætero habeatur gentilis,& publicanus: quo-
niam nulli tutum eſt parcere,ei,quem Dominus condemnauit,maxime cum Dominus di
cat,quia expedit vnicuiq; vt vnum oculum,aut vnam manum aut vnum pedem perdat,
& ita intrare in Regnum Dei:quam dum pepercerit vni de his membris,ideſt peruerſis,&
incorrigibilibus fratribus,totum corpus mittatur in gehennam.Nam & Apoſtolus prote-
ſtatur de talibus.1.Cor.5. & Gala.5. Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.
Hæc Baſilius.Auguſtinus quoque in regula ſua Conuictus,inquit,de culpa,debet ſecundū

arbitrium præpoſiti emendatoriam ſubire vindictam. Quam ſi ferre recuſauerit, & ſi ipſe non receſſerit, de veſtra ſocietate proijciatur. Nec hoc crudeliter, ſed miſericorditer agatur, ne contagione peſtifera plurimos perdat. Circa quæ verba aſſerit Hugo. Qui blande correptus non emendatur, neceſſe eſt vt acrius arguatur. Cum dolore enim ſunt abſcondentia, quæ ſanari non valent. Manifeſta quoque peccata non ſunt occulta purgatione purganda. Ideo palam ſunt increpandi, qui publice peccant, quatenus cæteri terreantur, & hi qui eos male ſecuti ſunt, corrigantur. Nec eſt crudele quod incorrigibilis abijcitur, quoniam melius eſt vt pro multorum ſaluatione vnus damnetur, quàm per vnius exemplum plures periclitentur. Denique, ſicut ait ſuper regulam Auguſtini Hupertus, tria ſunt quæ ſolent hominem excuſare aliqualiter à peccato. Primum eſt ignorantia, ſecundum eſt mala ſocietas, tertium eſt exterior occupatio. Qui autem in deuota congregatione ſunt, per nullum horum excuſare ſe queunt, quoniam quotidie inſtruuntur, & inter bonos verſantur, nec ita forinſecus occupantur, quin quotidie certis horis poſſint ac debeant Deo vacare. Ex omnibus itaque præinductis ſatis reor patere, qualiter duri, & rebelles atque incorrigibiles ſint tractandi, exhortandi, inſtruendi, corripiendi, & tandem eijciendi.

De litigijs, contentionibus, & conſimilibus malis vitandis. Articulus. XXVII.

Vitent inſuper fratres, & ſorores litigia inter ſe iuxta poſſe. Inter cætera Chriſtus Mat. 5. conſuluit in exteriori foro non contendere iudicio. Et Paulus Apoſtolus ſcribit, id eſt, Corinthiorum. 6. cap. iam delictum omnino in vobis eſt, quod iudicia habetis inter vos. Veruntamen in cauſibus certis licitum eſt ſæcularia iudicia quærere, quæ tamen pro poſſe vitanda ſunt. Sed extra forum iudiciale mutuo litigare contendere, aut rixari, eſt omnino vitandum, præſertim cum contentio ex ſuo genere ſit peccatum mortale, quia Apoſtolus ad Galath. 5. inter peccata mortalia computat contentiones, & rixas. Ideo quilibet poteſt hæc vitia prorſus vitare, quoniam maledictus eſt qui dicit Deum impoſſibilia præcepiſſe hominibus. Denique vitia iſta ſunt religioſis penitus fugienda, cum Apoſt. dicat, 1. Cor. 3. Cum ſint inter vos zelus, & contentio, nonne carnales eſtis? Et rurſus. 2. Timo. 2. Noli verbis contendere. Ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. Itemque. 1. Cor. 11. Si quis videtur contenſioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei. Iacobus quoque. 3. cap. Si zelum amarum habetis, & contentiones ſunt inter vos, nolite gloriari, & mendaces eſſe aduerſus veritatem. Non eſt ſapientia iſta deſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, & diabolica. Vbi enim zelus, & contentio, ibi inconſtantia, & omne opus prauum. Preterea, ſicut docet Gregorius, contentio generari ſolet ex ſuperbia inaniue gloria. Iccirco qui honoris ſunt cupidi, aut prudentes, & magni in oculis ſuis, ſæpè ſunt contentioſi. Qui ergo cupit contentionem vitare, non quærat apparere aut ſapiens reputari, nec alios aſpernetur, ſed potius cedat ac deferat eis. Lis vero ex ira, & impatientia naſcitur, iuxta illud Eccleſiaſtici. 28. Homo iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit pacem. Denique lis, & contentio non ſolum ſunt enormia vitia coram Deo, ſed etiam coram hominibus inhoneſta. Propterea qui ea non vitat, eo quod offenſiua ſint Dei, ſaltem ab eis reſiliat propter honeſtatem humanam, & ne contemptui pateat. Hinc Prouer. 20 ſcriptum eſt. Honor eſt homini cũ ſeparat ſe a lite. Itaque fratres, & ſorores vitent litigia illa, ſi ſuſcitari contigerit, ſolicite dirimendo, id eſt cum diligentia protinus extinguendo, & contendentes pacificando, ſiue ab inuicem veniam poſtulando. Hinc admonet Augu. Lites nullas habeatis, aut quàm celerrime finiatis, ne ira creſcat in odium, & animam faciat homicidam quoniam 1. Ioan. 3. ſcriptum eſt: Omnis qui odit proximum ſuum, homicida eſt. Alioquin de iure coram illo reſpondeant, apud quem poteſtas reſidet iudicandi, id eſt niſi prætacto modo vitauerint

lites

lites aut pro poſſe mox extinxerint eas,iubeantur coram ſuo ſuperiori aſtare, & reddere rationem,ac debite corrigantur. Præterea fratres aut ſorores non ſolum inter ſe tenentur
A vitare lites,& contentiones,ſed etiam cætera vitia linguæ,videlicet detractiones, ſuſurrationes,murmurationes,verba pungitiua,deriſoria,& mendoſa,teſtimonia falſa,excuſationes propriæ culpæ, accuſationes aliorum, ex radice non bona,imò, & verba ocioſa vitanda ſunt.

Qualiter Epiſcopus loci, & viſitator poſſint diſpenſare cum perſonis tertij ordinis in is quæ earum reſpiciunt regulam. Articulus. XXVIII.

ORdinarij autem,ideſt,Epiſcopi locorum, in quibus demorantur perſonæ tertiæ regulæ,vel viſitator,ideſt, etiam viſitator earum ſeu generalis miniſter, cum fratri-
B bus & ſororibus vniuerſis tertij ordinis in abſtinentijs,ieiunijs,& auſteritatibus,rigoroſis obſeruantijs alijs,ex cauſa legitima cum uiderint expedire, poterunt diſpensare: quæ ſint legitimæ causæ dispensandi,& qualiter in prædictis ſit dispensandum, ſupra expreſſum eſt articulo. Miniſtri uero manifeſtas fratrum, & ſororum culpas uiſitatori denuncient puniendas,ideſt,unusquisque miniſter euidentes,& graues culpas perſonarum ſibi commiſarum,per ſe aut per alium, & per uerba aut per ſcripta ſignificet uiſitatori ſuæ congregationis,quatenus uiſitator iuxta menſuram,& grauitatem peccati imponat pœnam ſeu diſciplinam eis qui taliter peccauerunt. Qui etiam ultra hæc ſuo confeſſori tenentur eadem uitia confiteri,atque ab eo in foro conſcientiæ pœnitentiam ſatisfactoriam accipere. Et ſi quisquam incorrigibilis fuerit poſt trinæ admonitionis inſtātiam,ſibi à ſuo miniſtr factam à miniſtris,præſertim à proprio illius miniſtro,cui & alij miniſtri poterunt
C atteſtari de conſilio aliquorum diſcretorum fratrum,nuncietur eidem viſitatori abijciendus de conſortio fraternitatis. Et ita abijciendus non erit ſine viſitatoris ſcitu, iudicio, & conſenſu. Qualiter autem facienda ſit abiectio iſta,iam paulo añ oñ'um eſt. Et in congregatione poſtmodum publicandus,ideſt,in generali collectione omniũ perſonarũ ordinis huius eiuſdem diœceſis,vrbis aut loci,de qua congregatione iam dictum eſt,ibi publice dicetur cunctis,cur,& qualiter talis incorrigibilis ſit abiectus. Deniq; ordinatio iſta eſt ſimilis ordinationi,quam Sanctus Franciſcus in prima, & principali ſua regula ponit dicendo. Si quis fratrum inſtigante diabolo mortaliter peccauerit in illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres vt recurratur ad ſuos miniſtros prouinciales,& c. Conſtat autem quod prætacta commiſſio denunciandi culpam fratris aut ſororis apertam viſitatori,inſtituta ſit in exordio tertiæ regulæ,& pro laicis, intelligendaq; eſt de grauioribus culpis,& de miniſtris laicis. Laici autem miniſtri poſſunt fratribus ſibi commiſſis in
D capitulo diſciplinam,& ſatisfactionem iniungere. Nam capitulum eſt quaſi forum exterius contentioſum,ad quod non requiritur poteſtas ordinis ſacerdotalis,ſed ſufficit poteſtas iuriſdictionis exterioris. Sed perſonæ tertij ordinis, quæ nunc tria vota emittunt, & obedientiam regularem ſuo promittunt miniſtro,tenentur eidem regulariter obedire, & poſſunt ab eo abſolui, pœnitentiamque recipere in foro contentioſo, & foro exteriori, demptis caſibus certis in quibus ad prouincialem miniſtrum eſt recurrendum,iuxta modum poteſtatis ſibi conceſſe à Summo Pontifice. Cæterum in præmiſſis omnibus, in quibus perſonæ ordinis noſtri non tenentur ea ſeruare diuinis præceptis, vel ſtatutis Eccleſiæ, nullum ipſorum volumus obligari ad culpam mortalem, ſed impoſitam ſibi pœnitentiam,ſiue in foro interiori,ſiue in foro exteriori, pro tranſgreſſionis exceſſu prompta humilitate recipiant,& efficaciter ſtudeāt adimplere. Illud pontifex ſummus pie ac prouide addidit,ad præcauendum periculum fratrum ex multitudine ſtatutorum, in quibus contingit interdum deficere. Itaq; aduertendum quod quidam à ſuperioribus ſic inſtituuntur, & committuntur,vt obligent ſubditos ſolum ad pœnam, non ad culpam. Aliquam

quam vero ſic inſtituuntur à ſuperioribus vt obligēt inferiores ad culpam mortalem, niſi
impleuerint ea,ſicut Eccleſia iuſſit ſeruari certa ieiunia, abſtinentias ſpeciales certis die-
bus ab eſu carnium,ac aliqua feſta Porro in regula iſta contenta ſunt aliqua, quæ nec à A
Deo,nec ab Eccleſia ſunt inſtituta, regulariter loquendo, videlicet abſtinere ab eſu car-
nium feria ſecunda,& quarta, ieiunare omni feria ſexta, niſi impedimentum legitimum
ſuperueniens hoc ipſum impediat,& de obſeruatione quadrageſimæ Sancti Martini. Itē
quod in anno ter confiteantur atque communicent,& quod arma non ferant, ac toties
orationem Dominicam pro horis canonicis dicant, & multa ſimilia. Sicque ad iſta non
obligantur obligatione culpæ mortalis, ex regula aut inſtitutione Summi Pontificis, ſed
obligatione pœnæ ſeu pœnitentiæ adimplendæ: quam niſi implerent, non effugerent
culpam,Poſtremo ex diuino præcepto tenentur vitare mortalia peccata,virtutibus ad ſa
lutem neceſſarijs directe contraria,& ipſas virtutes habere.Similiter ex diuino pręcepto
tenentur ſolemnem promiſſionem ſcilicet profeſſionem Deo factam implere, ad quod
etiam ex ſtatuto Eccleſiæ obligantur. Quod enim directe contrariatur profeſſioni,grauius B
eſt peccatum quam violatio iuramenti,prout ſupra articulo ſeptimo ex dictis doctorum
oſtenſum eſt. Ideo dici non poteſt quod profeſſio ipſa non obliget ad culpam mortalem.

De authoritate, & poteſtate generalis ſeu prouincialis miniſtri perſonarum de tertia regula, facientium tria vota. Articulus. XXIX.

SIcut ex præhabitis patet, in regula tertij ordinis prout primo à Sancto Franciſco eſt
inſtituta,atque a Summo Pontifice Nicolao quarto in forma redacta ac confirmata,
non ſit formalis mentio de generali miniſtro,ſed de viſitatore, qui alterius ordinis fuerit.
ſed in Apoſtolicæ Sedis indulto ac bulla,in quo conceſſum eſt perſonis tertij ordinis fa-
cere tria vota,& generalibus vti religioſorum priuilegijs ac gaudere, inter cætera conti- C
netur:Omnes & ſinguli fratres prædicti vnum presbyterum,vtpote dicti ordinis ſui pro-
feſſorem,in eorum generalem miniſtrum habeant,qui ipſos fratres per ſe, vel per alium
aut alios,ad id per eum deputandum aut deputandos, viſitare quibuſcunque dicti ordi-
nis perſonis,in omnibus præterquam Apoſtolicæ Sedi reſeruatis caſibus, debitam abſo-
lutionem impendere poſſit,nec non quoſcunque dictum ordinem profiteri volentes re-
cipere poſſit,& ei omnes perpetuo obedire teneantur. Et nullus recipiatur ad habitum
& obſeruantiam ac ordinis ipſius profeſſionem,nec receptus promoueatur ſine expreſſo
conſenſu generalis miniſtri. Qui omnes, & ſinguli etiam ſub obſeruantia non viuentes
habeant obedire, qui inobedientes, & delinquentes fratres,iuxta exceſſuum aut crimi-
num eorum exigentiam poſſit corrigere,incarcerare ac punire,eoſque,& eorum domus,
& loca viſitare,& reformare. Qui generalis miniſter ſeu deputatus,vel deputati ab eo aut D
maiori parte ipſorum fratrum,habeant plenariam poteſtatem quæcunque iuſta,& hone
ſta, ac religioni ſuæ conuenientia ſtatuendi ac ordinandi. Et omnis generalis miniſter
poſſit diſpenſare in abſtinentijs,& ieiunijs,auſteritatibus cæteriſq; obſeruantijs regulę ex
legitima cauſa, cum viderit expedire. Hæc & alia quædam habentur in bulla præfata,
quæ & conſonant his quæ in principali regula Sancti Franciſci habentur,vbi inter cęte-
ra dicitur.Solis prouincialibus miniſtris conceditur licentia recipiendi fratres. Et iterum:
Vniuerſi fratres tenentur ſemper habere generalem miniſtrum.

Ad quam virtuoſam, exemplarem ac feruidam conuerſationem teneatur generalis miniſter. Articulus. XXX.

QVemadmodum Sanctus Hieronymus,& omnes doctores affirmant, vnuſquiſque
qui præeſt,præſertim in ſpirituali regimine,tanto maiori affluentia gratiæ ac vir-
tutum

tutum eſt indigens quanto in altiori prælatione ac digniori officio eſt conſtitutus. Hoc vtique vnuſquiſque penſet prælatus, ac vere agnoſcat, quod prælatio potius dici poſſit A onus quam honor, & pondus quam dignitas. Nam & omnes Eccleſiaſticæ prælaturæ ac dignitates prælaticæ, ſunt quædam ſeruitutes, quia ad ſubditorum profectum ac beatitudinem ordinantur. Idcirco, & ſummus prælatus totius Eccleſiæ veraciter vocat ſe ſeruum ſeruorum Dei. Cum igitur Præſidens debeat tanto virtuoſior exemplariorq; conſiſtere, quanto in altiori poſitus eſt poteſtate, & loco, conſtat, quod quo ſublimior eſt eius authoritas, eo periculoſior, grauiorq; atque nociuior eſt eius ruina. Idcirco neceſſe eſt ei, vt omni ſtodilitate vanæ gloriæ reprobata ac repulſa, omni quoque inſenſatiſſimo elationis tumore excluſo, ſit tanto timoratior, ſolicitior, & vere humilior, quanto pluribus extat præpoſitus, altiusq; promotus. Amplius diuinus Apoſtolus vniuerſis ait fidelibus ad Phil. 2. c. cũ metu, timore & tremore veſtrã ſalutẽ operamini. Prælatus ergo indiget tãto maiorem habere metum, & tanto penetrabiliorem tremorem, ac vehementiorem timorem, B quanto plurium tenetur operari ſalutem, & quanto ei difficilius eſt implere hoc ipſum, & quo intolerabilior ei inſtat damnatio, niſi omne debitum compleuerit ſui officij Non enim videbit faciem Dei, niſi, & minimum fratrem ſuum, quantum in ſe eſt, adduxerit ſecum. Præterea ſi ſapienter penſauerit illud Sap. 6. capite: Duriſſimum iudicium in his qui præſunt fiet, & potentes potenter tormenta patientur, puto quod potius peroptabit ſubeſſe ac obedire, quam præeſſe atque præcipere. Quo etenim vultu metuendiſſimus ille iudex aſpiciet eum, per cuius negligentiam, & inexemplaritatem, & inſufficientiam amiſerit animam, pro cuius ſalute dedit ſeipſum in præcium, & amariſſimam, & ignominioſiſſimam pertulit mortem. Hac ponderatione motus ac territus S. Bernar. locutus eſt: Si Chriſto in Cruce pendenti ſtetiſſem ſub ipſo patibulo, & ſtillantem ex eius ſacratiſſimo corpore ſanguinem collegiſſem in vaſculo, cum quanta illud diligentia cuſtodirem? quam ſolicite circumferrem? Et nunc theſaurus ille commiſſus eſt mihi, vtpote animæ, C pro quibus ſapiẽtiſſimus ille mercator tam præcioſiſſimum ſanguinem ſuum fudit. Nonne ergo cum extrema diligentia, & ſolicitudine ſumma oportet animas Chriſti morte, & ſanguine liberatas paſcere, gubernare, & cuſtodire? Inſuper cum prælatus teneatur ad tam præclaros, & ad multos virtutum actus, videlicet oues ſibi commiſſas inſpicere, iudicare, inſtruere, gubernare, purgare, illuminare, perficere, & ſeipſum in omnibus irreprehenſibilem, & exemplarem præbere, vt doceat factis magis quam verbis, certũ eſt, quod debitum ſui officij nequeat adimplere, niſi ſit multum virtuoſus prudens ac ſtabilis, in tãtum quod per exteriorem occupationem, inquietudinem ac diſcurſum non reſoluatur ab interiori cordis ſui cuſtodia, à charitatis feruore, & ſolicitudine ſpiritali. Hinc Symmachus Papa. Viliſſimus, inquit, eſt computandus, qui præſtantior eſt honore, & altior authoritate, niſi præcellat ſcientia, ideſt illuminatione diuina, & ætate, ideſt probitate morum ac merito vitæ. Gratianus quoq; teſtatur: Reuera qui ad hoc eliguntur præſint cæteris, ſi- D cut præordinantur dignitate, ita præminere debentur, & ſanctitate. Alioquin cur cæteris præferuntur, qui meritis non præfulgent. Adhoc autem ferueutiſſimus, & illuminatiſſimus ille Dionyſius ait. In omni diuino officio non eſt audendum alijs fieri ducem, niſi quis ſecundum omnem habitum ſuum Deiformiſſimus extet, ideſt, per omnem virtutem exiſtat ſimilimus Deo. Prælatus ergo qui ad hoc in officio collocatur, vt ſibi commiſſis ac creditis oſtendat iter ſalutis, & ipſos præcedat in via virtutis, ad hoc debet inſatigabiliter conari, vt ſit vtiq; omni virtute præclare ornatus. Præcipue tamen neceſſaria ſibi eſt profunda, inſuperabiliſq; humilitas, cum illa ſit omnium baſis virtutum, per quam homo meretur à Spiritu Sancto inhabitari, & glorioſe dirigi ab eodem, atque in bonis conſeruari ac perfici. Quod totum vnicuique præſidenti tanto plus neceſſarium eſſe cognoſcitur quãto pluribus prodeſſe tenetur. Hinc Hieronymus ſuper Leuiticum ſcribit. Sciant omnes, & certi ſunt, quoniam qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute perfectior ille eligatur, & promoueatur. Et hoc ipſum, multaque deſuper alia ſcribit ibidem. Origenes in homelia. Ideo aſſerit Gratianus: Pro gradu ſui

officij oportet vnumquemque eſſe meliorem. Nam vt ſanctus fatetur Bernardus, monſtruoſa res eſt gradus ſublimis, & vita vilis, lingua magniloqua, & conuerſatio vacua. Hinc quoque beatiſſimus princeps Apoſtolorum ad ſuum dilectiſſimum Clementem loquutus eſt: Eum qui præeſt, & inſtruit animas rudes, talem oportet eſſe, vt iuxta ingenium diſcentium, ideſt, iuxta capacitatem ſubditorum ſe ipſum valeat eis aptare, verbi ordinem iuxta audientium menſuram dirigere. Ideo debet eſſe apprime eruditus, diſcretus, irreprehẽſibilis et maturus. Hæc omnia ſapienter, frequenter, & profunde aduerte ô generalis miniſter: & quãto perſonis ordinis tu es altior, tanto ſis cũctis humilior, timoratior, cuſtoditior, atque feruentior, quanto plus in exterioribus, & circa alios occuparis, tanto frequentius ac diligentius ad interiora recurras, & in loco ſecreto teipſum diſcutias, conſcientiam purges, mentem deuotè exerceas, meditationibus ſanctis inſiſtas. Et qualiter hi qui tibi commiſſi ſunt, conuerſentur perpende, qualiter omne debitum tui officij impleas, intuere Sicque in ſecreto ſtudeas obtinere a Domino, quod tibi commiſſis ſalubriter eructes in publico. Non ceſſes aſpirare ad Dominum, & coram eo aſſidue ingemiſce, omnem infructuoſam temporis deductionem abhorre, atque in omni compunctione, diligentia, & feruore creſce quotidie. A B

Exhortatio ad miniſtros, & qualiter cuncti ſe habere debeant. Articulus. XXXI.

Bonitas vitæ ſubditorum, & eorum profectus in gratia atque virtutibus ex virtuoſa, & exemplari conuerſatione ſapientiq; formatione prælatorum non mediocriter procedunt ac pendent. Imò in tantum vt Ieremias Propheta. 10. cap. libri ſui teſtetur: Quia ſtulte egerunt paſtores, & Dominum non exquiſierunt. Ideo omnis grex eorum diſſipatus eſt Hinc quoq; in Eccleſiaſtico, 10. cap. ſcriptum eſt. Qualis eſt rector ciuitatis, tales, & habitantes in ea. Et Salomon Prou. 28. ait. Regnantibus impijs ruinæ hominum. Sed & in libro ſapientiæ cap. 6. legitur. Rex ſapiens ſtabilimentum eſt populi. Cum itaq; perſonæ tertij ordinis communiter ſint illiteratæ, & ſimplices, maxime indigent à miniſtris ſuis verbo, & opere ædificari. C

Quod ſi viderint ſuperiores ſuos, ſacerdotes, & clericos, leues in minoribus pronos ad iram, impatientiam, vanitatem loquacitatem, ocioq; intentos, ad exeundum, & epulandũ procliues, negligentes in obſeruantijs ordinis, mox valde ſcandalizantur, & reſoluuntur à Dei timore, à compunctione, & profectu interno, & vitia ſuperiorum ſuorum ſectantur. Idcirco miniſtri cum infatigabili diligentia ſpiritali profectui ſint intenti, & quicquid ſcandalizatiuum eſt fratrum, deuitent quibus præſſent exempla vincendi impetus paſſionum, & ſuperandi ſe ipſos, & ipſos in omni humilitate, pietate, diligentia ac mortificatione ſalubri præcedant. Denique diligentiſſime penſet miniſter imo, & omnis qui præeſt, quod Sanctus ait Hieron. vnicuiq; præſidenti: Attende vigilanter quam grauis ſarcina impoſita ſit humeris tuis, qui de ſubditorum animabus atque corporibus, de verbis eorum ac moribus obligaris apud diuinum examen. Caue quæſo ne de te etiam leuis ſuſpicio in malo poſſit oriri, ne diſpergas quos ſaluare teneris. Tam dulcis, & mitis ſit ſermo tuus, vt ſubditos ad furorem atque duritiam non inducat. ſed paſſionata corda reformet. Circa inobedientes virilis et conſtans ſit animus. Nihil quippe periculoſius in rectore, quam vana humilitas, et negligentia corrigendi proteruos ſuperboſque ſubditos. Caue ne ex officio regendi eleueris ad alta, vt agas illicita, et quæ ſunt importuna ac moleſta ſubditis. Non enim ambulant in via Domini, qui in adminiſtratione regiminis honorem, et propriam vtilitatem ac libertatem depoſcunt. Attende quod ait ſaluator Luc. 22. Reges gentium dominantur eorum, et qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur, vos autem non ſic ſed qui maior eſt in vobis, ſit ſicut iunior, et qui præceſſor eſt, ſit velut miniſtrator, Non tibi blandiaris de Domini pietate quæ tam diu ſuſtinet impios in pec- D

in peccatis, quoniam Dominus qui te ſuis ouibus ded t miniſtratorem, vult à te exigere rationem de ſingulis. Et ſi quid defraudaueris eum, tradet te dæmonibus puniendum. Hæc Hieronymus. Aduertat qui præeſt, quanta ſint merita virtuoſi prælati, quam inæſtimabilis beatitudo, et gloria præparata ſit ei, & quantis affligetur tormentis, ſi negligens fuerit, & iniuſtus. Inſuper vnicuiq; religioſo præſidenti applicandæ ſunt exhortationes, quas Sanctus Benedictus in regula facit abbati, dicendo: Abbas, ideſt, pater ſpiritualis ſeu præſidens, ſemper meminiſſe debet, quod dicitur: Et nomen maiorum factis implere. Et ſciat culpæ ſuæ incumbere, quicquid minus debito de ſpiritali profectu iudex altiſſimus in ouibus ſuis inuenerit niſi ipſe omne debitum ſui officij ſtuduerit adimplere. Duplici ergo doctrina præſit ſibi commiſſis, ita vt omnia bona, & ſancta oſtendat, & doceat magis factis quam verbis. Bonis ac pijs diſcipulis mandata Dei verbis exponat, duris vero ac rudibus per propria facta ea demonſtret, & quicquid alios docet, ipſe primo adimpleat. Sicque obſeruet illud Apoſtoli. 2. ad Timot 4. cap. Argue, obſecra, increpa. Et terroribus commiſceat blanda, nunc durum oſtendat magiſtri rigorem, nunc pium patris demõſtret affectũ. Indiſciplinatos, & inquietos arguat durius, obedientes autem, & mites ac patientes obſecret vt proficiant magis, negligentes quoq; corripiat. Neque diſſimulet delinquentium culpas, ſed mox vt cœperint oriri, radicitus amputet ea pro poſſe. Itaque honeſtiores fratres prima aut ſecunda admonitione verbis corripiat, improbos autem, & duros corde atque ſuperbos, vel inobedientes, verberibus vel corporis caſtigatione in ipſo peccati initio coerceat, ſciens ſcriptũ Eccl. 1. cap. Stultus verbis non corrigitur. Et iterũ, Prou. 23. cap. Percute filium tuum virga, & liberabis animam eius à morte. Conſideret ergo qui præeſt, quod cui plus committitur, plus ab eo vtique exigetur: & penſet quam difficilem rem ſuſcepit, videlicet regere animas, & multorum moribus deſeruire. Sicquè vnumquemque admoneat, increpet aut informet, ſecundum capacitatem illius. Hæc Benedictus. Ex his miniſtri perpendant quam diſcreti, pij, & iuſti, quam charitatiui, ſerioſi, & exemplares exiſtere teneantur, & coram Deo ſeipſos quotidie prudenter diſcutiant, proprioſq; ac fratrum ſuorum defectus conſiderent, defleant, & emendent, & primo ſeipſos, & totum gregem eis commiſſam Deo aſſidue recommendent, & committant cum orationibus lachrymoſis ac feruidis.

Quod acceptio perſonarum ſit valde vitanda cunctis qui præſunt, & quã graue peccatum ſit. Articulus. XXXII.

PRælatus eſt ſpiritalis pater gregis ſibi commiſſi, & medicus animarum ac cuſtos. Eſt etiam diſpenſator ſeu erogator rerum monaſterij, non Dominus. Iccirco omnes ſibi commiſſos debet communi charitate diligere, & vnicuiq; ſicut indiget ſubuenire. Neminem debet palpare, imò quos plus amat plus debet arguere, & diſciplinare, imitando eũ qui in. Apoc. 3. cap. teſtatur, Ego quos amo, arguo, & caſtigo. Inſuper debet iuſtitiam obſeruare. Idcirco veræ charitati, & æquitati contrariatur, ſi vnum præ alio palpet, ſi vnum præ alio perſequatur ac tribulet, ſi vni conceſſerit quicquid petierit, alteri vero neget quæ iuſte neganda non ſunt. Iſtud ad acceptionem pertinet perſonarum. Eſt quippe perſonarum acceptio dum alicui aliquid datur, aut fit non propter iuſtam aut rationabilem cauſam, ſed quia eſt talis aut talis perſona, ſecundum quod quidam prælati afficiuntur ad eos, qui ad aures ipſorum multa deportant, aut qui blande ſe habent ad ipſos, aut eorum promotionem procurauerunt. Et talibus contra iuſtitiam parcunt, acquieſcunt, & fauent, & eorum culpas extenuant. Iſti ſunt præſidentes in quibus adhuc regnat amor priuatus ſeu improbus amor ſiue affectus proprij commodi aut honoris, præſidendi quoq; libido, atque ad ſe pſum inordinata reflexio. Ideo incidunt diuerſa & grauia valde peccata. imo vt ſanctus ait Greg. innumerabilia vitia, & ſubditos ſæpius ſcandalizant, parcialitates inducunt, diſcordiaſq; procurant. Idcirco ſunt prælatione indigni. Hinc ſan-

ctus. Bene. ait in regula ſua. Non ab abbate perſona in monaſterio diſcernatur, non vnus plus ametur quam alius, niſi qui melioris eſt vitę, & magis obediens. Ergo æqualis ad omnes ſit charitas, & vna omnibus præbeatur ſecundum merita diſciplina. Sanctus quoque Hieron. in regula ſua loquitur abbatiſſæ ſeu matri: Non affines nec propinquę exaltentur, ita quod cæteræ ſorores inuideant, omnes æque dilige ſpirituali amore vt filias. Cum tempus exigit correctionem, vniuerſas ſimili modo corrigas quaſi ignotas, neque vnquã ex aliqua paſſione ad crudelitatem mouearis. Non datur tibi poteſtas vt inter ſorores, & filias hanc eleues, hanc deprimas ſicut velis, ſed ſolicitudo tibi iniungitur vniuerſarum ſororum, vt omnes iuſte regas, caſtiges, informes, nec vnam præ alia, palpes. Pręterea ſanctus Bern. libro de conſideratione ad Eugenium Papam ait: Acceptio perſonarum præſidentibus, & iudicantibus inſidiari non parum ſolet. Non parui peccati te reum exiſtimes ſi facies peccatorum ſumis, & non potius cauſas iudicas meritorum. Amplius ſicut in ſecunda ſecundæ, quęſtione. 63. Sanctus Tho. declarat, perſonarum acceptio directe contrariatur iuſtitiæ diſtributiuæ, quæ diuerſis perſonis tribuit ſecundum dignitatem ipſarum ac merita. Quicquid autem directæ contrariatur iuſtitiæ ex ſuo genere eſt peccatum mortale, ſicut, & illud quod charitati opponitur. Ideo ait Sanctus Ambro. inter omnia peccata ſacerdotum, maximum perſonarum acceptio. Ita, & credendi facilitas eſt valde vitanda. Propter quod Sanctus. Hieron. loquitur præſidenti, non ſis facilis ad credendum omnibus qui loquuntur. Leuitas in credendo leuem denotat mentem. Ber. quoq; facilitas, inquit credulitatis eſt calliſſima vulpecula, cuius verſutias nullum magnorum comperi ſatis cauiſſe. Imò, & Beatus Ioannes Apoſtolus ait. Nolite omni ſpiritui credere ſed probate ſpiritus an ex Deo ſint. Præſidens igitur audiat alteram partem. Multi namq; ſimulatores, & callidi, qui ſub colore iuſtitiæ ſuas palliant paſſiones, & veris falſa promiſcent, aut ſimpliciter dicta peruertunt, vel alio repetunt ſermone quæ audierunt, ac alios falſe accuſant, Quod Aſſuerus rex expertus prout in lib. Eſter. cap. 16. habetur. dixit. Multi aures principum ſimplices, & ex ſua natura alios æſtimantes, callida fraude decipiunt.

Quod reuerentur charitatiue, & obedienter ſe habere debeant fratres, & ſorores ad ſuos ſuperiores. Articulus. XXXIII.

OMnes ſancti patres præſertim qui religiones inſtituerunt, & regulas ediderunt ac conſcripſerunt, obedientiam ſanctam præ cæteris virtutibus laudauerunt in religioſis perſonis, quia per obedientiam offert homo ſeipſum totaliter Deo, & propriam mactat voluntatem, ſuoque creatori ſeipſum plenarie ſubdit. Nec ſine obedientia aliqua actio religioſi complacet omnipotenti: imò tanta eſt virtus, & excellentia obedientiæ, vt omnium imperatorem Deum viuum verum, atque liberrimum, omnibus infinite ſuper exaltatum, faciat obedire ei qui perfecte obediens eſt. Quemadmodum obediuit ipſi Ioſue, ad cuius imperium ſol, & luna ſteterunt immobiles in medio cœli, ſpacio vnius diei. Eſt autem obedientia virtus, per quam inferior ſponte ſe ſubdit, & ſatisfacit præcepto ſui ſuperioris. Sed obedientia, de qua nunc ſermo, eſt virtus infuſa a Spiritu Sancto, per quam homo, præſertim religioſus, ex charitate obtemperat iuſſionibus Dei, & vicariorũ ipſius. Et vt patet ex præinductis ad obedientiam iſtam religioſæ perſonæ obligauerunt ſeipſos voto ſolemni, quod plus obligat quam iuramentum, ita quod non ſufficit eis ad ſalutem exterius exequi aut corporaliter euitare, quod ſuperior eis iubet agere ſiue non agere, ed teneãtur ad hæc ex animo, vt ſcilicet ex corde prompto, et ex charitate hæc impleant. Nec impleant iſta, inquantum complacet voluntati eorum, ſed quia pręcipiuntur a ſuperiore, et quia ſic placet Deo et ad eius honorem. Hinc glorioſus Hieronymus ait in regula ſua, et quod ipſe monialibus loquitur, certum eſt ad viros religioſos quoq; ſpectare. Itaq; dicit: Hortor, moneo, et exoro vos dilectiſſimæ filiæ, vt ſubijciatis vos in omni obedientia

obedientia,& timore ac reuerentia præpoſitæ matri veſtræ vt iam omnino nil aliud velle aut nolle liceat vobis, quam quæ mater veſtra mandauerit facienda. Nil graue, nil im-
A portabile videatur quod iuſſerit ipſa, quamuis illud non concordat propriæ voluntati. Vere obediens,& qui propter Chriſtum relinquit,& abijcit omne propriæ voluntatis arbitrium nihil nouit aut putat difficile, vel iniuſtum. Mementote chariſſimæ, quod in religionis ingreſſu omnem volendi, & nolendi licentiam Chriſto dimiſiſtis, ita vt iam nihil agatis, niſi quæ ipſe ordinat de vobis per ſuos vicarios. Obeditis certiſſime Chriſto cum matri veſtræ obtemperatis. Inſuper ait Hieronymus idem. Nondum viuit Deo, nondum vias Chriſti religioniſque attigit religioſa perſona quæ non efficitur ita pura,& ſimplex, vt quicquid mandatum ſibi fuerit per ſuum ſuperiorem, angelico putet ore traſmiſſum. Nihil honorabilius nihil glorioſius, quam ſeruitus obedientiæ propter Deum quæ præferenda eſt imperatorum faſtigio dignitatique regiæ,& omni gloriæ ſæculi huius. Iterum ait. Idem ſanctiſſimus doctor Hieronymus. Non ciuitas, non regnum, neque domuncula
B diu maneret in rure, ſi deeſſet cui obediretur. Ideo princeps Apoſtolorum 1. Petri. 2. cap. Regem, inquit, honorificate. Et ne quis arripiat ſcutum excuſationis generaliter addit: Serui, ſubditi eſtote in omni timore Dominis. Et ne prauitas prælati producatur in medium, ſubditur ibidem: Non tantum bonis, ſed etiam diſcolis. O fœlix,& abundans gratia in obedientia. Nam ſimplici greſſu ducit hominem ad Chriſtum. Et mens obedientis nõ ſolum excuſatur à reddenda ratione pro alijs, ſed nec etiam obligatur reddere pro ſe ipſa. O ſumma libertas, qua obtenta, vix poſſit homo peccare.

Quam deuote ac prompte oporteat religioſum obedire, ex verbis, & doctrinis S. Benedicti. Articulus. XXXIV.

C SIcut ait S. Bened. in regula: primus humilitatis gradus eſt obedientia ſine mora. Hæc conuenit ijs qui Chriſtum præ omnibus diligunt,& mox vt aliquid fuerit iuſſum à ſuperiori, ſine mora obtemperant, ac ſi diuinitus imperetur, ita quod ex occupatis manibus,& quod agebant, imperfectum relinquẽtes, vocem iubentis mox implent. Iſti anguſtã viam vere arripiunt, non viuentes ſuo arbitrio, nec deſiderijs,& delectationibus proprijs obedientes, ſed alieno iudicio ac præcepto gaudent duci ac viuere, imitantes eum qui ait apud Ioan. 5. cap. Non veni facere voluntatem meam, ſed eius qui miſit me. Tunc enim vera eſt obedientia, acceptabilis Deo,& dulcis hominibus, ſi quod iubetur, fiat non tepide, non tarde, neq; cum murmure aut dura reſponſione: quoniam obedientia quæ maioribus exhibetur, Deo offertur. Qui autem inuite aut cum murmuratione facit quod ei iniungitur, quamuis foris impleat iuſſionem, Deo tamen acceptum non eſt: quia cor non reſpicit murmurantis, atque pro tali facto nullam conſequitur gratiam, imo murmuran-
D tium pœnam incurrit, niſi cum debita ſatisfactione emendet ſe. Præterea loquitur Benedictus: Si alicui fratri aliqua grauia aut impoſſibilia iniunguntur, ſuſcipiat iubentis imperium cum omni obedientia,& manſuetudine. Quod ſi pondus iniuncti operis omnino excedit vires ſuas, ſuggerat hoc ſuo ſuperiori patienter,& opportune: non ſuperbiendo aut reſiſtendo vel contradicendo. Et ſi poſt talem ſuggeſtionem ſuperioris in ſua manſerit iuſſione, ſciat inferior ſibi ſic expedire,& confidens in Dei adiutorio, obediat faciendo, quod poteſt. Nec ſolum ſuperiori, ſed etiam ſibi inuicem obediant fratres, præſertim iuniores ſenioribus. Amplius in regula S. Baſilij quæritur, quouſq; ſeu vſque ad quem modum obedire oportet? Ad quod reſpondet S. Baſilius: Apoſtolus docet hoc ad Phil. 2. cap. proponens nobis formam obedientiæ Chriſti, qui factus eſt obediens vſque ad mortem. Rurſus in eadem quæritur regula, ſi aliquis non eſt contentus de eo opere, quod ſibi iniungitur, ſed vult artificium aliquod diſcere, aut aliud facere, quali vitio ægrotat? & an oportet acquieſcere ei? Ad hoc reſpondet Baſilius: Iſte talis præſumptor eſt, ac ſibi placens ac infidelis, qui non timet ſententiam Chriſti, dicentis apud Mat. 25. cap. Eſtote

parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Si enim quotidie quis expectat Dominum, ſolicitus eſt, ac trepidus, quomodo præſentem diem nõ tranſeat otioſus. Si autem imperatur ei artificium diſcere, habeat lucrum obedientiæ ſuæ, & in hoc placeat Deo, & non aſſumat iudicium in eo, quod placet ſibi. A Denuo quæritur in regula illa, ſi quis induſtrior fuerit, & promptus ad implenda mandata, agat autem non quod ei iniungitur, ſed quod ipſe vult, quam mercedem habet? Reſpondet ſanctus Baſilius: Merces eius illa eſt, quod placet ſibi, ideſt propria concupiſcentia, cum dicat Apoſtolus Romæ. 15. cap. vnuſquiſq; proximo ſuo placeat in bono ad ædificationem. Et vt amplius retraheret audientes à complacentia ſui, adiecit: Ibidem. Etenim Chriſtus ſibi non placuit. Sciat vnuſquiſq; in hoc conſiſtere ſuum periculum, quod vult ſibi ipſi placere. Simul enim, & inobediens inuenitur. Deinde quæritur ibi an licet Religioſo excuſare opus ſuum, quod ei iniungitur, & aliud quærere. Reſpondet Baſilius: Cum definitum ſit, menſuram obedientiæ eſſe vſq; ad mortem obedire, qui deuitat quod ei iniungitur, & aliud opus quærit, primo omnium inobedientiæ reus eſt, & manifeſte oſtendit, B quod nondum abnegauit ſeipſum. Inſuper multorum malorum cauſa efficitur, tam ſibi, quam alijs, quoniam aditum contradictionis pluribus aperit, & ſeipſum ad contradicendum aſſueſcit. Si autem rationem habet, propter quam excuſat ſe ab opere ſibi iniuncto, exponat hanc præſidenti, & relinquat eius iudicio. Conſequenter quæritur ibi, ſi iniunctum fuerit aliquid fratri, & contradixerit, poſtea autem ſua ſponte obedierit, quid eſt. Reſpondet Baſilius: In eo quod contradixit, iudicandus eſt inobediens extitiſſe, & cæteros concitans ad ſimile malum, in quo ſciat ſe obnoxium ſententiæ illi, quę ait: Contradictionem ſuſcitat malus, Dominus autem Angelum immiſericordem, (ideſt diabolum) immittet ei. Si autem compunctus fuerit de ſua contradictione, ſatisfaciat primo de ea, & ita faciat, quod fuerat ei iniũctum, ſi permittit qui præeſt. Poſtremo quęritur ibi, ſi obediat quis, & murmuret, quid fiet. Ad quod Baſilius. Cum dicat Apoſtolus ad Philip. 2. cap. omnia facite ſine murmurationibus, & hæſitationibus, alienus ſit C à fratrum vnitate qui murmurat, & opus eius abijciatur, quoniam infidelitate ęgrotat, & certam futuræ retributionis non gerit fidutiam. Ecce ex ijs ſanctorum, & illuminatiſſimorum Patrum verbis docemur, quanta ad veram obedientiam requirantur atq; pertineant. Ideirco Religioſus ſtudeat ex intimo, ac integro cordis affectu obedire, & ſeipſum in cunctis abnegare, vincere, mortificare atq; relinquere, ſicq; ſpecialiſſimam gratiam obtinebit à Domino: & conſolationes ſecretas à Spiritu ſancto, & fiet celeriter virtuoſus.

De eadem materia ex verbis ſancti Bernardi, & aliorum.
Articulus XXXV.

D

DOctor Religioſorũ præcipuus, ſanctus Pater Bernardus ait: Diſce ô homo obedire, diſce tu qui terra: & puluis es, obtemperare, ac ſubdi, quoniam de Deo, ac Domino ſuo Ieſu Chriſto ait Euangeliſta Luc. 2. cap. quod erat ſubditus illis, videlicet Mariæ, & Ioſeph. Deniq; perfectæ obedientiæ exemplum, & formam prębuit Paulus Acto. 9. cap. dicens Domine, quid me vis facere? O quam pauci inueniuntur in hac perfectæ obedientiæ forma, qui ſcilicet ſuam voluntatem ſic abiecerunt, vt omni hora requirant, non quod ipſi, ſed quod Dominus velit. Multorum puſillanimitas, & peruerſitas profecto exigit hodie, vt ab eis quæri oporteat, quid vis faciam tibi, & non ipſi quærant, Domine quid me vis facere. Conſiderare habet neceſſe miniſter, & Vicarius Chriſti, quid ſibi præcipi velint: Non ipſi conſiderant, quæ voluntas ſit præceptoris. Diſcernunt atq; diiudicant, & eligunt, in quibus obediant imperanti, imò in quibus neceſſe ſit præceptorem ſuum obedire voluntati eorum. Non eſt eorum obedientia plena, nec parati ſunt in omnibus obſequi neq; in omnibus ſequi conãtur eum, qui non ſuam, ſed patris voluntatem

facere

facere voluntatem. Quicunq; enim aperte, aut occulte ſatagit, vt ſpiritualis Pater hoc
ei iniungat, quod ipſe habet in voluntate ipſe ſe fallit, ſi putat ſe obedientem. Neq;
A enim in re ipſe obedit prælato, ſed magis ei obedit prælatus. Quia ſi obediat quis qui-
dem ad oculum, murmuret autem in abſcondito, falſa eſt obedientia. Sola charitas fa-
cit obedientiam gratam, & acceptabilem Deo, & verus obediens dat ſuum velle, & ſuum
nolle. Præterea ad hoc quod quis ſit vere obediens, neceſſe eſt, vt nō ſit in proprio ſenſu
pertinax, nec proprio innitatur conſilio. In corde namq; eſt duplex lepra, videlicet pro-
pria voluntas, & proprium conſilium, lepra vtraq; peſſima nimis. Lepra proprij conſi-
lij eo pernicioſior eſt, quo amplius latens: & quanto magis abundat, tanto ſibi quiſq; ſa-
nior eſſe uidetur. Hæc illorum eſt, qui zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam,
ſequentes ſuum errorem, & obſtinati in eo, ita ut nullius acquieſcant conſilijs. Hi unita-
tem, & pacem perturbant. Aduertant ergo, quod quaſi ſcelus idolatriæ ſit non acquie-
ſcere. Et quę maior ſuperbia, quam ut unus homo toti congregationi ſuum iudicium
B præferat, tanquam ipſe ſolus habeat Spiritum Dei? Hæc Bernardus. Aduertat Reli-
gioſus quantum crimen ſit inobedientia ſua. Eſt enim contra Diuinum Præceptum, quo-
niam Chriſtus iuſſit ſuis obedire Vicarijs. Eſt quoq; contra uotum ſolemne, & ita ex-
cedit periurium in grauitate. Deniq; ſi quis obtuliſſet Eccleſiæ calicem, & deinde cali-
cem illum Eccleſiæ datum retraheret ſibi, & applicaret proprio uſui, nonne enorme faci-
nus eſſet, & furtum, ac ſacrilegium, ſeu rapina ſacrilega? Quanto magis grauiſſimum ſce-
lus eſt, dum Religioſus uoluntatem ſuam, quam Deo, & eius Vicario dedit, ac obtulit per
uotum ſolemne, retrahit ſibi, & utitur ea ad libitum per inobedientiam maledictam?
Hoc plane eſt ſceleratiſſimum furtum, abominabile ſacrilegium, rapina æterno ſupplicio
ulciſcenda. At vero in obedientia ſolet naſci ex ſuperbia. Et ſunt nonnulli ſpiritaliter,
& occulte ſuperbi, qui quamuis uix trahi queant ad ea, quæ præſidens præcipit eis, ta-
men ad alia quędam exercitia, ex ſuo genere alta, & ardua, ſunt fortes, & proni præſer-
C tim ad faciendum ea iuxta propriam uoluntatem, uidelicet, ad orationes meditationes,
diſciplinas, pſalmodias, uigilias. Hi prohdolor fallunt ſeipſos. Ideo audiant, & formi-
dent, quod ſanctus ait Bernardus: Nec ſtudium bonæ actionis. Nec ocium ſanctæ
contemplationis, nec lachrimæ pœnitentis extra obedientiam Deo placent: imò ingra-
tum eſt Spiritui ſancto, quicquid ei obtuleris neglecto eo ad quod teneris. Verus obe-
diens mandati excuſationem non procraſtinat, ſed ſtatim parat aures auditui, linguam
uoci, pedes itineri, manuſq; operi, & ſe totum colligit intus, ut mandatum impleat præſi-
dentis. Hinc quoque in Statutis Ordinis Carthuſieñ habetur: Quanquam multa
ſint, quę Religioſe agimus, ſolo tamen obedientiæ merito omnia nobis profutura ſpera-
mus. Quæ obedientia ſi deeſſet, tanti laboris non ſolum meritum nullum haberent, ſed
etiam æternam damnationem acquirerent. Itaq; de his omnibus charitatiue, frequen-
ter, ac diligenter ſunt inſtruandę, ac admonendæ perſonæ tertij Ordinis à ſuis Viſitatori-
D bus, Miniſtris, ſeu Confeſſoribus, & matribus, ne ab inuiſibilibus hoſtibus ſuæ ſalutis ali-
quo modo decipiantur.

Qualiter inſtruenda ſunt de omni vitio proprietatis vitando, & de vera paupertate, ad quam ex profeſſione tenentur. Articulus XXXVI.

IVxta præhabita, Religioſi ad paupertatem ſe obligant uoto, prout paupertas eſt uirtus, qua non ſolum exterior ſubſtantia non habetur, nec aliquod proprium poſſidetur, ſed & inordinatus affectus habendi ea abijcitur, & mens propter Deum omnem proprietatem in talibus deteſtatur. Quemadmodum autem Religioſis facilius eſt proprietatem iſtam uitare quam gulæ, & incontinentiæ, ac motus ſuperbiæ, ita uitium proprietatis eis ſit difficillimum repellere, ſi ſemel cęperint illud admittere prout Caſſianus

docet

docet diffuſe. Hinc ſancti Patres diligentiſſime docuerunt, imo & diſtrictiſſime præceperunt, vt hoc vitium proprietatis in primis pure, ac radicitus euellatur. Hinc ſanctus Benedictus ait in regula ſua: Præcipuè hoc vitium proprietatis amputetur radicitus de A monaſterio, ne quis præſumat aliquid dare, aut accipere ſine patris iuſſione, neq; habere propriam vllam omnino rem, nec codicem, nec tabulas, nec graphium cum religioſis non liceat propria corpora, aut voluntates habere in propria poteſtate. Ideo omnia petantur à patre habere. Ne quicquam liceat habere, quod ipſe non dederit, aut licentiauerit. Quod ſi quiſquam deprehenſus fuerit huic nequiſſimo vitio ſubiacere, admoneatur ſemel, & iterum. Et ſi non emendauerit ſe, debitæ pœnæ ſubiaceat. Iterum ait. Tecta Fratrum à Patre Spirituali frequenter ſcrutanda ſunt, ne quis habeat aliquid peculiare, aut proprium. Et ſi apud aliquem inuentum fuerit, quod à patre non acceperit, grauiſſime diſciplinæ ſubiaceat. Et vt omnis excuſatio neceſſitatis auferatur, omnia neceſſaria dentur à patre. Hinc quoq; ſanctus Hieronymus ſcribit in regula ſua: Tanquam fatuus in tabulo ædificat, qui in Apoſtolica vita, & Religionis propoſito appetit tempo- B rales diuitias. Hinc attendite ò filij diligenter, hic omne periculum eſt, hic interitus animæ, hic mors æterna. Qui iam renunciauerunt omnibus, quæ poſſident, & ex uoto propria non habere, & nihil terrenum, nihil temporale tanquam proprium debent habere neq; appetere. Certe non tunicam non caligam neq; quodcunq; aliud minimum. Idcirco obteſtor vos omnes, & ſingulos coram Deo, & Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt omnes, vt aurum, & argentum cito, & tranſiens pecunia nulla ratione cor veſtrum ſeducat, vt aliquis veſtrum cum Anania, & Saphyra mentiri nitatur Spiritui ſancto, quem nihil latet, retinendo apud ſe occulte quantumcumq; minimum temporale: Hinc Matth. 5. cap. dicuntur beati pauperes ſpiritu, vt ſciatur, quod non ſufficit cuncta temporalia relinquendo ad Monaſterium pauperem accedere ſi mens miſerrima appetit, quæ reliquit. Quoniam oculi Dei magis contemplantur affectum, quam nummum, aut cenſum. Melius enim eſt in ſæculo cum diuitibus, temporalibus rebus inſiſtere, quàm in monaſterio C pauper ipſas appetere. Propter quod volo, & hortor, vt in monaſterio veſtro hæc perpetua obſeruatio maneat, quod nulla ſoror audeat tangere, aut retinere per horam cenſum, vel obolum, aut aliquod quantumcumq; minimum, quamquam à matre, aut ſorore mittatur. Sic ſic Dei ſponſæ ſponſum Ieſum aſtringite mentibus à terrenorum contagione, quoniam ſecum in habitatione nihil permittit eſſe terrenum. Sic ſic Apoſtolicæ fœminæ proijcite peras, & ſacculos, vt neq; marſupia ex latere pendeant, nec opus ſit clauibus, vt monſtretur ex ipſis interiorum indicijs, quod nihil habetur extrinſecum niſi Ieſus. Numquam in Chriſti, & Apoſtolorum conſortio, id eſt in clauſtro quærat filia regis præeminere. Pompis terrenis, dignitatibus carnis, ſpiritualis vita non eget, & carnis arras Chriſtus non quærit in ſuo coniugio. Quæ nobilior eſt, ipſa quoq; exiſtat humilior, & ad cuncta obſequia etiam vilia promptior. Hæc Hier. Omnia iſta perpendant ſolicite miniſtri, & matres perſonarũ tertiæ regulæ, quæ ad tria vota ſe obligant, vt vitium D proprietatis inter eos nullo colore, nulla occaſione ſubintret. Nec permittant, vt in eorum congregationibus vnus abundet in aliqua re, & alter indigeat. Idcirco ſi alicui fratri, aut ſorori veſtes, aut aliquid tale apportetur, & detur à parentibus, vel cognatis, nequaquam recipiat eã ſine miniſtri, aut matris licentia, nec detur ei niſi indigeat eo. Vel ſi ei donantur, mox auferantur ab eo, vel ab ea veſtimenta, camiſia ſeu conſimilia, quibus non indiget, quatenus indigentibus tribuantur. Hinc in regula ſancti Benedicti habetur: Nullatenus liceat monacho ſine licentia dare, aut recipere munuſcula, literas, aut eulogias à parentibus, neq; ab inuicem, nec ab aliquo hominum. Et ſi à parentibus alicui aliquid directum fuerit, non præſumat illud accipere, niſi indicauerit prius patri, in cuius ſit poteſtate, cui illud detur, Nec contriſtetur frater, ſi ei datum non fuerit, ne diabolo detur occaſio Hinc ait, & Hugo: In communi uita nihil licet occulte recipi, nec proprium retineri: ſed ſi quid alicui detur, præſentandum eſt præſidẽti, ut cui neceſſe fuerit præbeatur. Sic namq; auaritia extinguitur, ſuperfluitas reſecatur, ſic nutritur, & charitas, & ſancta cu

ſtoditur

ſtoditur paupertas: quia dum animus non habet terrena retinere, cogitur cæleſtia cogitare. Sed ſunt aliqui, qui grauiter conturbantur dum ea, quæ eis data aut miſſa ſunt, re-
A tinere non permittuntur. Amant munuſcula, delectantur in proprijs, & ſæpe ex paruis, & uilibus rebus tanto inardeſcunt deſiderio, ut earum occaſione concordiam fratrum ſoleant perturbare, quod diabolica perſuaſione certum eſt fieri. Debemus ergo dæmonum laqueos in omni materia præcauere, & cuncta terrena uirtute mentis calcare. Præterea beatus Auguſtinus ait in regula ſua: Quicumq; ad tantum progreſſus fuerit malum, vt occulte literas, aut munus accipiat, ſi ſponte hoc profitetur, & prodit, parcatur ei, et oretur pro eo. Si autem deprehenditur, aut conuincitur, grauius emendetur. Quod ſi aliquis rem ſibi collatam celauerit, furti iudicio condemnatur. Circa quod ait Hugo: Frater qui rem ſibi collatam celare appetit, Iudæ traditoris locum tenet. Itaq; omnis Religioſa perſona diligentiſſime ſtudeat mentem ſuam reformare, funditusq; purgare ab inordinata affectione circa terrena, quia vt ſancti Anachoritæ Abbas Paſuntius Abbasq; Daniel docuerunt, niſi Religioſus ſic fecerit, paulatim circa minima quæq; inordinatius
B afficietur.

De informatione Fratrum, & Sororum circa votum caſtitatis, & de remedijs contra tentationes, & contra concupiſcentias carnis.
Articulus XXXVI.

NOn ſolum ab actu exteriori obſcœno, ſcilicet fornicatione, ſed etiam ab interiori concupiſcentia vitioſa Religioſus promittit ſe abſtinere per votū caſtitatis. Cum igitur mens humana diù eſſe non poſſit ſine amore, et delectatione, ideo religioſa perſona debet ſe tota diligentia, et conatu aſſiduo dare ad veram, et ſpiritalem dilectio-
C nem, ac delectationem in actibus virtuoſis, atq; ab omni carnali amore, et delectatione ſenſuali cauere. Et ſi quęratur qualiter illud fieri valeat, reſpondendum, quod ita. Ad hoc enim, quod creſcamus, et accendamur in Dei amore, primo valet, quod conſideremus quam bonus, amabilis, et ſuper deſiderabilis ſit Dominus Deus noſter, quia re vera vniuerſis, et ſingulis creaturis eſt in infinitum deſiderabilior, melior, pulchrior, atq; in omni nobilitate, et perfectione eminentior. Et qui non poteſt ſic Deum pure, ac intellectualiter contemplari, ſaltem credat ſic eſſe, et ex rebus creatis hoc ipſum pro poſſe perpendat. Secundo valet ad idem, conſiderare quod Dominus Creator noſter ita prior dilexit nos. Duriſſimus namq; ingratiſſimusq; exiſtit, qui non rediligit eum, à quo ſcit ſe diligi, et qui prior dilexit ſe. Tertio valet ad hoc, conſiderare vniuerſa beneficia Dei pro poſſe, et pręſertim, quod vnigenitus Dei Filius propter nos factus eſt homo, et tanta pro noſtra ſalute fecit, ac ſuſtinuit. Quarto, quod tam ineffabilem beatitudinem
D nobis præparauit in Cœlis. Quinto valet ad hoc, omni hora inuocare Dominum, quatenus ſua ſancta charitate, et ſpiritali proximorum dilectione dignetur nos inflammare. Sexto valet ad hoc, facere ſibi conſuetudinem eleuandi cor ſuum ad Deum, in omni loco, actu, et tempore eum laudando, orando, ac meditando. Septimo Diuina Præcepta viriliter exequi. Religioſus ergo non afficiatur ad aliquam perſonam humanam, niſi puro, et ſpiritali affectu, in quantum videlicet eſt Dei creatura, ſummæ Trinitatis imagine inſignita, ad ęternam beatitudinem à Deo ordinata, et cognita, et condita, et Chriſti Sanguine liberata, atq; inquantum ornata eſt charitate, & gratia Dei cæteriſq; virtutibus, & actibus bonis vel eis ornari poteſt, & vt ea obtineat. Porrò amor naturalis, familiaris ac ſocialis ad ſpiritalem amorem eſt referendus. Ad hoc autem omnis Religioſus vitet omnem carnalem, & turpem amorem, & concupiſcentiam ſenſualem, requiritur quod vitet cauſas, & occaſiones concupiſcentiæ, & carnalis amoris, videlicet incautum aſpectum, tactus, amplexus, & oſcula, colloquia quoq; ſuperflua, & laſciua, imò & imaginationes, cogitationes carnales, & fœdas, ſocietates periculoſas, loca & tempora importuna. Nec

ſolum

ſolum vitanda ſunt iſta circa perſonas fœminei ſexus.ſed etiam circa adoleſcentes,et iuuenes ſexus virilis.Denique concupiſcentiæ.& ſtimuli carnis quandoq;oriuntur ex cauſa naturali ſeu interiori atque ſpontanea,quia.& ſi dæmones non eſſent neq; tentarent, adhuc homines ſuſtinerent huiuſmodi motus. Aliquando vero oriuntur ex cauſa extrinſeca,hoc eſt,ex dæmonum ſuggeſtione,ſiue ex humana inſtigatione, vel exteriorum obiectorum impreſſione. Et qualitercunque oriantur concupiſcentiæ,& ſtimulationes iſtæ in homine,debet eis vnuſquiſque,potiſſime religioſus,prudenter reſiſtere,diſſentire, imò, & ne oriantur in ſe prouide præuenire,quantum ſibi extat poſſibile,vitando, vt dictum eſt, cauſas,& occaſiones earum. Præterea multis modis reſiſtendum eſt eis. Primo per orationes aſſiduas atque feruentes.Secundo per frequentem præcordialem, & compaſſiuam meditationem paſſionis dominicæ. Tertio per ſapientialem conſiderationem quatuor nouiſſimorum,quæ qui quotidie diligenter attendit varia euadit peccata Qui enim quotidie penſat ſe moriturum in breui,atque perpẽdit diſtrictionem diuini iudicij,acerbitatem quoque omnis infernalis ſupplicij,& inenarrabilia gaudia Paradiſi cœleſtis, faciliter poteſt abhorrere peccata,et oblectamenta carnalia. Quarto omnem ocioſitatem & loquacitatem vitando,ſeque viriliter occupando in actibus bonis. Quinto omnem gulam atque conuiuia fugiendo. Sexto vt tactum eſt vitando ea ex quibus naſcuntur concupiſcentiæ,et ſtimuli carnis,videlicet incautum,et libidinoſum aſpectum, turpem imaginationem,cogitationes immundas,tactus,amplexus,et oſcula, atque ſimilia libidinis incitamenta. Eſtque tentationibus,et concupiſcentijs carnis ſtatim in principio cum cœperunt ſurgere,reſiſtendum. Et debet ſe homo auertere ab intuitu,imaginatione, et conſideratione obiectorum,et incitamentorum actuumque carnalium. Affectiones nãque,et concupiſcentiæ ex aliqua præuia cognitione naſcuntur,cum obiectum appetitus ſit,bonum cognitum.Cum igitur cœperit quis ſentire in ſe ortum alicuius concupiſcentiæ aut ſenſualis amoris,vel ſtimuli carnis,protinus ſe conuertat ad orationes, ad meditationem,dominicæ paſſionis,ad memoriam nouiſſimorũ,et ad cætera remedia,contra concupiſcentiam,et vitia carnis valentia. Hoc quoque ſciendum,quod non ſolum conſenſus in opus obſcœnum,ſed etiam conſenſus in delectationem, eſt mortale peccatum. Similiter delectatio moroſa in cogitatione ſeu apprehenſione conſiſtens.Hinc Augu.valde admonet religioſos,vt oculos ſuos non figant in aliquam fœminam. Et Dominus ac ſaluator. Matt.5. cap. conteſtatur. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Subijciendus eſt ergo ſenſitiuus appetitus rationi, vt nil appetat niſi ſecundum rectæ rationis imperium ac dictamen.

Quam charitatiue patienter, & gratanter ſuſcipienda ſit paterna ac fraterna correptio atque correctio. Articulus. XXXVIII.

AD proficiendum in vita religioſa valde ſalubre,& vtile.imò,& neceſſarium eſt, paternas,& fraternas increpationes ac admonitiones libẽter accipere. debitam quoque correctionem cum contritione, & humilitate amplecti,quia in multis, offendimus omnes,cum & iuſtus ſepties in die cadat, & vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ ſint quaſi pannus menſtruatæ,nec numerare valeamus peccata,quæ omni die incidimus, non ſolum peccata commiſſionis.Quæ tot,& tanta ſunt,quod ea pro maxima parte neſcimus, neque aduertimus. Propter quod vir ſanctus. Pſal.18.clamauit: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me Domine. Cum ergo peccata ſint vulnera animæ, & læſiones ac maculæ eius,imò,& ſpiritalis mors vel diſpoſitio ad eandem, quid tam inſenſatum ac fatuum quid tam iniuſtum ac improbum,ſicut corripi ac corrigi nolle? Cum paterna ſeu fraterna correptio non ſit niſi ſaluberrima medicina ad curandum peccata præterita, ad confundandum præſentia vitia,atque ad præcauendum futura Ideo cum omni gratiarum actione

actione eſt correptio illa ſuſcipienda, præſertim à præſidente, deinde à confratribus, & conſororibus vniuerſis. & non ſolum verbalis correptio, ſed etiam realis correctio à præ-
A ſidente. Et certe qui pro ſuis peccatis veram habet contritionem, & propriam agnoſcit miſeriam, defectuoſitatem, & culparum ſuarum congeriem, non aliud optat in præſenti vita, niſi reprehendi, & caſtigari. Ideo iſtud eſt ſignum veræ humilitatis, & ſaluberrimæ contritionis. Porro qui reprehendi, & corrigi dedignatur, qui metuit increpari vituperari accuſari, humiliariq; refugit, ſuperbiam, inſipientiam, & vanitatem ſuam demonſtrat. Qui vero increpantem, & corrigentem contemnit, diiudicat aut dure alloquitur aut ei iraſcitur, detrahit, indignatur, vel contra ipſum amaricatur, ſimilis eſt phrenetico. Nec ouis, quæ tranſit ſub baculo ſui paſtoris, ſed cani, & lupo remordendi recte aſſimilatur. Præterea dato quod quis immunis ſit à peccato quod ei obijcitur, tamen propter alia peccata ſua innumerabilia, & occulta, debet increpationem, & diſciplinam gratanter ſuſcipere, imò, & ſi nulli ſubeſſet peccato. Quia correptio iſta non ſolum eſt peccati medela, ſed
B etiam cautela contra peccata futura, & via promerendi gratiam ampliorem, ſaluberrima quoque exercitatio ad patientiam obtinendam, & ad frangendum ac ſuperandum ſeipſum, ideo eam diligere, & amplecti, ſignum eſt veræ ſapientiæ, humilitatis, & contritionis. Hinc diuina ſcriptura, præſertim in libris ſapientialibus, copioſiſſime ac ſpecialiſſime admonet non ſolum religioſos, ſed etiam vniuerſos fideles ad exhibendum alijs, & ad ſuſcipiendum ab eis correptionem. Nempe in primis virtus, & ſapientia Dei patris Chriſtus dominus in Matt. 18. cap. iubet, Si peccauerit in te (ideſt te ſciente) frater (ideſt, proximus) tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſolum. Hinc & Salomon in Prou. cap. 12. ait: Qui autem odit increpationes inſipiens eſt. Et rurſus Prou. 15. Qui abijcit diſciplinam, deſpicit animam ſuam. Qui autem acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis. Qui autem illuſor eſt, non audit cum corripitur. Iterumq; in Prou. 9. cap. proteſtatur. Argue ſapientē, & diliget te: doce iuſtum, & feſtinabit accipere. Verū qui corripientem dura ceruice cō-
C temnit repentinus ſuperueniet ei interitus. Præterea. Eccle. 19. cap. ſcriptum eſt: Corripe amicum ne forte non intellexerit, & dicat, non feci: aut ſi fecerit, ne iterum addat facere. Quam bonum eſt arguere quam iraſci? quam bonum eſt, correptum oſtendere pœnitentiam? Sic enim effugiet peccatum. Qui odit correptionem, veſtigium eſt peccatoris, qui autem timet Deum, conuertetur ad cor ſuum. Hoc demum ſciendum, quod correptio delinquentis vno modo eſt actus charitatis, et ita pertinet ad ſuperiores, et æquales ac inferiores. Alio modo eſt actus iuſtitiæ, et ita pertinet ad ſuperiores ac præſidētes ad quos etiam ſpectat correptioni correctionem adijcere, dum ratio id requirit. Corripiendus eſt autem peccans, non ex perturbatione, crudelitate, odio aut impatientia, neque aliqua vehementia paſſionis, ſed ex charitate, iuſtitia, diſcretione, pietate, et compaſſione, ita vt ipſe corripiens propriæ infirmitatis ſit memor, et ita conetur delinquentem curare, vt nec ſeipſum per iram, impatientiam aut paſſionem alium lædat, nec correptum ad gra-
D uiorem inducat ruinam. Hinc ait Iſidorus: Qui delinquentem ſuperbo aut odioſo animo corripit, non emendat, sed percutit: Quicquid indignans aut proteruus protulerit animus, furor eſt obiurgantis, non dilectio corrigentis. Quicquid lacerato animo dixeris, punientis eſt impetus, non charitas emendantis. Veruntamen eodem proteſtante Iſidoro, qui blando verbo caſtigatus non emendatur neceſſe eſt vt acrius arguatur. Et qui ſecrete admonitus ſe corrigere negligit, publice arguendus eſt. Et vulnus quod occulte ſanari non poteſt, debet manifeſte emendari. Manifeſta quoque peccata non ſunt occulta correctione purganda. Hinc Apoſtolus. 1. Timoth. 5. cap. iubet Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant. Sed vt Antiſiodorenſis ſcribit in ſumma ſua, pauciſſimi præceptum iſtud fraternæ correptionis adimplent. Et in hoc. Hi qui præſunt damnabilius negligentes exiſtunt. Verum quoniam ſanctis doctoribus. Ambroſio Chriſoſtomoque teſtantibus, indigni ſunt alios iudicare atque corripere, qui in eiſdem aut maioribus ſunt peccatis, ideo qui præſunt, debent ſeipſos in primis corrigere, & irreprehenſibiles exhibere, ne eis valeat dici, illud Luc. 4. cap. Medice, cura te ipſum.

Et illud Apoſtoli ad Roma.2. Qui alium doces, teipſum non doces? Debent quoque qui præſunt, in correptionibus, & correctionibus ſuis circa ſubditos vti grandi diſcretione, & miſericordiam iuſtitia contemperare. A

De taciturnitate ſeruanda, & loquacitate vitanda.
Articulus. XXXIX.

QVemadmodum libri ſapientiales ſpecialiter exhortantur omnem hominem ad ſuſcipiandum æquinanimiter correptionem, & correctionem pro ſuis peccatis, ita ſpecialiter ac diligentiſſime, imo, & frequentiſſime admonent omnem fidelem ad refrenandum propriam linguam, & ad indeſinentem cuſtodiam oris ſui, ita vt nõ niſi fructuoſa & ædificatoria verba loquatur, eqjà multiloquio reprimat. Denique quãtum vitanda ſint verba, vitioſa, vtpote mendoſa, detractoria, pungitiua irriſoria, contentioſa & ſeminatiua diſcordiæ. Chriſtus breui ſententia apud Mat. 12. cap pãdit, inquiens: De omni verbo otioſo quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Hinc Salomon loquitur in Prou 21 cap. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam, qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet malum. Qui moderatur ſermones ſuos, doctus et prudens eſt. Stultus quoque ſi tacuerit, ſapiens reputabitur. Qui cuſtodit os ſuũ, & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtijs animam ſuam. Stultus autem verba multiplicat. Quia in multiloquio peccatum non deeſt. Sicut vrbs patens, & abſque murorum ambitu, ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. Vidiſti hominem Velocem ad loquendum, ſtultitia magis ſperanda eſt quam illius correctio. Hæc omnia Salomonis ſunt verba. Ex quibus docemur, quanta ſit inſipientia loquacium. & quanta dãna animæ ſuæ incurrat homo ex incuſtodia linguæ ſuæ. Hinc quoq; in Eccleſiaſtico ſcripta ſunt multa per diuerſa capita videlicet. Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam, & eſt odibilis, qui procax eſt ad loquendum. Qui multis vtitur verbis, lædit animam ſuam. Vbi non eſt auditus, non effundas ſermonem. Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Cum igitur refrenatio linguæ ſit tam neceſſaria ad ſalutem, tanquam fructuoſa, & commendabilis, et incuſtodia eius tam periculoſa nociua atque damnabilis, hinc ſãcti Patres inter obſeruãtias regulares præcipuas conſtituerunt obſeruationẽ ſilentij, vt religioſi nõ niſi certis horis, et de licẽtia ſui ſuperioris loquantur. Hinc B Hieron. in regula ſua ait. Illud Apoſtoli Iacobi c. 1. in corde veſtro millies repetatur in die. Si quis parat ſe religioſũ eſſe, nõ refrenans, linguã, ſuã ſed ſeducens cor ſuũ, huius vana eſt religio. Religio igitur ſancta non põt ineſſe loquacibus, qui ab inutilibus verbis abſtinere non poſſunt. Et hoc ſancti patres edocti, in heremo cum ſumma diligentia obſeruant ſancta ſilentia, tanquam ſanctæ contemplationis ſubſidia. Plures vidi qui infra ſeptem annos nullum verbum locuti fuerunt hominibus. Hinc Iacobus Apoſtolus in refrenatione linguæ beatitudinem ponit dicendo: Canonicæ ſuæ cap. 1. Quicunque refrenat linguam ſuam, hic beatus in facto ſuo erit, ut ſciamus quod Deus qui eſt beatitudo noſtra haberi, & contemplari non poteſt in multiloquio. Refrenatio linguæ eſt, cum ei ſilentium imponitur, ne in verba Deo diſplicentia prorumpere audeat, vel exercetur ad bonum, vt diuinas laudes exoluat. Præterea ſororibus, & monialibus ſpecialiter ſcribit Beatus Hieronymus. Si quando mulierculæ de proprijs viris, de filijs, de veſtibus, de mundi vanitatibus cæperint garrulare, vt moris eſt eis, mox frangite verba eorum otioſa, & introducite verba Dei Quia ſi audire noluerint, feneſtra in deteſtationem criminis claudatur illis in faciem, & velox fuga teſtetur ſanctitatem intrinſecam ne rumores intrantes mentem per aures, diſtractionem, & inquietudinem cordi inducant tempore orationis, & contemplationis. Exteriores ſenſus, & os, ſunt feneſtræ, & ianua: quæ ſi clauſa non fuerint, morti patet ingreſſus in animam. Porro exteriores ſenſus noſtri claudi non poſſunt

ſunt in tumultibus hominum ideo ſolum in ſilentio,& quiete vitantur cogitationes per-
A uerſæ,quæ ſeparant nos à Deo. Tam raro vir vobis appareat,tam raro habeatur de viro inter vos mentio,vt puellæ veſtræ pene ignorent ſexum virilem. Labia viri venena præbent mulieribus. Vir cuiuſcunque conditionis exiſtat,aut nunquam vobis appareat,aut viſus perterreat viſum veſtrum tanquam horridum monſtrum. Propterea volo vt ſi neceſſe fuerit loqui cum viro,uelum in feneſtula tractum,mutuum aſpectũ impediat. Hęc Hieronymus. Sanctus quoque Auguſtinus inquit. Silentium o fratres chariſſimi vobis ſumme neceſſarium eſt. Omne verbum quod non ædificat, in periculum vertitur dicentium atque audientium. Lingua veſtra rationem ſequatur, non voluntatem. Non enim ſolum debemus oculos clauſos tenere,ſed, & linguas infra dentes ſeruare illeſas. Vanus ſermo, vanæ conſcientiæ index eſt.

B *Quam fideliter debeant fratres, & ſorores laborare, & laborando orare & de loquacitate in laboribus vitanda. Articulus. XXXX.*

HOc plurimum conſolatur religioſas perſonas de laboribus ſuis viuentes quod ait propheta labores manuum tuarum manducabis, beatus es,& bene tibi erit. Verum ſunt multi,qui pro proprio lucro,& commodo fortius inſtantiusque laborant,quam pro bono,& emolumento communi:quia in eis plus regnat carnalis affectio, quam ſpiritalis dilectio,& improbus amor ſui,quam charitas communitatis,& Dei. Quod contra Sanctus Auguſtinus ait in regula ſua. Nullus ſibi,aliquid operetur, ſed omnia opera veſtra in vnum fiant maiori ſtudio, & frequentiori alacritate, quam ſi vobis ſingula faceretis proprijs. Charitas namque, quæ ſua ſunt, ſic intelligitur,ſi communia proprijs, non propria communibus anteponantur. Ideo quanto amplius rem communem quam ve-
C ſtram propriã curaueritis tanto plus vos proficere noueritis. Hæc Auguſtinus. Super quæ verba ſcribit Hubertus: Qui ſunt religioſi, qui ad opera communia ſunt nunc impotentes,nunc negligentes,nunc quærulosi,& triſtes,ad propria autem fortes,læti, et diligentes? Et hoc eſt quod in loco communitatis ſingularitatem inducit. Propter quod Sanctus ait Bernardus: Homo ſingularis ad omnia ſua eſt ſtrenuus, ad communia piger. Contra quod ait Apoſtolus ad Phil. 2. cap. Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed quæ aliorum. Hoc eſt quod deſtruit religionem. Quantæ etenim abbatiæ tam in temporalibus quam in ſpiritualibus perierunt, eo quod relictis bonis communibus, vacuerunt proprijs comodis? Præterea iuxta doctrinam Sancti Bernardi,in corporali labore ſanctæ religionis valde cauenda eſt omnis loquacitas. Alioquin maius demeritum erit in fabulando,quam meritum in laborando. Hinc deuotiſſimi fratres in eremo atque in ſanctorum patrum cænobijs cum ſummo ſilentio exercuerunt exteriores labores,quia nouerũt
D quod per loquacitatem compunctio cordis diſſoluitur, recollectio atq; ſtabilitas mentis in Deo penitus diſſipatur, et ipſi qui laborant ad iocos,et riſus,proſiliunt: ſicq; inaniter delectantur,et omni ſpirituali conſolatione priuari merentur. Si itaque fratres religioſi nolunt in laborando continuum,et perfectum ſeruare ſilentium,quamuis interius meditationibus,et orationibus vacent mentalibus, non tamen omittant confabulationes ſuas frequenter interrumpere per orationes, ita vt is qui præeſt aut ſenior inter laborantes, frequenter voce aliqualiter alta clamet,et dicat pater noſter. Quo audito, vnuſquiſque laborantium dicat deuote orationem dominicam cum ſalutatione angelica. Et deinde teneatur ad aliquantulum tempus ſilentium, quouſque Præſidens aut ſenior dicat, Benedicite. Et intra tempus illius ſilentij mens dirigatur ad Deum. Hinc Caſſianus ait in libro de inſtitutis patrum,quod fratres egreſſi ad neceſſaria opera, taliter ea expleuerunt, quod nulla penitus inter eos collocutio tenebatur. Sed ſic compleuit vnuſquiſque opus ſuum iniunctum,quod interim de ſcripturis aliquid meditabatur,aut orationibus inſiſtebat, et nullam temporis partem infructuoſe expendit. Nec licuit vni alium tenere cum

manu, ſeu manus inuicem ſibi inferre. Quod etiam in regula Sancti Pachonij diuinitus iuſſum fuerit.

Qualiter perſona religioſa debeant exercitia ſua ſapientialiter ordinare ad perfectionem. Articulus. XXXXI.

Sicut beatiſſimus Pater Anthonius docuit, nulla virtus tam compendioſe ducit hominem ad veram perfectionem ſicut diſcretio. Exercitia autem religioſorum ſunt triplicia. Nàm quædam ſunt omnino exteriora, & corporalia, vt ieiunia, vigiliæ abſtinentiæ diſciplinæ, & manuales labores. Alia vero eorum exercitia ſunt penitus interiora, & intellectualia, vt meditari, contemplari, mentaliterqu; orare, & Deum laudare atque diligere, credere, & ſperare in eum, Sunt quoq; alia eorum exercitia, quæ inter præfata ſe habent medio modo. Sunt enim exteriora, & tamen ad reformationem paſſionũ animæ pertinent, quæ paſſiones in appetitu ſunt ſenſitiuo. Exigit ergo vera diſcretio, vt exercitia illà exteriora, & corporalia, cum ſint infima ordinentur ad reformationem paſſionum appetitus ſenſitiui. Quia ad hoc debemus ieiunare, abſtinere, vigilare, & corpora noſtra per diſciplinas atq; labores affligere, vt ſenſualitas, & ſenſitiua pars animæ cum motibus, & affectionibus ſuis plene ſubijciantur imperio rectæ rationis ac præceptis legis diuinæ, & ordini charitatis. Hoc eſt, vt concupiſcentiæ, & delectationes ſenſuales, carnales amores, timores, ac cæteræ paſſiones, videlicet ira, triſtitia, cupiditas, per rationem, & per virtutes morales refrenentur ac rectificentur, ita vt non afficiamur, nec moueamur ad aliquam rem temporalem, ſenſibilem aut carnalem, niſi ſecundum quod dictat ratio recta, & docet lex diuina, & charitas Dei requirit: nec aliter delectemur, contriſtemur, iraſcamur, aut timeamus de quacunque re terrena carnali aut ſenſitiua. Inſuper iſta paſſionum reformatio, eſt ordinanda ad perfectam reformationem ac veram perfectionem rationis ſeu intellectus ac voluntatis, puta ad hoc, quod Deum altiſſimum, & æternum pura ac ſtabili mente contemplemur eumq; feruide diligamus, diuinam ſcripturam intelligamus, ſicq; æterna, cęleſtia ac diuina ſinceriter meditemur, & ea feruenter amemus. In contemplatione enim, & dilectione Dei conſiſtit tota perfectio noſtra. Ideo omnia alia debemus ordinare ad contemplationem dilectionemq; Dei omnipotentis, qui eſt ſumma, & inuariabilis veritas, æterna quoq; pura, infinitaq; bonitas, à cuius contemplatione, & dilectione impediunt mentem paſſiones animæ, niſi refrenatæ ſint ac reformatæ. Qui enim impatiens eſt, iracundus, libidinoſus, cupidus, voluptuoſus ſęculariter triſtis, carnaliter timidus, aut ſimilibus paſſionibus aut vitijs ſubditus, non eſt aptus ad contemplationem, & dilectionem ſupermundiſſimi Dei. Itaq; qui corporaliter ſe exercet, & affligit ieiunijs, abſtinentijs, vigilijs, diſciplinis, laboribus, & intus non proficit in reformationibus paſſionum, in expurgationibus vitiorum in humilitate, patientia, manſuetudine, ſobrietate, caſtimonia puritate, ſtulte inaniterque laborat, & ſimilis eſt ei, qui terram laborioſe arat ac ſeminat, & tamen nunquam colligit fructum. De hoc Euſebius Emiſſenus in ſuis homelijs pulcherrime ac ſapientiſſime loquitur: Non nobis ſufficere credamus, quod in hac virtutum ſchola nos credimus, & cernimus congregatos, niſi in ipſis virtutibus quotidie proficiamus. Quid enim prodeſt nobis ſecretum huius habitationis, quando tyrannico dominatu malitia in nobis regnat, quando ira ſuperequitat aut impatientia exagitat, quando maiorem metum incutit nobis humanus oculus quàm diuinus, quando nos extra mundum eſſe non credimus aut tenemus? Ideo fratres videte vocationem veſtram. Venire ad clauſtrum ſeu congregationem ſummæ perfectionis initiũ eſt: ſed in clauſtro aut congregatione non perfectę viuere, ſumma damnatio eſt. Quid prodeſt ſi locus quietus tantum corporaliter teneatur, et inquietudo in corde uerſetur? Quid inquam prodeſt, ſi in habitaculo ſilentium ſit, et in habitatoribus uitiorum tumultus, et colluctatio paſſionum? Non ad carnalem requiem, non ad uanam ſecuritatem, ſed ad præ-

ad prælianduum contra paſſiones, & vitia, ad iſtum conuenimus locum, vt peccata lin-
A guæ vincamus, vt non ſolum inuicem non inferamus iniurias, ſed nec ſentiamus illatas. Peculiarius autem iſtud ad noſtram ſpectat profeſſionem, nihil in hac vita conſolationis requirere aut quietis, nec velle recipere bona in hac vita, ſed honores refugere, ſubie-ctione, & abiectione gaudere, paupertatem quærere, & non ſolum facultates, ſed ipſas etiam cupiditates eradicare: Habendi etenim amor niſi integre reſecetur, ardentior eſt in paruis, & plus torquet in minimis, Et niſi ex corde pauper ſis, & affectu, paupertas tua miſeria eſt, & non virtus. Ieiunare, & vigilare, nec tamen mores corrigere, eſt quaſi extra vineam emundare, & vineam ipſam incultam relinquere.

De Symonia vitanda Articulus. XLII.

B QVantum, ideſt, cum quanta puritate, & diligentia omnis Simoniaca prauitas ſit religioſis vitanda in ſuſceptione perſonarum ad religionem, conſtat ex verbis glorioſi Hieronymi, in regula ſua dicentis, deteſtabilem hæreſim Symoniæ, quam communi prauitate diaboli moniales aſſuetæ committunt, etiam in auditu horreat veſtra ſocietas. Gieſi pœna, & Simonis vos terreat prauitas, vox Petri Vicarij Chriſti ad Simonem nunquam exeat de auribus veſtris. Pecunia tua tecum ſit in perditionem. Exiſtimaſti enim donum Dei te habere pecunia. Ad vos venientes ſorores, ad Chriſti ſuſcipite nuptias gratis, præponatur Sanctitas pecuniæ, exquiratur bonitas vitæ, non generoſitas carnis, non vtilitas mundi. Nulla omnino pactio aut conditio, nulla opinio, id eſt, exiſtimatio de aliqua re temporali danda, quæ mentis puritatem perturbet præueniat, ideſt, receptionem perſonæ præcedat. Apud Iſa. cap. 33. Beatum ſapientia clamat qui excutit manus ſuas ab omni munere. Et in. Ecc. 15. cap. Qui poſt aurum non abijt, nec ſpe-
C rauit in theſauris pecuniæ, quæ ſubuertit verum iudicium animæ. Hæc Hiero. Inſuper Papa Vrbanus quintus, tam diſtricte, & omnifarie prohibuit aliquid temporale peti, à perſona ingreſſum religionis petente, quod eius prohibitio palliari non poteſt, nec excuſare ſe poteſt aliquis ab obſeruantia eius. Iuſſit nanque ut nec ante receptionē, neque poſt receptionem aliquid exigatur, & vt nullo colore nulloq; modo ſub paupertatis prætextu fiat exactio aut pactio de aliquo temporali dando, Conſtitutionem aūt hanc. Vrbani Papæ ſucceſſor eius. Gre. vndecimus confirmauit. Hinc quoque in ſtatutis. Carthuſienſis ordinis dicitur. A nouitio, id eſt, ab eo qui recipi petit, aut ad nouitiatum ſeu probationem receptus eſt, nec veſtis nec aliud exigatur Si prior exegerit, ſit extra ſedem ſuam quadragiunta diebus, & noctibus, totidem ſine miſericordia faciat abſtinentias. Si procurator uel alius exegerit, ſit nouitiuus per quadraginta dies, & totidem in cap. recipiat diſciplinam. Prioratum quoque prior, et procurationem procurator amit-
D tat, ſi eis ſcientibus exactio iam uenit ad effectum. De hac materia alibi ſcripſi plenius. Denique quantæ detractiones, et temeraria iudicia diuerſaque ſcandala oriantur quotidie ex practica illa quorundam religioſorū periculoſa, qua uel directe vel indirecte, uel per ſe uel per alios aliquid petunt à perſona recipi poſtulante, experientia docet, et ex ea ſanctæ religioni detrahatur, puſilli ſcandalizantur, pauperes quoq; à religionis ingreſſu impediuntur, nec ſpecies mali uitatur, propter quam uitandam aſſerit Sanctus Tho. in quotlibetis ſuis, quod ſaltem ante receptionem perſonæ nihil ſit exigendum. Inſuper non ſufficit ad ſalutem nihil exigere, ſed coram Deo requiritur etiam nil temporale pro receptione perſonę intendere: hoc eſt, non accipere perſonam intuitu aut ſpe alicuius rei temporalis dandę ab ea, quia hoc eſſet Simonia intentionalis Quam ſolent incurrere illi, qui perſonam accipiunt abſq; prelia pactione, tamen ſi infra annum probationis uiderint ſe nihil temporale, pro ut ſperabant, accepturos, ab ipſa, expediunt ſe ab ea, et quęrunt occaſionem qua eam egredi faciant, nec ad profeſſionem admittant quod impium eſt coram altiſſimo, quem nullus irridere poteſt, aut fallere. Religioſę ergo per-

go per-

go perſonę, qui ſemel, propter Deum omnia temporalia relinquerunt, nequaquam rurſus tantis ſe inuoluant periculis propter temporalia ſemel amore Dei contempta, preſertim cum non ſolum ad meliorem, ſed item ad tutiorem uiam ſint obligati, pro ut in ſumma ſua Antiſiodorenſis fatetur, A

De temerarijs iudicijs, ſuſpictionibus, detractionibus, contumelijs, ſeminationibuſque diſcordiæ penitus euitandis, Articulus XLIII.

CHriſtus in Euan. Ma. 7. Nolite, inquit iudicare, ideſt, in caute iudicando aliquem reprobare aut male de eo ſentire, & nõ iudicabimini iudicio reprobationis Cum igitur proximus, etiam qui peccauit, omni poſſit momento tangi à ſpiritu Santo, & pænitere, ſtultum eſt eum abſolute ſeu penitus reprobare, aut condemnare. Sunt tamen aliqua facta qui bono nequeunt animo fieri nec valent à mortali vitio excuſari. Et de talibus poſſimus iudicare quod praua ſint, & quod faciens ea ſit impius quamdiu ea exercet aut exercere intendit] Sed quia aliorum intentio nobis incognita eſt, de ea iudicare non poſſimus, niſi inquantum oſtendit nobis per verba, & facta. Alium ergo iudicare non poſſimus certitudinaliter eſſe iniquum, niſi dum eum in actu vitioſo vel in omiſſione debiti actus conſpicimus. Qualis vero ſit poſtea, non ſcimus pro certo, Ideo de abſentibus, & de ijs quos non ſcimus eſſe in actu peccandi, vel realiter in omiſſione debiti actus, non præſumamus certitudinaliter iudicare quod mali ſint. Nec de ij s quos pro nunc ſcimus eſſe iniquos, audeamus iudicare quod iniqui manebunt, quia neſcimus quales futuri ſint. Cum itaq; poſſit hõ tam multipliciter errare, deuiare, peccare, & periclitari iudicando de mortuis, ideo Chriſtus ſaluberrime docuit nos vt non iudicemus, quia per hoc varia pericula, & peccata euadimus. Hinc, & S. patres in eremo, & omnes veri religioſi ac timorati, & ſapientes, maxime horruerunt iudicare de alijs. Vñ monſtratur quã inſipiẽtes intimoratæ ac ſtolidæ ſint religioſæ perſonæ, quę tam procliues, & pronę ſunt alios iudicare, non ſolum confratres, & conſorores, ſed. & ſuperiores ſuos ac iudices, quod ẽ valde, peruerſum, & ineffabiliter periculoſum, imo quidam ſunt ita peruerſi, & malitioſi, quod diſcuſſione propriæ conſcientiæ derelicta, ex propoſito obſeruant defectus, & opera aliorum, & ea quæ poſſunt interpretari in melius, interpretantur in peius, imo, & ea de quibus certi non ſunt quo animo facta ſunt, iudicant quaſi ſciant quo animo facta ſint, cum tamen religioſa perſona non debeat niſi ſeipſam indeſinenter obſeruare, diiudicare, & caſtigare. Tales ergo curioſi, vani ac fatui homines, in periculo atq; damnabili ſtatu ſunt. Ideo reſipiſcant, & patrocinentur in propria cauſa, & quæ Deus requirit ab eis, cogitent ſemper. Præterea ſepe contingit quod quanto religioſi minus indigent ſe occupare circa prouiſionem domeſticam, & circa exteriora negotia ardua, tanto facilius occupent ſe cum temerarijs iudicijs, vanis ſuſpicionibus, illicitiſq; fabulationibus de proximis ſuis. Quod faciunt hi, qui non aduertunt quotidie ad quanta ſe obligauerunt in ſua profeſſione, & quantum deficiant à ſuæ profeſſionis impletione, quam grauiter ac multipliciter peccant quotidie, quam metuendum iudicium immineat eis, nec curant quotidie debite proficiſci in via monaſticæ conuerſationis, atq; cum reuerentia condigna, & puritate interna in diuinæ Maieſtatis præſentia ambulare; ſed ſuperficiales, intimorati, remiſſi ac leues ſunt, cancriſantes magis quàm progredientes, cum tamen religioſus teneatur in via virtutum quotidie creſcere, et vere perfectioni appropinquare. Inſuper aduertendum, quod ſuſpitio eſt æſtimatio ſeu opinio mali de alio, ex leuibus cauſis, et ſignis procedens. Et ſuſpicio iſta interdum procedit ex malitia ſuſpicantis, qui propriæ malitiæ conſcius ſibi omnes æſtimat tales qualis eſt ipſe. Secundo procedit ex experientia quedam, Ideirco ſecundum Ariſtotelem. 2. Rhetorice: Senes quidam ſunt magis ſuſpicioſi, quoniam plura experti ſunt. Et iſta ſuſpicio ex experientia naſcens, eſt minus culpabilis, in quantum certitudini magis propin-

pinquat. Eſt autem triplex gradus ſuſpitionis. Primus, dum quis ex leuibus ſignis, et cau-
A ſis incipit dubitare de virtute, et bonitate alterius, et hoc eſt veniale peccatum. Secun-
dus gradus eſt, dum quis ex leuibus cauſis, et ſignis pro certo reputat alium eſſe malum,
et hoc eſt mortale peccatum, qñ malum quod imputat alteri, eſt mortale. Tertius gra-
dus eſt, dum quis ex tali ſuſpitione procedit ad punitionem alterius, et hoc eſt grauius,
quã ſolum ſentire malum de ipſo. Ex his valde timendum videtur, quod quidam reli-
gioſi frequenter mortaliter peccant in ſuſpicionibus ſuis, qui ex leui occaſione ſuſpican-
tur mala de proximis, quod eſt valde vitandum. Et iſta vitia eis contingunt, qui pro-
pria peccata non penſant nec ponderant, ſicut deberent, ideo quanto immoderatius oc-
cupant ſe circa aliorum obſeruationem, dijudicationem, et diſcuſſionem, tanto negli-
gentiores, et excæcatiores ſunt circa proprij cordis cuſtodiam ac propriæ vitæ examina-
tionem. Sicq; inaniter complacent ſibi, et ſtulte audaces ſunt atq; precipites ad fabulan-
dum ac iudicandum de alijs, quod totum eſt contra rationem ac proprietatem, veri re-
B ligioſi. Iccirco paulatim ad grauiora labuntur quia frequẽter ad verba detractionis proſi-
liunt, et ita ſpiritaliter interimunt ſemetipſos, et eos qui verba eorum libenter audiunt,
aut non reſiſtunt, neq; diſſentiunt. Aliqñ etiam in præſentia proximi proferunt verba
iniurioſa de ipſo quod vocatur contumelia. Sed ex iſtis ſequitur ſeminatio diſcordiæ,
ſuntq; vitia iſta valde enormia, et plus quam mortalia. Detractio namq; eſt grauius vi-
tium quam furtum, et rapina. Et ſicut rapina eſt grauior culpa quam furtum, inquan-
tum raptor maiorem irreuerentiam, et contemptum irrogat ei cui violenter ac publice
rapit ſua, ſic contumelia eſt enormius vitium quam ipſa detractio. Quoniam contume-
lioſus qui alteri in faciem iniuriatur per verba, maiorem irreuerentiam, et aſpernationem
infert eidem, quam detractor qui nocet occulte. Porro ſeminatio diſcordiæ omnibus
vitijs iam præfatis eſt grauior, quoniam maximum aufert bonum, videlicet charitatem,
pacem concordiam. De his modo pertranſeo, quia in alijs opuſculis, preſertim in sermo-
C nibus pro religioſis, plenius inde conſcripſi. Ex his igitur innoteſcit, quam neceſſaria
ſit religioſis refrenatio linguæ, cuſtodia cordis, modeſtia quoq; in actibus exterioribus,
et morum honeſtas. De præinductis materijs multa in regula ſancti Baſilij continentur,
vbi ſic queritur. Qui detrahit fratris aut audit detrahentem, et ſuſtinet, qua dignus eſt
pœna. Respondet Baſilius: Et in hoc manifeſtum eſt iudicium iracundiæ Dei, quæ fa-
cta eſt ſuper Mariam qñ detraxit Moyſi, cuius peccatum, nec ipso Moyse pro ea rogan-
te, Deus inultum eſſe permiſit. In eadem regula ait ſanctus Baſilius ad interrogationem,
qua queritur, vſque ad quam menſuram ſermo iudicatur ocioſus: Generaliter omnis
ſermo, qui non proficit ad aliquam gratiam aut profectum fidei Chriſti, ocioſus eſt. Et
tantum eſt talis ſermonis periculum, ut etiam ſi bonum eſſe uideatur quod dicitur, ad
ædificationem tamen non pertineat fidei, non effugiat periculum culpæ qui protulit il-
lud, ſed in eo quod ſermo prolatus non proficit ad ædificationem, contriſtet ſpiritum
D Sanctum. Hoc enim manifeſtat Apoſtolus ad Col. 4. cap. dicens: Omnis ſermo malus de
ore ueſtro non procedat, ſed qui bonus eſt ad ædificationem, fidei, ut Dei gratiam au-
dientibus. Super quod addidit: Nolite contriſtare ſpiritum Sanctum Dei. Amplius in
præfata regula queritur, an ex corde licet ridere. Reſpondet Baſilius. Cum dominus con-
demnet eos qui nunc rident, dicendo apud Lucam. 6. cap. Væ uobis, qui nunc ridetis,
manifeſtum eſt quod nunquam ſit tempus ridendi fideli animę, maxime cum tam mul-
ti ſint qui Deum quotidie tam grauiter inhonorent, et mandata eius transgrediantur
peribunt atq; damnabuntur, pro quibus utiq; contriſtari indeſinenter conuenit, et lice-
ret. Hinc quoq; S. Hieronimus in regula ſua ait: Dum charitas uos conuenire facit, non
ſit inter uos fęminalis abuſio, ut undiq; cachinnis, et uocibus aera ſonent, et audientium
aures terreant prę ſtrepitu, ſed cum omni modeſtia ſtate, et una loquente, taceant cæ-
teræ, nec una uocem alterius ex auiditate loquendi interrumpat. Ipſa demum quæ lo-
quitur, non præſumat modum excedere. Hinc denuo ait glorioſus Hieronimus: Inter
uos nunquam diſputetur de uita alterius, maneat diuino examini omne iudicium,

pcti

peccata ueſtra cognoſcite, proprias culpas deflete, uos ipſos exiſtimate omnibus eſſe peiores. ſi quem alicui detrahentem audieritis, procul fugite, et dimittite eum tanquam ſerpentem. Nolite inſtar mulιercularum quarundam eſſe garrulæ, nec ſecreta A pandatis: ſed cum ſponſo cęleſti mentem veſtram iugiter occupate.

De quibuſdam generalibus ſaluberrimis documentis. Articulus XXXXV.

MVlta ſunt præclariſſima Apoſtolorum ſanctiſſimorum documenta, potiſſime Pauli, Quæ quamuis ad vniuerſos pertineant Chriſti fideles, maxime tamen ad Religioſas perſonas, ideo feruide, ac frequenter proponenda ſunt eis à ſuperioribus ſuis, vt eſt illud, quod Roma. 12. cap. ſcribit Apoſtolus: Obſecro vos per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequiũ veſtrum. Nolite conformari huic ſæculo, ſed renouamini in nouitate ſenſus veſtri, vt B probetis, quæ ſit voluntas. Dei. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes, ſpiritu ferventes, ſpe gaudentes, in tribulatione patientes. Benedicite perſequentibus vos benedicite, & nolite maledicere. Idipſum inuicem ſentientes, non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos, nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt, quod in vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habete. Non voſmetipſos defendentes chariſſimi. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Tale eſt quoq; quod ad Epheſios 4. cap. ſcribit Apoſtolus: Obſecro vos in Domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate, C & manſuetudine, cum patientia ſupportantes inuicem in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Eſtote inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut Deus in Chriſto donauit vobis. Eſtote imitatores Dei ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit vos. His, & conſimilibus documentis, & exhortationibus plenæ ſunt Epiſtolæ Pauli, Epiſtolæ quoq; beatiſſimi Petri, Iohannis, Iacobi, & Iudæ Apoſtolorum, quas hi qui præſunt Religioſis, aut alijs, poſſint ſibi colligere, atq; memoriæ commendare, ac ſibi commiſſis vberrime inculcare. Inſuper inſtruendæ ſunt Religioſæ perſonæ, vt Deo adhæreant, ac miniſtrent, non ex ſeruili timore, neque principaliter intuitu præmij, ſeu amore mercedis, ſed ex pura, ac feruida charitate intantum, vt fateantur, & ſciant omnem honorem, cultum, & ſeruitutem, quos offerunt Deo, nullius eſſe momenti reſpectu, ſeu comparatione infinitæ honorabilitatis, & excellentiæ Dei: qui in infinitum maiori eſt dignus honore, quam ei à cunctis pariter creatis poſſit impendi. Hinc ad quæſtionem qua quæritur, quali affectu debet quis Deo ſeruire, reſpondet Baſilius: Affectum, ſeu animum bonum eſſe arbitror, dum vehemens inexplicabile atq; immobile deſiderium placendi Deo ineſt nobis, ita vt dicere valeamus illud D Pſalm. 41. cap. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Et cum tali affectu oportet nos Deo ſeruire, implentes illud Apoſtoli ad Roma. 8. capite. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti, admonendæ ſunt quoq; vt ea quæ in Generali Capitulo atq; in actu viſitationis ordinantur, & inſtituuntur, diligentiſſime ſeruent. Miniſtri quoq; in hoc ſeipſos exhibeant exemplares, ea omnia plenarie adimplendo, quæ ipſorum officia, aut perſonas concernunt. Amplius exhortandæ, & inflammandæ ſunt perſonæ tertij ordinis, vt ad opera manualia proni, & alacres ſint iuxta præhabita, & ne hi qui fortius operantur, ac plura lucrantur, de hoc vnquam extollantur, aut inaniter glorientur, nec eos qui minus lucrantur, & parum aut nihil laborant deſpiciant, nec aliquid plus requirant ſibi dari, niſi aliunde ex rationabili indigerent cauſa. De hoc ſancti Patres, Auguſtinus, Baſilius. Bened. ac alij perſonas ordinum ſuorum diligenter edocuerunt. Deniq; quam libenter, & fortiter perſonæ de tertia regula debeant laborare,

ipſe-

ipſemet merito debent perpendere ex hoc, quod ſpecialis inſtitutor, & protinus eorum ardentiſſimus Seraphicuſq; Franciſcus, ait in regula ſua. Fratres, quibus Dominus dederit gratiam laborandi, laborent fideliter, & deuote, ita quod excluſo otio inimico animæ, ſanctæ deuotionis, & orationis ſpiritum non extinguant, cui deuotioni debent omnia temporalia deſeruire. Deinde in teſtamento ſuo fatetur. Et ego meis manibus laborabam, & volo laborare, & firmiter volo, quod omnes alij fratres laborent de laboritio, quod pertinet ad honeſtatem: & qui neſciunt, diſcant, non propter cupiditatem recipiendi prætium laboris, ſed propter exemplum, & expellendam otioſitatem. Inſuper quæſtioni qua quæritur, an licet alicui vitare opus, quod grauius eſſe videtur, reſpondet Baſilius. Qui pure, ac fideliter diligit Deum, & certus eſt de remuneratione eius futura, nequaquam ſibi ſufficere putat implere ea, quę ſibi iniunguntur, ſed maiora opera quærit, nec vnquam ſecurus eſt quaſi ſatis laborauerit, ſed ſolicitus anxiuſq; conſiſtit, memor verbi Chriſti dicentis. Luc. 17. Cum feceritis omnia, quę pręcepta ſunt vobis dicite. Ser- B ui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. Verumtamen facto ſigno, aut pulſu ad obſequium diuinum, ab exteriori opere eſt ceſſandum. Poſtremo uniuerſis qui pręſunt, uigilanter penſanda eſt reſponſio magni Baſilij, qui ad quęſtionem, qua quęritur, quid ſentire debet de ſe is qui pręeſt, dum pręcipit aliquid, ita reſpondet: Apud Deum ſit ſicut miniſter Chriſti, et diſpenſator myſteriorum Dei, timens ne pręter uoluntatem Dei, uel pręter id quod in ſacris Scripturis euidenter præcipitur, aliquid dicat, uel imperet, et inueniatur tanquam falſus teſtis Dei, aut ſacrilegus, uel inducens alienum à doctrina Dei, uel certe tanquam omittens aliquid ſiue pręteriens eorum, quę Deo ſunt placita. Porro ad fratres debet eſſe tanquam nutrix fouens paruulos, paratus eis communicare non ſolum Euangelium Dei, ſed etiam animam ſuam, memor pręcepti Dei, ac Domini noſtri, dicentis in Iohan. 13. cap. Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, ſicut dilexi uos, et Iohan. 15. cap. Maiorē dilectionem nemo habet, quam ut animam ſuam C ponat quis pro amicis ſuis. Sic itaq; in ſchola uirtutum, hoc eſt, in clauſtro, ſeu congregatione, quod eſt ſchola cœleſtis magiſterij, omnes pariter proficere, atq; ad ſanctam perfectionem pertingere innitamur, ut primus incertiſſimę uitę huius curriculum ingredi ualeamus Cœleſtis Paradiſi palatium. Ad laudem, et gloriam omnipotentis qui eſt ſuper omnia Deus ſublimis, et benedictus, Amen.

Quæſtio de colore, veſtium Fratrum, & Sororum Tertiæ Regulæ ſancti Franciſci. Articulus XXXXVI.

IN Tertia Regula Beati Franciſci legitur. Fratres inſuper ipſius fraternitatis de humili panno in pretio, et colore non prorſus albo, uel nigro communiter ueſtiantur, niſi D fuerit ad tempus in pretio per Viſitatores de conſilio miniſtrorum ob cauſam legitimam, et apertam cum aliquo diſpenſatum. Clamydes quoq; et pelles habeant abſq; ſcollatura, etc. ut habetur ſupra in textu de Fratrum, et Sororum ueſtimentis. Quęritur circa iſtum textum, utrum capitia fratrum, et ſororum iſtius tertij ordinis ind ifferenter debeant eſſe etiam de humili panno, non prorſus albo, uel nigro. Quidam arguunt, quod non, quia capitium non exprimitur nominatim in textu regulę. Etiam arguunt hoc de fratribus tantum intelligi, propter hocq; dicitur in principio cap. Inſuper, etc. Quędam namq; congregationes ſororum iſtius tertij ordinis, quę multis annis portauerunt griſea capitia, miſerunt illa ad tinctores et fecerunt ea prorſus nigra quamuis tamen multę congregationes, et quaſi maior pars illarum, connumerando ſorores Traiectenſis Diœceſis cum Colonienſia, adhuc deuote griſea capitia portant, ut honeſtatem decet, et humilitatem. Ad iſta ſic reſpondet uenerabilis, et deuotus doctor Religioſus frater obſeruantię primę regulę ſancti Confeſſoris Franciſci. Viſceroſiſſimi fratres, lectis pręſentibus necnon diſcuſſis uidetur difficultas quędam de colore capitiarū determinare, quod

poſſit eſſe coloris alterius quam griſei. Nam deuotus Frater, et Religioſus Doctor Dionyſius Carthuſienſis, ad prenabita ita reſpondet, et ſcribit ad queq; et dicit ſic: Intentio beatiſſimi Franciſci iſta fuit, omnes ordinum ſuorum perſonas ad precipuam humilitatem inducere, ideo eadem ratione qua expreſſit, et ueſtes ſint de humili panno in pretio, et colore non prorſus albo, uel nigro, utpote griſeo, uidetur intendiſſe atq; inſinuaſſe, quod capitia ſint eiuſdem coloris. Deniq; ſicut exterioris tunica eſt veſtis corporis, ita capitium eſt veſtis capitis. Ideo nomine veſtis, ſeu tunicę, ſatis explicite deſignatur capitium. Et ſi intentio ſancti Franciſci fuiſſet, quod capitia eſſent alterius coloris quam tunica corporis, hoc (vt exiſtimo) expreſſiſſet. Sed quod aliquę perſonę, ſeu ſorores tertię regulę faciunt capitia ſua nigro colore perfundi, videtur quidam receſſus ab ordinis ſui ſimplicitate, & humilitate, & ad quandam curioſitatem pertinere. Preterea in dubijs elegenda eſt ſecurior pars: imo ſecundum Auguſtinum mortaliter peccat, qui diſcrimini ſe committit. Ideo ſecundum Gulielmum Anthiſiodorenſem in ſumma ſua, religioſę perſonę non ſolum tenentur ad patrem meliorem, ſed etiam ſecuriorem. Securius autem eſt, & magis conſonum regulę, vt capitia, quoq; ſint griſea, ſicut & reliquę veſtes forinſecus apparentes. Inſuper quod de fratribus dicitur in regula ſororibus etiam, quantum ad colorem panni, ſatis datur intelligi: imo per hoc, quod regula ait, ſorores etiam clamyde induantur, & tunica de huiuſmodi humili panno factis, ſatis euidenter exprimitur illud de ipſis ſororibus. Poſtremo, quod ſorores de tertia regula iam pariter commorantur in domibus religioſis, & tria vota emittunt, decet, ut omnino ſe dent ad humilitatem, & ſimplicitatem in veſtimentis, etiam plus quam regula tangit. Nam regula illa pro ſecularibus, & in ſeculo manentibus data fuit. Fęminę autem cum ſint communiter ex naturalibus ſuis mente inſtabiles, & debiles in ratione, ſolent eſſe ad curioſitatem, & nouitatem procliues. Ideo à talibus vanitatibus ſunt refrenandę.

A B

Hæc Reuerendus Doctor Dionyſius Carthuſienſis. C

D. DIONYSII CARTHVSIANI DE OBEDIENTIA SVPERIORIBVS præſtanda tractaculus fructuoſiſſimus.

PROEMIVM.

OMNIS anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. In verbis præmiſſis Apoſt. per omnem animam intelligit hominem, ſeu vniuerſos fideles, quos hortatur, vt poteſtatibus ſublimioribus ſint ſubiecti, ideſt ſuperioribus ſuis ſponte, & charitatiue ex obedientia vera ſubdantur. Et non dixit Apoſt. ſingulariter poteſtati ſublimiori, ſed pluraliter, poteſtatibus ſublimioribus, quoniam in Eccleſia militante ſunt multæ, ac varię poteſtates prælatiuæ ſibiinuicē ſubordinatæ. Ita quod idem homo multos habet prælatos, ac ſuperiores, ordine condecenti diſtinctos, quibus omnibus decenter, & ordinatæ obedire tenetur. Ideo cum dixiſſet ibidē Apoſt. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Addidiſſetq; cauſam, ſubiungens. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo adiecit, quæ autem à Deo ſunt, ordinata ſunt, hoc eſt poteſtates ſublimiores Eccleſiaſticæ, & dignitates D

à Deo procedentes ſunt ab eodem in Eccleſia ſapienter congruentiq; ordine inſtitutæ,
A ita quod vna eſt altior alia. Altioriq; poteſtati obtemperandum eſt magis. Deniq; de
hac ordinatiſſima diſtinctione, pulchri formiq; ordine, & multiplici varietate Eccleſia-
ſticarum poteſtatũ, authoritatum, aut dignitatum tam in militanti, quam in triumphanti
Eccleſia profundiſſimè tractat magnus Dionyſius in libris ſuis de Angelica, & Eccleſia-
ſtica Hierarchijs. Etenim tertio de Angelica Hierarchia Capitulo. Hierarchia, inquit,
eſt ſancta rationalium perſonarum congregatio, per gradus, & poteſtates atq; officia
ordinate diſtincta. nono quoq; eiuſdem libri cap. Adeo (ait) eſt inſtitutum, vt inferiores,
& ſuperiores ſuſcipiant illuminationes diuinas. Et rurſus in eodem libro fatetur: Ordo
Hierarchiæ eſt, vt inferiores à ſuis ſuperioribus purgentur, illuminentur, & perficiantur.
Superiores verò purgent, illuminent atq; perficiant ſubditos ſibi. ſicq; omnia ſub vno do
minatore altiſſimo ordinate reguntur, dum vnicuiq; præſidenti ſecundum menſuram gra
dum, & exigentiam ſuæ prælationis, aut eminentiæ obeditur, propter ꝙ hortatur Apoſt.
1. Cor. 14. Omnia honeſte, & ſecundum ordinem fiant in vobis. Hinc ſuper Angelicam
B Hierarchiam Magiſter Hugo de ſancto Victore differuit: Dionyſio Ariopagita ex Philo-
ſopho Chriſtianus effectus, diuinæ diſpoſitionis ordinem in rerum omnium gubernatio-
ne demonſtrat, quoniam rationalem creaturam fecit Deus ſuæ poteſtatis, ac dominatio-
nis participem, conſtituens Principatus, & Poteſtates, ac Magiſtratus ſacros in Angelis
atq; & hominibus. Et hæc eſt rationalis creaturæ celſitudo, ac dignitas admiranda, qua
dominatur, ac præſidet in operibus ſui factoris, accepta virtute ab ipſo, & tenens poteſta
tem cum illo. Hinc quoq; dominus Petrus de Aliaco in libro de Eccleſiaſtica poteſtate
effatur: Chriſtus Eccleſiam ſuam inſtituit ſtantibus officijs, gradibuſq; diuerſis Hierar-
chiæ diſtinctio, iuxta illud Apoſtoli ad Epheſ. 4. cap. Vnicuiq; noſtrum data eſt gratia
ſecundum menſuram donationis Chriſti. Iccirco varietas officiorum graduum ſta-
tuum, ac dignitatum in Eccleſia, non eſt principaliter ex inſtitutione Eccleſiæ, nec ex ali-
cuius puri hominis authoritate proceſſit. Vnde nec eam deſtituere poteſt. Præfata
C autem varietas ad ſui decorem, ordinemq; requirit, quod inter authoritates, & poteſta-
tes Eccleſiæ regitiuas, ſit Hierarchica ſubordinatio, & quod inter eas ſit vna ſuprema, cui
præ cæteris obedire oportet.

DE MATERIA, ET MOTIVO huius tractatuli. Articulus Primus.

ROGAVIT me Venerabilis, & Religioſus Pater Dominus Bartholo-
meus Sacerdos, Generalis, Miniſter Fratrum de Tertia Regula Ordinis
ſancti Franciſci, in Diœceſi Leodienſi, vt ei conſcriberem qualiter, &
in quibus perſonæ Ordinis ſui teneantur plus obedire ſuo Generali,
D Miniſtro, aut etiam Viſitatoribus ſuis quam proprijs miniſtris ſuis, eo
quod non nulli ordinis ſui miniſtri ex imperitia magis quam ex mali-
tia putent, ac dicant ſibi fratres ſubiectos atq; profeſſos, magis ſibi
quam generali miniſtro obedire debere. Ad quod opinandum forſitan inducuntur ex
hoc. quod fratres eis commiſſi, eis directè, & immediatè obedientiam promiſerunt, &
obedientia illa eſſentialis eſt Religioni eorum, ideo inſeparabilis ab eiſdem. Iccirco in
præiudicium obedientiæ proprio miniſtro promiſſæ, non videntur obligari plus obedire
generali miniſtro quam miniſtro, prælatoq; proprio. Itaq; materia iſta cæteros Reli-
gioſos concernit, videlicet qualiter, & in quibus Fratres, ac Monachi magis ſint obligati
Viſitatoribus ſuis, aut ſupremo ordinis ſui Patri, quam immediato Prælato ſuo proprioue
Priori. Ideo intendo, quantum fons ſapientiæ, dominus vniuerſitatis conferre dignabi-
tur, de hac ipſa materia diffuſe quid ſcribere, vt poſſit, & alijs Religioſis de quæſtione
hac heſitantibus deſeruire. Verumtamen quia materia iſta ſatis difficilis eſt atq; ſubti-

lis neceſſe eſt ad claram atque reſolutam eius diſcuſſionem non ſolum ſanctorum patrum, ſed ſcholaſticorum quoque doctorum introducere ſcripta.

A

An fideles, & religioſi pluribus poteſtatibus coordinatis, ſubiecti teneantur in omnibus obedire magis poteſtati ſeu prælato ſuperiori, quam inferiori proprio ac immediato prælato. Articulus II.

Sicut religioſi ſubduntur tam immediato ſuo prælato, puta abbati, vel priori ſeu miniſtro, quam viſitatoribus ſuis, & etiam generali totius ordinis ſui prælato religioſo, vt Ciſtercienſes abbati Ciſtertij, & Carthuſienſes priori maioris charthuſiæ, Religioſi quoque non exempti ſubiecti ſunt Epiſcopis. Sic ſæculares laici, aut laici ſubditi ſunt ſuo decano aut plebano, atque Epiſcopo aut Archiepiſcopo. Conformiter fratres de tertia regula ſubduntur proprio ſuo miniſtro, & viſitatoribus ſuis, & item generali ſuo miniſtro. B Porro laici ſæculares quantum ad regimen ſpirituale, ſubduntur ſpiritualibus ſuis prælatis, vt tactum eſt. Quantum vero ad regimen ciuile, ſubduntur ſæcularibus poteſtatibus diuerſis ac ſubordinatis, quemadmodum idem vir ſæcularis ſubiectus eſt rectoribus ciuitatis ſeu domicello aut Domino ſuæ villæ, & baliuo quoque, & principi militiæ, ac Duci ſeu regi aut comiti, & etiam imperatori. Vniuerſi autem, & ſinguli fideles tam ſpirituales quam ſæculares ſubiecti ſunt Summo Pontifici, in quo continetur plenitudo vtriuſq; poteſtatis. Quæritur primo in generali, vtrum fideles qui pluribus poteſtatibus ſunt ſubiecti, teneantur in omnibus obedire magis poteſtati ſuperiori quam inferiori. Et videtur quod imò, primo, quia poteſtas ſuperior inferiorem includit, & ei aliquid ſuperaddit. Idcirco communiter dicitur, quod quicquid poteſt poteſtas inferior, poteſt, & poteſtas ſuperior. Secundo, quoniam Auguſtinus ait in libro de natura boni: Si quid iuſſerit curatus, numquid faciendum eſt ſi ſit contra proconſulem? Rurſus ſi proconſul quid iubeat C contra imperatorem non eſt obediendum proconſuli. Ergo oportet in omnibus magis obedire poteſtati ſuperiori. Hæc quoque verba allegantur circa finem ſecundi ſententiarum, atque in gloſſa ſuper illud Roman. 13. Qui autem reſiſtunt, damnationem ſibi acquirunt. Tertio, quoniam Dominus Gulielmus antiſiodorenſis affirmat in tertia parte ſummæ ſuæ. Regula eſt, quod dum duo ſunt ſuperiores, & præcipiunt contraria, maiori ſuperiori obediendum eſt. In contrarium arguitur primo ſic: Abbates non exempti, Epiſcopis ſunt ſubiecti, tamen monachi obligatur in multis magis obedire ſuo abbati quam præſuli ergo non ſemper eſt magis parendum poteſtati ſuperiori. Secundo, quoniam ſubditi Epiſcoporum tenentur in multis caſibus magis parere ſuis Epiſcopis quam Archiepiſcopis, cum tamen Archiepiſcopi ſint Epiſcopis ſuperiores. Tertio quoniam princeps militiæ eſt ſuperior ſimplici patrifamilias, tamen filij in multis tenentur magis ſuo patri D quam principi militiæ obedire, vt etiam 9. Eth. ait Philoſophus. Quarto, quia poteſtas ſpiritualis eſt altior poteſtati ſæculari, ciuili, & tamen ſi princeps terræ præcipiat aliqua ad ſuam iuriſdictionem pertinentia ſubditis ſuis, ſpiritualis prælatus non poteſt ſubditos à tali præcepto abſoluere: ſicq; in quibuſdam magis obtemperandum eſt poteſtati ſæculari quam ſpirituali. Ad hanc quæſtionem reſpondet ſanctus Thomas in vltima diſtinctione ſuper ſecundum ſententiarum dicendo quod poteſtas ſuperior, & inferior habent ſe dupliciter. Primo quod poteſtas inferior in toto oritur à poteſtate ſuperiori, & tunc tota virtus inferioris poteſtatis fundatur ſuper poteſtatem ſuperioris. Idcirco in omnibus magis obediendum eſt ſuperiori poteſtati quam inferiori, & ita ſe habet poteſtas Dei ad omnem poteſtatem creatam, ſic quoque ſe habet poteſtas Imperatoris ad poteſtatem proconſulis, & item poteſtas Summi Pontificis ad omnem ſpiritualem in Eccleſia poteſtatem, quia ab ipſo Papa diuerſi gradus dignitatum ac poteſtatum in Eccleſia ordinantur ac diſponuntur. Vnde poteſtas Papæ eſt quoddam fundamentum Eccleſiæ. Idcirco

omnis

omnis fidelis, etiam monachus, magis tenetur obedire Summo Pontifici quàm alicui prelato inferiori. Secundò poteſtas inferior, & ſuperior ita ſe habent, quod ambæ oriuntur A ex quadam poteſtate eminentiori, quæ vnam earum alteri ſubdit ſecundum quod vult. Et tunc vna non eſt ſuperior altera, niſi in his in quibus ab eminentiori poteſtate ſuper ponitur alteri. Iccirco in illis in quibus ſic ſuperponitur alteri, magis obediendum eſt ei quam alteri illi inferiori, & ita ſe habent poteſtates Epiſcopi, & Archiepiſcopi, deſcendentes à poteſtate Domini Papæ. Sic quoque ſe habent poteſtates Epiſcopi, & Abbatis, & conſimilium inferiorum præſidentium ita ad inuicem diſpoſitorum. Hinc diſtinctioni ſancti Thomæ concordat Durandus de Sancto Portiano ſuper ſecundum ſententiarum. Deniqne his conſonat quod eadem diſtinctione ait Bonauentura: Dupliciter inquiens contingit loqui de poteſtate inferiori, & ſuperiori. Aut ita quod poteſtas inferior taliter fluit à ſuperiori, ſicut poteſtas proconſulis ab Imperatore. Et tunc amplius ſtandum eſt præcepto ſuperioris quam inferioris in omnibus licitis. Aut illæ poteſtates ita ſe habent B quod ambæ fluunt à quodam ſuperiori. Et tunc tertia illa poteſtas ſuperior plenam habet authoritatem ſuper vtramque. Vnde reſpectu Papæ, qui plenam habet poteſtatem in tota Eccleſia generaliter verum eſt quod magis ſtandum eſt, & obediendum præcepto ſuperioris quam inferioris. Hæc Bonauentura. Præterea ex his patet argumẽtorum contra hoc inductorum ſolutio. Ad primum namque dicendum eſt, quod poteſtas abſolute ſuperior ex qua omnino fluit inferior inferiorẽ perfecte includit, & poteſt quicquid poteſt inferior, in alijs non oportet. Ad ſecundum iam patuit ſolutio, quoniam Auguſt. loquitur de poteſtatibus, quarum vna omnino dependet, & fluit ab alia, & in talibus magis obeditur in omnibus poteſtati ſuperiori. Ad tertium reſpondetur, quod regula illa intelligenda eſt in caſibus illis in quibus ſuperiori præſidens ſuperpoſitus eſt præſidens inferiori, vel quando tota authoritas inferioris à ſuperioris fluit aut oritur. Poſtremo quamuis argumenta ad aliam partem inducta non ſint contra ſolutionem præinductæ C quæſtionis iam habitæ, tamen pro eorum declaratione addendum eſt, quod monachus non exemptus, magis obligatus eſt obedire abbati quam præſuli in his quæ concernunt ſtatum regulæ ſuæ. In his vero quæ ad Eccleſiaſticam pertinent diſciplinam, magis tenetur obedire Epiſcopo quam abbati: quia in illis abbas Epiſcopo eſt ſubiectus. Inſuper in his in quibus magis obediendum eſt Epiſcopo quam Archiepiſcopo, ſubditis Epiſcopi, Archiepiſcopus non eſt Epiſcopo ſuperior, ſed ſolum in caſibus à iure determinatis, in quibus ſubditi ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum habent recurſum. Sic, & poteſtas ſpiritualis eſt ſuper poteſtatem ſæcularem in pertinẽtibus ad animarum ſalutem. Et princeps militiæ eſt ſuper militem in bellicis rebus, nihilominus miles ille in rebus familiaribus atq; domeſticis ſubiectus eſt, & obedire tenetur parentibus.

D *De poteſtate, & iuriſdictione generalis miniſtri fratrum de tertia regula, ſuper fratres ordinis ſui. Articulus. III.*

QVamuis ex dictis in præcedenti articulo poſſit trahi ſolutio ad quæſtionem principalem in primo articulo introductam, tamen pro clariori ſolutione plenioriq; intellectu huius materiæ deſcendendum eſt ad particularia magis. Itaq; in bulla plumbea. Sedis Apoſtolicæ fratres de tertia regula concernente, inter cætera continetur: Generalis miniſter ſeu deputatus, vel deputati ab eo, aut maiori parte ipſorum, habeant plenariam poteſtatem quæcunque iuſta, & honeſta, ac religioni prædictæ conuenientia, & vtilia ſtatuendi, & ordinandi, etiam inobedientes, & delinquentes fratres iuxta criminum, & exceſſuum per eos pro tempore commiſſorum exigentiam, & inſtituta ac ordinationes à generali capitulo ordinata atque ordinanda, corrigere, incarcerare, & punire, & in abſtinentijs, & ieiunijs, & auſteritatibus cæteriſq; obſeruantijs in prædicta regula contentis, ex legitima cauſa cum expedire viderit diſpenſare, ac fratres prædictos, &

corũ

eorum domus,& loca viſitare,corrigere,punire,& reformare,nec non omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria,ſeu quomodolibet oportuna facere,& exequi, nec alius quiſquam poſſit beneficium viſitationis huiuſmodi exhibere, non obſtante quod A in eorum regula continetur, quod viſitatorem habeant ſacerdotem, qui alicuius approbatæ religionis exiſtat. Quodque fratres prædicti ad obſeruandum præmiſſa ſub pœna excommunicationis,& alijs pœnis cogi ac compelli poſſint contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, aduocato adhoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis,in perpetuum ſtatuere, decernere, & ordinare. Item in eadem bulla continetur. Generalis miniſter quoties opus fuerit, ipſos fratres per ſe vel per alium, ſeu per alios, ad id per eum deputandum ſeu deputandos, quibuſcunque dicti ordinis fratribus, & eorum familiaribus ſeu ſeruitoribus, eorum confeſſionibus diligenter auditis,in omnibus præter quam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis caſibus, debitam abſolutionem impendere,& iniungere pœnitentiam ſalutarem. At ipſos fratres, familiares,& ſeruitores a votis minoribus abſoluere, necnon quoſcunque prædictum ordinem profiteri volentes, ad profeſſionem huiuſmodi etiam quædam indulta ſeu conceſſiones per B fælicis recordationis Eugenium Papam Quartum prædeceſſorum noſtrum, circa tria vota ſpecialia recipere poſſint,& valeant habere,ac illi obedire perpetuo teneantur.

Solutio principalis quæſtionis ex præinductis. Articulus. IV.

QValis, & quanta authoritas ſeu iuriſdictio collata ſit ab Apoſtolica Sede generali miniſtro fratrum de tertia regula, tam in foro interiori conſcientioſo, quàm in foro exteriori contentioſo,conſtat ex præcedenti articulo. In quo per conſequens patet in quibus,& qualiter tam miniſtri ſpeciales quam fratres eis crediti ac ſubiecti teneantur,ſuo generali obedire miniſtro. Nempe in omnibus illis ei obtemperare C ſunt obligati, in quibus Pontifex Summus contulit ei poteſtatem, & iuriſdictionem ſuper ipſos:& quæ ſint illa,præcedens expreſſit articulus. Poteſt namque ex indulto Apoſtolico tam ipſe generalis miniſter quam illi quibus ipſe vices ſuas committit,ſcilicet viſitatores domorum ordinare atque ſtatuere, quæcunque iuſta, honeſta ſeu virtuoſa, quæ illorum religioni ac ſubditis proſint,& congruant, & hos præſertim in actu viſitationis,& quæcunque tunc taliter iubent ac ordinant,vim ſortiuntur, & obligant tam ipſos miniſtros qui viſitantur quam ſubditos eorundem,vſque ad viſitationem ſequentem, vel vſque ad tempus præfixum a generali miniſtro ſeu viſitatoribus. Porro in foro contentioſo poteſt tam generalis miniſter quam viſitatores corripere, corrigere,& incarcerare eos,præſertim rebelles,& criminoſos,ſicut ex bulla in præhabito allegatur articulo. In foro autem conſcientioſo poſſunt ſubditos ſuos ab vniuerſis peccatis,præterquam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis,abſoluere,atque pœnitentiam iniungere ſalutarem. Inſuper in D generali miniſtro non ſolum in actu viſitationis, ſed per totum iugiter annum manet ac reſidet poteſtas ſibi collata in his quæ cathedralem ſeu generalis officij ſui præſidentiam ſolicitudinemq; concernunt, per quam ſemper proſpicere, prouidere poteſt communi ſui ordinis vtilitati,atque in occurrentibus arduis caſibus ac grauibus cauſis,in quibus ad ipſum habetur recurſus, determinare, ac iudicare quod rectum expediensq; conſiſtit. Denique per iſtam generalem communem miniſtri authoritatem,ob quam fratres ordinis ſui tenentur ei potius obedire quam proprijs ſuis miniſtris in punctis,& cauſis ac caſibus iam prætactis, eius magiſterium ac cathedram ſpecialiter concernentibus. Per hanc inquam authoritatem quam Pontifex Summus vocat plenariam poteſtatem, in nullo derogauit authoritati, & obedientiæ propriorum inferiorumq; miniſtrorum,quoniam profeſſio obediendi eis impendenda eſt,ſaluo debito ordine ac reſpectu ad poteſtatem ſuperiorum,tam viſitatorum quam generalis miniſtri, & præſertim generalis eorum capituli, cui & ipſe generalis miniſter ſubijcitur, & parere tenetur. A quo etiam

poteſt

poteſt iudicari, atque ſi iuſta exegerit cauſa, deponi, ſicut in bulla continetur Papali. Itaque obedientia exhibenda immediato prælato monaſticho proprio ve miniſtro eſſentia-
A lis eſt religioni inſeparabilisq; ab ea, quantum ad ea quæ prælationem, & cathedram talis præſidentis cõcernunt, ſeu ad eius ſpectant officium, & hoc quamdiu ſubditus ac profeſſus manet ſub immediato prælato. Imò nec Summus Pontifex a tali obligatione, & voto ſolemni obediendi poteſt religioſum abſoluere ſecũdum doctores præcipuos. Hinc ſuper 4. Sentent. diſt. 38. Bonauentura teſtatur: Dum Papa aliquem à religione ad prælationem aſſumit, vel ad ſe vocat, religioſus ille non abſoluitur ab obedientiæ voto, quoniam omnem obedientiam quam prius debebat ſuo ſuperiori, iam debet Papæ, nec poteſt eum Papa abſoluere ab obedientia ſua. Præterea omnia iſta copioſiſſime poſſent probari ex verbis diuini, & magni Dionyſij, in libris de Angelica, & Eccleſiaſtica hierarchijs, & ex dictis Hugonis, Alberti, & aliorum doctorum ſuper libros præfatos. Sed prehabitas probationes reor ſufficere, & breuitati ſtudendum eſt.

B *Quouſque, & in quibus ſubditi teneantur ſuis obedire prælatis, videlicet an omnibus. Articulus V.*

AD Colloſenſes 3. ſcribit Apoſtolus: Filij obedite parentibus per omnia Dominis carnalibus. Si ergo filij, & miniſtri iubentur ſuis carnalibus parentibus ac temporalibus, & ſæcularibus Dominis per omnia, ſeu in omnibus obedire, multo magis (vt apparet) tenentur tam ipſi quam cæteri Chriſti fideles in omnibus obedire ſpiritualibus ſuis patribus ac prælatis. Sed aduertendum quod, ſicut egregius doctor Alexander de Hales. Petrus de Tharentaſia cæterique doctores ſuper ſententias concorditer ſcribunt, iſta eſt regula generalis, infallibiliſque doctrina, quod vnicuique prælato ſeu præſidenti ac
C iudici vel ſuperiori obediendum eſt à ſubditis ſuis omnibus, quæ ad eius ſpectant officium, iuriſdictionem, ſeu cathedram. Iccirco, verba præallegata Apoſtoli, & omnes authoritates conſimiles intelligendæ ſunt cum diſtributione accommoda non abſoluta. Hinc in ſecunda ſecundæ, quæſtione decima ait Thomas. In his quæ pertinent ad diſpenſationem actionum, & rerum humanarum, tenetur ſubditus ſuo obedire ſuperiori, ſecundum menſuram, & rationem ſuperioritatis, ſicut miles duci exercitus in his quæ pertinent ad bellum, ſeruus Domino in pertinentibus ad exequenda ſeruilia opera, filius patri in his quæ pertinent ad diſciplinam vitæ, & curam domeſticam; ſicque de alijs. Rurſus eodem libro aſſerit Thomas. Obediens mouetur ad imperium præcipientis debito quodam iuſtitiæ ſicut res naturalis mouetur ex virtute ſui motoris, neceſſitate naturæ. Quod autem res aliqua naturalis non moueatur à ſuo motore, dupliciter poteſt contingere. Primo ex impedimento proueniente ex fortiori virtute alterius mouentis, ſicut
D lignum non comburitur ab igne ſi fortior mobilis ad motorem, quia, & ſi mobile ſubijciatur actioni motoris quantum ad aliquid non tamen quantum ad omnia, quemadmodum humor interdum ſubijcitur actioni caloris, quo ad hoc vt calefiat, non tamen vt exiccetur aut conſumatur. Conformiter ex duobus poteſt contingere quod ſubditus non teneatur ſuo ſuperiori in omnibus obedire. Primo propter præceptum poteſtatis ſublimioris, ſicut ciuis non debet obedire proconſuli, ſi rex aut imperator contrarium iubeat. Secundo, ſi ſuperior aliquid præcipiat inferiori in quo non habet poteſtatem, & iuriſdictionem ſuper inferiorem, vt ſi parentes præcipiant ſoboli ſuæ ingredi clauſtrum, aut non contrahere matrimonium. Poſtremo ſuper ſecundum ſententiarum, vltima diſtinctione Sanctus doctor fatetur: Illi qui obedientiam non profitentur, videlicet ſæculares, non tenentur in pluribus obedire ſpiritualibus prælatis, niſi in his quæ pertinent ad regulã quam in baptiſmo profeſſi ſunt, vt ſcilicet abrenunciantes ſathanæ, & omnibus pompis eius, chriſtianam vitam exerceant: & nouum induant hominem qui ſecundum Deum creatus eſt. Et breuiter vnuſquiſque tenetur obedire ſuo ſuperiori in omnibus in quibus

bus eſt ſuus ſuperior, atque in illis quæ ad ſuam ſpectant vocationem. Imò ſic vnuſquiſque tenetur obedire Deo, & eccleſiæ, id eſt, prælatis ac rectæ rationi ſeu iudicio conſcientiæ ſuæ. Nam quicquid fit contra conſcientiam, edificat ad gehennam, vt aſſerit. Auguſtinus. A

An religioſi teneantur ſuperioribus ſuis in omnibus obedire. Articulus VI.

POſſet autem aliquis opinari quod religioſi teneantur abſolute in omnibus obedire ſuperioribus ſuis, primo, quoniam vita & ſtatus religioſorum in veteri teſtamento præfigurabantur, per ſacrificium illud digniſſimum quod vocatum eſt holocauſtum, quod ad diuinæ Maieſtatis honorem totaliter incendebatur, & comburebatur vſq; ad minutiſſimos cineres, per quod deſignabatur quod religioſi in euangelica lege debent ſeipſos plene, & integre Deo offerre, vt vnuſquiſq; eorum ſit hoſtia viua, ſancta, ac placita creatori, ergo non debent ſibi aliquid reſeruare de propria voluntate, ſed ſe ipſos totaliter abnegare, atque ſimpliciter in omnibus obedire. Præterea ſanctus pater Baſilius quærit in regula ſua, vſquequo monachus debet obediens eſſe. Et reſpondet, quod monachus debet ſequi Chriſtum de quo ait Apo. ad Philip. 2. cap. Quod factus eſt obediens vſque ad mortem, ſicque religioſus obedire vſque ad mortem non ſolum quantum ad obedientiæ dominationem, ſed etiam in omni actione, & paſſione quæ citra vel vſque ad mortem exerceri poteſt aut ſuſtineri. Vnde Beatiſſimus Princeps Apoſtolorum teſtatur: Chriſtus paſſus eſt pro nobis vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius. Inſuper beatus Benedictus ait in regula ſua. Quod, & ſi prælatus aliquid impoſſibile iubeat, ſubditus debet attentare vt impleat, ergo in omni impoſſibili debet ſe ad obediendum exponere, Amplius ſanctus Bernar. fatetur quod illorum obedientia non eſt ſyncera, & plena, qui iudicant, & diſcernunt in quibus debeant obedire, & in quibus non. Rurſus ait, quod iudicium pertinet ad ſuperiorem, cuius eſt diſcernere de actibus ſubditorum, non econuerſo. Et de hac illuſtriſſimi patres noſtri. Climachus, & Caſſianus multa conſcribunt. Si autem religioſus non tenetur obedire ſuperiori ſuo in omnibus, ergo licite poteſt iudicare in quibus debet obtemperare, & in quibus non. Et ſi ſuperior ſuus quædam ad quæ non tenetur præceperit ei, poteſt præceptum ſui ſuperioris dijudicare, quod indecens eſſe videtur. Veruntamen quod religioſus non teneatur ſuperiori abſolute in omnibus obedire, ex præhabitis innoteſcit. Non enim tenetur obedire ſuo ſuperiori, niſi in pertinentibus ad cathedram præſidentis, hoc eſt in his quæ continentur in regula quam eſt profeſſus: Imò ſi tenetur ſubditus obedire in omnibus, vnus ordo non eſt perfectior alio, quia perfectio ordinum maxime attenditur penes perfectionem obedientiæ quam religioſi promittunt. Vnde cum fratres. Carthuſienſes promittunt obedientiam abſolute, & non ſecundum regulam debitam ac certam propter quod nec regulam habent, ſed ſtatuta. Ideo Sanctus, Bernardus ſcribit ad eos in epiſtola ad fratres de Monte de quo erant Carthuſienſes: Altiſſima eſt profeſſio veſtra, Cœlos penetrat, par Angelis eſt. Angelicæ ſimilis puritati. Non enim ſolum promiſiſtis omnem Sanctitatem, ſed omnis Sanctitatis perfectionem, & omnis conſumationis finem. Ad hanc quæſtionem S. Thomas, Durandus. & alij quidam ſuper. 2. Sententiarum. Iohannes quoque in ſumma confeſſorum, Bartholomeus in ſumma piſana reſpondent, dicentes, quod quædam ſit obedientia imperfecta, & ſufficiens ad ſalutē, & de illa loquendo, non tenetur religioſus obedire, niſi in his quæ exprimuntur in regula quam profitetur. Alia eſt obedientia perfecta quæ poteſt dici ſupererogationis, per quam ſubditus ſponte obedire conatur, non ſolum in his ad quæ ex voto aſtringitur, ſed item in omnibus quæ non contrariantur legi diuinæ, aut regulæ ſuæ profeſſionis. Porro quod hæc ita ſe habent probatur ex verbis. Bernardi in libro de diſpenſatione, &

æ, & præcepto dicentis: Nihil prælatus prohibeat niſi eorum quæ promiſi. Nil plus requirat à me quam promiſi. Et rurſus. Hoc non parum præſcribitur voluntati prælati quod is qui profitetur ſpondet obedientiam, non tamen omnimodam, ſed determinatam ſecundum regulam aliquam: Iccirco prælatus ſciat ex regula præfixam ſibi menſuram, ſicque ſua moderetur imperia circa idíolum quod rectum eſt. Nec tamen circa quodlibet rectam, ſed circa hoc tantum quod conſtituit regula. His verbis addit Bernardus. Ceterum ſubditus huiuſmodi obedientiam quæ voti finibus coartatur eſſe nouerit imperfectam. De plena vero obedientia loquitur idem ſantus pater Bernardus: Perfecta obedientia legem neſcit. Terminis non artatur nec continetur profeſſionis anguſtijs, ſed largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis, atque in omne quod iniungitur ſpontaneo liberalis alacriſque animi vigore in infinitum extenditur, non conſiderans modum. Itaque authoritates Baſilij, & Benedicti, & conſimilium patrum de hac obedientia ſunt ſupra allegata, & per iſta patet ſolutio ad obiecta. Veruntamen cum ſtatus religionis ſit ſtatus perfectionis ſaltem acquirendę, ita quod religioſus tenetur ad ſpiritalem profectum, ad perfectionem quotidie profici ci omnino exhortandi ſunt religioſi, vt ad perfectam obedientiam ſe accingant, deoque ſeruiant corde perfecto atque veriſſimo, ita vt ſemper in omni humilitate concreſcant, & vniuerſum obſequium quod omnipotenti offerunt quaſi pro nihilo reputantes emulentur indeſinenter charíſmata meliora, penſantes illud. Apoſtoli Phil. tertio capite. Quę priora ſunt obliuiſcens, in anteriora extendo meipſum. Et ita vnuſquiſque infatigabiliter quærat, apprehendat, & exequatur meliora ac viciniora ſaluti.

A B (margin letters)

Quam graue peccatum ſit inobedientia. Articulus VII.

C MOrtale peccatum eſt omne illud ex ſuo genere, quod repugnat charitati Dei aut proximi, vel quod directe contrariatur iuſtitiæ: Et ex horum vtroq; oſtenditur quod in obedientia ſit mortale peccaatum. Primo enim eſt contra charitatem: quoniam charitas Dei requiriti vt pręceptis eius ac Vicariorum ipſius obediatur. cum Iohan. in ſua. Canonica 5. cap. proteſtatur: Hæc eſt charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus. Et rurſus apud apud Ioha cap. 14. ait ſaluator: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Qui, & ſuis Vicarijs apud Lucā. 10. capite, proteſtatur: Qui vos ſpernit. &c. Vnde, & Apoſtolus Paulus ad. Teſſaloni. in prima epiſtola. 4. cap. effatur. Qui hęc ſpernit, non hominem, ſed Deum ſpernit. Inſuper in obedientia contrariatur iuſtitiæ, pręlertim cùm ſecundum Guilielmum Pariſieñ aliuſq; doctores, obedientia ſit pars iuſtitiæ, & reſpicit debitum, quia præceptum ex ſua virationem debiti facit. Vnde, & ſuperioris violare præceptum, ex ſuo genere mortale eſt peccatum. Et iſtud eſt verum in omni Chriſtiano.

D Porro in religioſo inobedientia non ſolum eſt mortale peccatum ex duplici ratione præfata, ſed eſt ineffabiliter graue crimen, cum ſit contra ſolenne votum, quod ſecundum Thomam, & alios plus obligat quā iuramentum: Ita quod inobedientia religioſi eſt enormius vitium quam fractio iuramenti, propter quod Samuel 1. Regum 15. cap. ait: Melior eſt obedientia quā victima, quoniā quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. Peccatum autē ariolandi eſt ipſa ariolatio que eſt opus magicæ artis. Et circa hæc verba ſcribit Antiſiodorenſis in parte. 3. ſummæ ſuæ: Inobedientia comparatur idololatrię, quoniam inobediens inquantum talis, reſpuit cultum Dei, cui proprie debetur obedientia. Item ſicut idololatria ſeruit creaturæ magis quam creatori, ſic in obediens magis acquieſcit voluntati propriæ quam diuinę. Obedientia vero eſt melior quam victima. Primo quia per obedientiam mactatur propria voluntas, per victimam caro aliena. Secundo quia per obedientiam homo offert ſeipſum Deo, per victimam aliquam rem ad extra. Tertio, quoniam interior actus obedientiæ eſt opus, & ſacrificium ſpirituale. Victima autem eſt opus ſacreficium corporale.

Quarto, quia obedientia incipit in vita, & æternaliter durat in patria, victima autẽ eſt
temporalis duntaxat. Deniq; vt in ſecunda ſecundæ quæſtione. 102. aſſerit Thomas, vna
inobedientia eſt grauior alia dupliciter. Primo ex parte præcipientis, quia quo ipſe A
precipiens eſt maior, & altioris prælationis eo grauior culpa eſt ei non obedire. Iccirco
grauiſſimum eſt non obedire omnium creatori. Deinde non obedire ſummo pontifici,
& ita iuxta gradum, & ordinem prælature. Deinceps ſecundo ex parte præcepti. Quo
enim præceptum magis eſt de intentione præcipientis, vel de bono eminentiori aut per-
fectiori, eo non obedire eſt magis culpabile; vicioſius quoq; eſt præcipientem contem-
nere quam præceptum ipſius. Obedientiæ vero contrariatur abundantia proprij ſenſus,
atq; manſio proprię voluntatis. Inobedientia demum ex ſuperbia, & vanagloria ſolet
oriri. Poſtremo inobedientia ingerit homini multa mala. Primo etenim homini Deum,
& omnem gratiam eius aufert. Ideo Num. 15. ſcriptum eſt. Anima que per ſuperbiam
aliquid commiſerit, quoniam aduerſus dominum rebellis fuit, peribit de populo. Ver-
bum enim domini contempſit, iccirco delebitur. Secundo facit opera bona ex genere B
in accepta Deo, & vacua. Vnde in Iſaia cap. 5. Filij in obedientiæ querunt à domino,
quare ieiunauimus, & non aſpexiſti? Dominus eis reſpondet: Ecce in Die ieiunij veſtri
inuenitur voluntas veſtra. Tertio aſſimilat hominem ariolo atq; idololatriæ, ſicut iam
patuit. Quarto excommunicat hominem cum ad Teſſal. 2. epiſt. cap. 4. ſcribit Apoſtolus:
Si quis non obedierit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & non commiſceamini
cum illo. Quinto, ſubijcit hominem multiplici maledictioni. Vnde in Deuteronomio
cap. 27. legitur: Si obedire nolueris, venient ſuper te maledictiones omnes. Maledictus
eris in ciuitate, & maledictus in agro, & maledictum horreum tuum, & maledictę re-
liquiæ, tuæ, maledictus fructus ventris tui, & maledictus fructus terrę tuę. Sexto facit
hominem ſpiritualiter furem, imò ſacrilegum. Religioſus nanq; voluntatem ſuam quã
obtulit Deo in manu Vicarij eius, vitioſe retrahit, & reſumit, & rem ſacram male con-
trectat ac ea abutitur: Si ergo ſacrilegium eſt furari calicem quanto magis domino vo-
luntatem conſecratam? Septimo facit hominem dignum morte temporali ac ęternali. C
Iuxta quod in Deut. cap. 17. fertur: Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio,
morietur. Itemq; 21. cap. Si genuerit homo filium contumacem, qui obedire contem-
pſerit lapidibus obruetur. Octauo facit hominem confuſibilem ac ſpernentem. Vnde
in Oſea 10. cap. legitur: Confundetur Iſrael in Voluntate ſua. Hinc apud religioſos hono-
rabiles ſunt obedientes, & humiles, contemptibiles vero ſunt in obedientes.

Quod inferiores prælati frequenter, & feruide exhortari debent ſubditos ſuos ad diligentem impletionem eorum quæ, ſuperiores eorum ordinauerint aut præceperint. Artic. VIII.

D

SAnctus Doctor Auguſtinus affirmat. Nihil iniquius quam velle ſibi obtemperari à ſubditis, & nolle obtemperare ſuperiori. Hoc ergo perpendens miniſter ac pręlatus inferior ſuo ſuperiori vigilanter obediat, atq; ad idem ſubditos ſuos inducat, vt ſcilicet ordinationibus viſitatorum, & generalis miniſtri ſeu pręſidentis, atque capituli cum omni reuerentia atque feruore ſemper obediant, pręſertim quia nunc dictum eſt quod quanto poteſtas eſt altior, tanto vitioſius eſt non obedire eidem. Denique diuinus Dionyſius: Ordo inquit eſt optimum quid in rebus. Saluberrimum ergo eſt in omni religione, vt omnia fiant in ea ordinate, & vnicuique ſuperiori prompte obtemperetur, iuxta menſuram, & dignitatem ſuę ſuperioritatis.

Quod

A *Quod vnuſquiſque præſidens debeat tanto eſſe in omni virtute perfectior, quanto in prælatione eſt altior. Articulus IX.*

QVuantę difficultatis ſit, vt vnusquisq; animā propriam ſaluet, conſtat ex eo quod ſaluator, & iudex noſter Mat. 7. fatetur: arcta eſt via quę ducit ad vitam pauci inueniunt eam. Si ergo homo ad ſui ipſius cuſtodiam atq; ad operandum propriam ſalutem tam inceſſanter indiget ſupernaturali auxilio Dei, & gratioſa directione ſpiritus Santi, imò, et actuali monitione ipſius in omni meritorio actu. Conſtat quod quanto pluribus prę eſt, et quanto aliquis pręſidet ad ſpiritualiorem conuerſationem tenetur, tanto maiori pietatis diuinę ſubſidio ſtabiliorique virtutum conſtantia, abundantiori illuminatione ac diſcrettione indiget, Deniq; cum iuxta Apoſtolicum documentum; vnus
B quisque debeat ſui ipſius operari ſalutem cum metu, timore, atque tremore. Nonne vnumquemque qui pręeſt neceſſe eſt, tanto timoratiorem, ſollicitiorem ac cuſtoditiorem conſiſtere, quanto pluribus pręſidet, et quanto pro pluribus daturus eſt rationem iudici metuendo, & quo magis ſibi inſtat periculum? Rurſus cum tanta ſit diuerſitas hominum in naturalibus inclinationibus, moribus, aſſuefactionibus ac ſtudijs, nonne qui pluribus præ eſt, & tam diuerſorum ſuppoſitorum conſtitutus eſt cuſtos, iudex, mediator, ac medicus. magiſter ac rector, diſcretione æget præcipua, & gratioſiſſima æternę ſapientiæ directione continua, vt vniuerſis ac ſingulis ſecundum eorum capacitatem, & commoditatem quæat proſpicere, prouidere, mederi, ſuccurrere, correptionem atque correctionem conſolationem, & informationem impendere? Verum (vt ait Gregorius) ars eſt artium regimen animarum. Præterea vero: cum Deus ſuperbis reſiſtat, hu-
C milibus vero Det gratiam, certum eſt quod quanto in aliquo eſt maior pręlatio, tanto plus ei neceſſar a eſt profundior immobiliorque humilitas, vt in deſinenter ſuſpiret, & recurrat ad Deum, & eius iugiter feruentiſſime inuocet opem, atque pro grege ſibi commiſſo inſtantius oret, nec vnquam inaniter glorietur, nec cornua ſibi aſſumat, nec ſubditorum quempiam aſpernetur, imò omnibus eis exiſtat humilior, mitior, patientior, & omni virtute perfectior, vt non tantum verbo, & lingua ſed opere quoque, & veritate ſibi commiſſos ædificet, inſtruat, & præcedat. De hac materia multa, in ſuis libris atq; epiſtolis ſcribit diuinus atq; illuſtriſſimus. Dionyſius: Etenim in omni diuino officio non eſt audendum alijs fieri ducem, niſi quis ſecundum omnem virtutem. Dei formiſſimus, ideſt, Deo ſimillimus exiſtat: Et denuo docet quod aliorum rectorem oportet tanta ſapientia decorari, tanta diuinorum chariſmatum exuberantia adimpleri, atq; in omni virtute tam perfectum exiſtere, vt de plenitudine ſua ſubditis ſuis valeat communicare, influere, diſpertiri. Deniq; de hac rę in Decreto multa habentur. Siquidem Sy-
D machus Papa teſtatur: Viliſſimus computandus eſt, niſi præcellat illuminatione, & ætate id eſt probitate vitæ, & maturitate virtutum qui pręſtantior eſt honore. Sanctus quoque Bernardus ſcribit. Beato Papę Eugenio: Abſque virtutibus tanto es deformior. quanto in dignitate ſublimior. Hinc loquitur Gratianus. Pro gradu ſui officij. oportet quem quam eſſe meliorem. Et denuo. Reuera qui ad hoc eliguntur. vt cæteris præſint, ſicut præ ordinantur dignitate, ita præminere debent ex Sanctitate. Inſuper ſuper Leuiticum ait glorioſus Hieronimus. Sciant omnes, & certi ſint, quoniam qui prętantior eſt ex omni lege. qui doctior, qui ſanctior, qui omni virtute eminentior, ille eligatur ille promoueatur, vt in eo omnes animæ ſint congregatæ virtutes, vigilentque in eo, & intentæ ſint, & nihil ſapientiæ deſit in eis, ſed adſit omnis collectio ſpiritualium ſenſuum. omnis congregatio cogitationum ſanctarum. Et quid ſit ſacerdos, quid officium ſuum intra cordis ſui ſacrarium conferat, & aduertat. De his copioſe ſcribit in ſuo Paſtorali. Gregorius. Ex his omnibus innoteſcit quantæ pręſumptionis ac temeritatis ſit ad aliorum regimen aſpirare, pręlationem appetere. Væ ergo ambitioſis, vę ſtultis prę-

latis: qui diuinæ diſtrictionis iudicium non penſantes, de ſua præſidentia intumeſcunt, qui proprium quærunt honorem, qui temporalia commoda magis quam animarum ſalutem ſectantur. Ideo rectè ait Chryſoſtomus. Quis eſt qui cupit præeſſe, niſi qui non timet iudicium Dei. A

De diſcretione ſeruanda in præcipiendo. Articulus decimus.

IAm dictum eſt articulo ſeptimo, quam enorme peccatum ſit in Religioſis inobedientia. Ideo ad euitandum tantæ impietatis periculum, Religioſus Prælatus non niſi ex bona deliberatione, & rationabili cauſa debet ſubditis ſuis præcipere, & præſertim multiplicationem præceptorum non neceſſariorum debet vitare, ſicut, & Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſtione 105. fatetur? Nam, & Senica loquitur: Generoſus eſt animus hominis facilius ducitur quam trahitur: Vnde & Paulus Apoſtolus in Epiſtola ad Philemonem. Fiduciam inquit, habens imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obſecro. In Epiſtola quoq; ad Hebræos capite decimotertio. Rogo B ait, vos fratres, vt ſufferatis verbum ſolatij. Deniq; prout ſancti Patres teſtantur, præcipere eſt quaſi gladium extrahere, quod non eſt ſine grandi, & legitima cauſa agendum. Hinc qui ad præcipiendum eſt pronus, ac præceps, laqueos tendit ruinæ ſubditis ſuis. Auguſtinus quoq; vituperat eos, qui ordinationes indiſcrete multiplicant, & eas ſubditis portandas, ac obſeruandas imponunt, dicens, quod tales Euangelicæ legis libertatem, quaſi in Moſaicæ legis ſeruitutem conuertunt. Moderamen ergo ſeruandum eſt in præcipiendo, ac ordinando, ne ſubditi immoderate grauentur, ſed ex charitate, & ſancta libertate, in puritate atq; Iuſtitia Creatori ſuo iugiter famulentur, qui eſt ſuper omnia Deus ſublimis, & benedictus, Amen.

C

TRACTATVS PATRIS BERNARDINI DE BVSTO DE IMITATIONE CHRISTI

per aſſumptionem ſtatus Tertij Ordinis de Pœnitentia ex Sermone vigeſimoſeptimo ſui Roſarij deſumptus.

D

SECVNDVM Conſilium, quod vobis trado dicitur aſſumptionis ſiue acceptionis, ſcilicet ſtatus pœnitentialis. Ipſe enim Dominus Ieſus cuius veſtigia imitari debemus ieiunauit: vt habetur Mat. 4. & ſimiliter alia opera pœnitētiæ, & auſteritatis fecit qui pœnitētia non egebat. Quod quidem egit, vt nos ad pœnitētiam animaret. Et ideo ſi non vultis totaliter mundo abrenunciare per Religionis ſtrictæ ingreſſum ſeruando Conſilium Chriſti dicentis Matth. 19. Si vis perfectus eſſe vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me: ſaltem Tertium Ordinem Beati Franciſci ſuſcipite ſi legitimo impedimento non eſtis præpediti. De regula enim iſtius ordinis poteſt dici illud ad Galat. 6. c. Quicunq; hanc regulam ſecuti fuerint pax ſuper illos, & miſericordia ſuper Iſrael Dei. Præfati autem ordinis

dinis inſtitutio fuit figurata Gen. 19.c. vbi habet,q̃ Loth volens euitare excidium Sodo-
A mę: cum exiſſet ab ea: timens quod non poſſet habitare in monte ad quem aſcendere fuerat ab Angelo inuitatus rogauit eum,vt ipſum permitteret habitare in Ciuitate Segor: quæ erat media inter Sodomam, & montem illum, vt in ipſa poſſet ſaluari: quod & obtinuit. Vnde in prædicto c.ſubditur. Sol egreſſus eſt ſuper terram: & Loth ingreſſus eſt Segor,&c. Per montem enim ſignificatur Religio ſtricte profeſſionis ratione ſuę ſublimitatis. Ad quem ſtatum Angelus, ideſt Chriſtus: ſiue Angelicus Frãciſcus inuitat omnes aſcendere. Sed multi timent ne poſſint in eo perſeuerare,& ideo debent ingredi Segor,ideſt Tertium Ordinem ipſius beati Franciſci. Segor enim ſecundum Hieron. interpretatur minor ſiue paruulus: aut calens,vel meridianus,& ſignificat iſtum ordinem qui eſt minor alijs duobus Ordinibus ab ipſo beato Franciſco inſtitutis. Eſt quoq; paruulus humilitate: calens charitate: & meridianus vitę claritatę. Egreſſo itaq; Sole ſuper terram,ideſt beato Franciſco nato ab ortu ſolis terrenos illuſtrante per ſuam doctrinam
B debet Loth qui ſecũdum Hiero.interpretatur declinare,& fugere excidium mortis æternę ingredi Segor, ideſt iſtam ſaluberrimam ſocietatem: cuius vita eſt media inter Sodomam: ideſt vitam mundialem: & montem, ideſt Religionem ſtrictam, & altam: & eſt ſecura ad ſalutem. Quia igitur à malo abſtinere non ſufficit niſi fiat, quod bonum eſt. cle.cupientes de pęnis: ideo ſeruare debetis: illud Pauli ad Philip.4 vbi ait. De cętero fratres quęcunq; vera: quęcunq; iuſta: quæcunq; ſancta: quęcunq; pudica: quęcunq; amabilia: quęcunq; bonę famę: ſi qua virtus: ſi qua laus diſciplinę: hęc cogitate, & facite. Quę omnia in hac ſacra Regula Tertij Ordinis Beati Franſciſci continent: vt infra videbitur. Quapropter vt illi qui mundo ſeruientes deſiderant: tamen aliquam formam Religioſitatis vltra id quod eſt commune aliorum Chriſtianorum apprehendere poſſint conſequi intentum ſuum: & eſſe de numero eorum: de quibus dicit Apoſtolus 1. Corint.7. Reliquum eſt,vt qui habent vxores ſint tanquam non haben-
C tes: & qui flent tanquam non flentes: & qui gaudent tanquam non gaudentes: & qui emunt tanquam non poſſidentes: & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur. Deliberaui aliquid de ſublimitate iſtius ordinis eloqui, de quo tria per ordinem contemplabimur. Primum dicetur inſtitutionis ſiue originationis. Secundum perfectionis. Tertium vero exaltationis ſiue dignificationis.

Quoad primum tria videnda ſunt ſcilicet inſtitutionis huius regulæ authoritas; temporalitas: & qualitas, ideſt quis inuenit hanc regulam quo tempore: & qualiter fuit inſtituta. Circa primum dico, quod huius regulæ inuentores non fuerunt fratres minores: non aliquis Epiſcopus: non Doctor: non congregatio aliqua: ſed Seraphicus Franciſcus Spiritu ſancto prædocente eam inſtituit: vt dicit Nicolaus IIII. in regulæ ipſius confirmatione, quæ incipit. Supra montem: vbi ait. Ideoq; glorioſus
D Chriſti Confeſſor Beatus Franciſcus huius ordinis inſtitutor, &c. & Clemens V.in cle. cum ex eo.de ſent.excom.vbi ait. Fratres,& ſorores de tertio ordine quem B. Franc.inſtituit: qui continentes,ſeu de pœnitentia nuncupantur. Quam quidem regulam ſãcta Mater Eccleſia approbauit: vt infra patebit. Niſi enim per Sedem Apoſtolicam approbetur quilibet ordo merito ſuſpectus, & reprobandus haberetur.c.vnico de Relig.Domi. lib.6.& cle.1.eo.tit. Huius autem regulę inſtitutio fuit Prophetali ſpiritu prænunciata diuinoq; Oraculo reuelata: & Papali teſtimonio commendata. Primo ſpiritu prophetali Abbatis Ioachim fuit prænunciata: qui Abbas vt refert Magiſter Bartholomeus Piſanus in conformitatibus B.Fran. lib.1. fructu 1.& conformitate 1.in 2.parte claruit ſpiritu prophetico, & eius opera ſunt ab Eccleſia approbata præter librum quem compoſuit cõtra Magiſtrũ Petrum Lombardum: de quo habetur 1.c. Damnamus de Sum.Trin. & fid. cap. Et multa prædixit de B. Fran. & de ordinibus ab eo inſtituendis. Quem per multa tempora ante natiuitatem ſuam fecit depingi Venetijs in Eccleſia ſancti Marci ſuper portam Sacriſtię opere moyſaico cum ſtigmatibus. Hic ergo propheta de tertio ordine ſancti Franciſci loquens ait. Felix qui mundę colliget ſextarios triginta ex area.

ideſt qui coniugalem caſtitatem cui datur fructus trigeſimus illibatam in hoc ordine ſeruauerit. Secundo huius regulę inſtitutio fuit diuino oraculo reuelata. Oraculum autem eſt locutio de diuinis. Vnde apud gentiles dicebatur Oraculum Apollinis Delphici: vbi ſecundū eos diuina reſponſa dabantur: licet fuiſſent figmenta diaboli. De quo oraculo inquit Macro. in lib. de Somno Scipionis. Delphici vox hæc fuit oraculi, &c. A
De Beato autem Franciſco refert ſanctus Bonauentura in legenda eius, quod cum ſemel inſtigante ſe fortiter ſpiritu intraſſet Eccleſiam ſancti Damiani extra Aſſiſium cauſa orationis: quæ quidem Eccleſia minabatur præ nimia vetuſtate ruinam: cum proſtratus ante Imaginem Crucifixi lachrymoſis oculis intenderet in Dominicam crucem vocem de ſeipſa cruce ad ſe miro quodammodo dilapſam corporeis audiuit auribus ter dicentem. Franciſce vade repara domum meam, quæ vt cernis tota deſtruitur. Quod quidem mandatum ipſe B. Fran. tunc intellexit de reparanda materialis Eccleſię domo: licet principalis intentio verbi ad eam ferretur: quam Chriſtus acquiſiuit ſui Sanguinis pręcioſo commercio ſicut eum Spiritus ſanctus edocuit: & ipſe poſt modum ſibi familiaribus reuelauit. Hęc Bonauent. In eo igitur, quod trina vox facta eſt: tres regulas ab eo inſtituendas ſignificauit. Cum enim Deus, & natura nihil faciant fruſtra: vt dicitur 1. de cœlo, & mundo 3. de anima, & 1. Phyſic. ſuffeciſſet ſemel dicere; niſi per trinam vocem voluiſſent ſignificare trinam Eccleſię ſpiritualis reparationem. Sicut etiam Seraphin: vt habetur Eſa. 6. clamabant. Sanctus ſanctus ſanctus Dominus Deus Sabaoth ad oſtendendam Trinitatem Perſonarum. Prædicta etiam confirmat ſanctus Bonau. vbi ſup. dict. Deuotione quoq; ſibi aſſiſtente fidelium, quæ pręclaram in viro Dei iam ceperant noſſe virtutem: [illegible] ſolum ſancti Damiani: verumetiam Principes Apoſtolorum. & Virginis glorioſę ruinoſas, & derelictas reſarciuit Eccleſias, vt quæ per eum Dominus in poſterum [illegible] operaturus erat: ſenſibilis foris opere myſterialiter pręſignaret. Nam [illegible] triplicis fabricę ipſius ſancti viri ducatu ſecūdum datam ab eo formam [illegible] Chriſti triformiter renouanda erat Eccleſia: ſicut & vox [illegible] tertio replicans de domus Dei reparatione mandatum: [illegible] & nunc in tribus ab eo inſtitutis ordinibus cernimus eſſe completum [illegible] quibus ordinibus canit Eccleſia. Tres ordines hic ordinat primumq; Fratrum [illegible] Minorum: pauperumq; fit dominarum medius: ſed pœnitentium tertius [illegible] vtramque. Quia enim bonum quanto eſt communius: tanto melius [illegible] 1. Ethic. ſicut patet in Sole, qui melior dicitur Luna, & ſtellis quia magis [illegible] de luce, & influentia ſua: bonum namq; naturaliter eſt ſuipſius communicatiuum: vt inquit Dionyſ. 1. lib. de diuin. nom. Ideo optimus Franc. Dei gratia [illegible] ſolum voluit ſibi communicare, & per ipſum diffundere obſeruantiam primi, & ſecundi ordinis: ſed etiam tertij. Et hoc figuratum fuit Gen. 8. in columba, quę ter a Noe fuit de arca miſſa. Prima enim vice non inuenit vbi requieſceret pes eius, & reuerſa eſt ad Noe: qui extendens manum ſuam apprehendenſq; illam intulit in arcam. Secunda autem vice reuerſa eſt cum ramo virentis oliuę. Tertia vero vice non eſt reuerſa ad arcam: ſed per mundum perrexit, & volauit. Hęc enim columba ſignificat inſtitutionem ordinis columbini Franciſci quem Noe, ideſt Deus ter emiſit, ideſt ad tres ordines inſtituendos deſtinauit. Prima autem vice hec columba non inuenit vbi requieſceret pes eius, & ſignificat inſtitutionem primi ordinis: quia paupercali Fratres Minores nihil habent in particulari, nec in communi in cuius poſſeſſione poſſint requieſcere quoad ſpem prouidendi ſibi in futuro: et ideo reuertuntur ad Noe, ideſt ad Dei adiutorium, & Noe, ideſt Deus eos apprehendit manu ſuæ prouidentiæ: & mittit in arcam regularis obſeruantiæ ſanctitatis perfectę. Secunda autem vice portauit hæc columba ramum virentis oliuæ: quia inſtituit ordinem ſanctæ Claræ ameniſſimæ virginitatis iocunditate. Tertia vero vice non eſt reuerſa ad arcam: quia inſtituit tertium ordinem cui quoad tria vota principali non dedit regularem obſeruantiam: quæ per arcam ſignificatur: ſed volauit per mundum vndiq; diffundens iſtum Ordinem

The section letters B, C and D are printed in the right margin beside the lines "bus reuelauit. Hęc Bonauent.", "ab eo formam … renouanda erat Eccleſia" and "ret pes eius, & reuerſa eſt ad Noe" respectively.

dinem ſanctum. Idem quoq; figuratum fuit Gen. 40. vbi Ioſeph Patriarcha vidit vitem cum tribus propaginibus florere. Hæc enim viris ſignificauit Beatum Franciſcum qui fuit A ſimilis Chriſto: ita quod de ipſo dici poteſt illud, quod ait Iohannes Euangeliſta Apoc. 1. Vidi ſimilem filio hominis. Quod quidem probat Magiſter Bartholomeus Piſanus in lib. conformitatum B. Franc. in quo inter alias declarat quadraginta conformitates ipſius B. Franc. ad Chriſtum. Ipſe autem Dominus Ieſus de ſeipſo ait Iohanni 15. Ego ſum vitis vera. Et ſimiliter B. Franc. dicere poteſt illud Eccl. 24. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris: & flores mei fructus honoris, & honeſtatis. Hęc enim vitis ſcilicet ſanctus Franc. emiſit tres propagines, ideſt tres ordines à quibus multi flores, & fructus ſuauiſſimi emanarũt. De primo enim ordine emanauit poſt ipſum ſanctiſſimum Patrem tanquam flos amęniſſimus, & fructus celeberrimus ſanctus Antonius de Padua, & ſanctus Ludouicus filius primogenitus Regis Siciliæ: ad quem tria Regna de iure pertinebant, qui omnibus abrenuncians factus eſt Frater Minor. Item ſanctus Bonauent. Car- B dinalis de Balneo Regio Epiſcopus Albanenſis. & ſan Bernardinus de Senis. & quinq; ſancti Martyres apud Marochium paſſi cum alijs quampluribus Martyribus: de quorum Martyrio tractat Magiſter Bartholomeus Piſanus vbi ſup. fruct. 8. & conformitate 8. parte 2. Multos etiã produxit alios ſanctos Fratres vita, & miraculis clariſſimos qui ſunt quoddammodo innumerabiles. De quorum pluribus qui fuerunt ante ſua tempora tractat prædictus frater Bartholomeus vbi ſup. De illis vero, qui fuerunt non multis temporibus elapſis: vt de Beato Iohanne de Capiſtrano: Beato Alberto de Sartiano, Beato Iacobo de Marchia: Beato Marco de Bononia: Beato Damiano de Padua: Beato Michaele de Carcano de Mediolano: qui me ad ordinem recepit: Beato Cherubino de Spoleto: Beato Bernardino Feltrano: & multis alijs qui maximis coruſcant prodigijs nimis longum eſſet recitare. De ſecundo etiam ordine produxit plurimos flores: ſcilicet ſanctam Claram de Aſſiſio cum Beata Hortulana Matre ipſius ſanctæ Claræ: & B. C Agnete eius ſorore. Item ſanctam Agnetem filiam Regis Bohemiæ, quæ erat deſponſata Federico Secundo Imperatori: & ſpreto ſuo ſponſo, & regno intrauit ordinem ipſum: ac multis claruit prodigijs. Item produxit ſanctam Salome de domo regis Poloniæ: & ſanctam Helenam de Padua: Beatam Claram de Viterbio: ac Beatam Catharinam de Bononia: cui apparebant ſæpe illi ſancti de quibus officium faciebant. Vnde ipſa in ſuo Breuiario, quod ego vidi ſcribebat in Feſtiuitatibus Sanctorum de quibuſdã eorum in particulari: quam ego vidi, & cum ea locuta ſum. Et hoc Breuiarium ita gloſatum ab aliquo non eſt viſum niſi poſt mortem ſuam. Corpus autem eius eſt palpabile: ductibile, ac integrum. Et ſi aliquis ad illud viſitandum vadit: ſi eſt in mortali peccato: faciem illi turbulentam oſtẽdit. Si vero eſt in gratia Dei: faciem illi iocundiſſimam exhibet. Cum autem Pater Frater Bernardinus Comunis ordinis noſtri cum quo ego eram corpus eiuſdem beatæ ſibi oſtendi feciſſet: & ſibi de capillis eius dari poſtulaſſet D qui quotidie creſcunt ſicut & eius vngues. Dicente Abbatiſſa ſi potius deſiderabat habere de iam inciſis: an uero uellet, quod de nouo a capite eius præciderentur. Ipſe reſpondit quod potius uolebat de illis quos tunc habebat in capite: dummodo ipſi beatæ non diſpliceret. Cum autem ipſa Abbatiſſa præcideret capillos eius: prædicta beata iocundam faciem exhibuit ita quod ridere uidebatur. Et Moniales dixerunt. Ecce Pater quomodo libenter vos videt iſta beata. De quampluribus alijs beatis illius ordinis cauſa breuitatis non ſcribo. De tertio etiam ordine produxit multos flores: ſcilicet ſanctum Ludouicum Regem Franciæ: ſanctum Elzearium Comitem Ariani: qui cum beata Delphina vxore ſua in matrimonio ſeruauit perpetuam virginitatem. Item ſanctum Iuonem iuris vtriuſq; doctorem Presbyterumq; & Confeſſorem de Britania Minori: qui fuit magne deuotionis, & contemplationis, ac miraculis claruit, ac ſemel cum Miſſam celebraret in eleuatione Sacramenti viſus eſt globus igneus ſuper caput eius. Item beatum Lucenſem ſiue Lucheſium de Podio Bonci eius caput ego in manibus habui, & eſt in loco noſtro, qui eſt in Tuſcia ſuper montem Imperialem: vbi eſt etiam corpus eius: &

Mona-

Monaſterium noſtrum appellatur ſancti Lucenſis ſiue Lucheſij. Item produxit ſanctum Lucium Confeſſorem, qui fuit primus ſanctus de iſto tertio ordine: & ſanctum Nicolutium de Senis: ac beatum Iacobum de Laude Sacerdotem, & miraculis clarum, & beatum Petrum Romanum, qui ſub Soldano fuit Martyrizatus. & ſanctum Bonozicum de Vulterra, & beatum Petrum de Colle, ac beatum Alexandrum de Peruſio, & beatum Leonem Archiepiſcopum Mediolani: & beatum Gualterium Epiſcopum Triuiſij, & beatum Richardum Epiſcopum Foſſombroni: ac beatum Alexandrum Magiſtrum Thologiæ: & beatum Carolum: ac beatum Laudonem de Monte Feltro, & beatum Iohannem de Vrbino: ac beatum Ioannem de Rauenna: & beatum Torelum de Pupio: ac beatum Bartolum de ſancto Geminiano: & beatum Petrum Pictenarium de Senis: ac beatum Robertum dominum Arimini: & beatum Thomaſutium de Fulgineo Prophetam, ac miraculis clariſſimum: Similiter quo ad mulieres produxit ſanctã Eliſabeth filiam Regis Hungariæ, quæ fuit vxor Landegrauij Ducis Lothoringiæ. Item ſanctam Roſam de Viterbio: ſanctam Margaritam de Corthona: ſanctam Bonodonam de Podio Bonci: vxorem ſancti Lucheſij: beatam Eſmilianam de Florentia: & beata Claram de Monte Falcie: in cuius corde inuentus eſt ſculptus Crucifixus cum omnibus Myſterijs paſſionis: & tres parue pile in eius pectore reperte ſunt: quarum vna tantum ponderat quantum due, & quantum omnes tres ſimul. Et non plus ponderant omnes tres ſimul quam vna ſola. Per quod ſignificatur, quod ipſa habuit continuam memoriam Paſſionis Chriſti: & perfectam fidem vnitatis diuinæ eſſentiæ, & equalitatis trium Perſonarum Diuinarum. Quæ omnia ego proprijs oculis aſpexi. Item beatam Eliſabeth Imperatricem Romanorum: vxorem Caroli IIII. Regis Francorum, & Imperatoris: quæ miraculis coruſcauit: & beatam Blancham Reginæ Franciæ Matrem ſancti Ludouici Regis Francorum: quæ ſignis, & miraculis claruit: & beatam Meam de Senis: beatam Paſchalinam de Fulgineo: & beatam Mechelinam de Peſauro: ac beatam Angelam de Fulgineo, quæ duodecim annis quotidie ſumpſit Dominicum corpus nihil aliud manducans: ſed illo cibo cœleſti refecta orationi, & contemplationi vacabat. Item beatam Beatricem de Ruſchonibus Comitiſſam, quæ noſtris temporibus fuit: & ad ſeptem annos citra mortua eſt multiſq; miraculis claruit: & ſepulta Mediolani in Eccleſia noſtra ſancti Angeli: vt etiam dicit Magiſter Bartholomæus Piſanus vbi ſup. Iſte ordo commendari poteſt de nobilitate. Nam multi magni homines de diuerſis Regnis Chriſtianitatis: Comites: Duces: Principes: Barones: & nobiles tam viri quam mulieres fuerunt de Tertio Ordine beati Franciſci. Inter quos vltra ſuperius enarratos fuit illa Regina Hungariæ, quæ fecit Monaſterium Campi Regis in Auſtria, & alia Regina Hungariæ mater Regis Ludouici. Iſtum quoq; habitum induit quædam Imperatrix Conſtantinopolis: & vna Regina Cathaloniæ: & Rex Iacobus Dux Sarbundiæ: & Magiſter magnifici domini Iohannes Iacobi de Triultio: & dominus Bartholomeus de Vignate: cuius proaui fuerunt domini Ciuitatis Laudenſis: & dominus Lanzalotus de Decio iuris vtriuſq; Doctor peritiſſimus, ac Lector in Studio Papienſi: cum alijs quaſi innumerabilibus. Tertio huius Regulæ inſtitutio fuit Papali teſtimonio commendata. Vt enim refert Magiſter Bartholomeus Piſanus in conformitatibus B. Franc. lib. 1. fructu. 2. & conformitate. 2. aprte. 2. Dominus Papa Greg. IX. qui beatum Franciſcum Canonizauit in quadam p. ola quæ incipit. Caput draconis: eum ſic commendat di. Verum de Chriſti latere nouus legatus mittitur in cuius ſacro Corpore vexillum Crucis cernitur. Franciſcus Princeps inc ytus ſignum regale baiulat, & celebrat conuiuium per cuncta mundi climata. Contra draconis ſciſmata acies trinas ordinat expeditorum militum ad fugandum exercitum, & tres cateruas dæmonum quas draco ſemper roborat.

Quoad ſecundum principale primę contemplationis, ſcilicet de inuentionis huius ordinis temporalitate: eſt ſciẽdum ſecũdum magiſtrum Bartholomęum Piſanum vbi ſupra. lib. 1. fructu. 8. & conformitate. 8. parte 2. quod Sanctus Franciſcus non ſtatim vt mundo abrenunciauit inſtituit prædictos ordines. Nam vt dicit legenda trium ſociorum. Primo

primo vilem habitũ hæremiticum non alicuius religionis : ſed pœnitentialem circa duos
A annos portauit : & poſtea habitum quem fratribus ſuis dedit aſſumpſit . Et ſic anno ſecundo à ſua conuerſione ordinem fratrum minorum inchoauit: videlicet in M. CCVII. Die. 16. Aprilis. Ordinem vero Sanctæ Claræ inſtituit anno 6. à ſua conuerſione . Ordinem autem tertium anno. 14. à conuerſione ſua . Eſt autem ſciendum quod Beatus Franciſc. fuit à Deo directus in mundum ad inſtituendum hos tres ordines in aperitione ſexti ſigilli, ut ait Sanctus Bon. in prologo maioris legende ipſius Beati Franciſci . Quod demonſtrauit Ioannes Euangel. Apoc. 6. & 7 vbi ait quod in aperitione ſexti ſigilli fuit à Deo miſſus Angelus, ideſt, Angelicus virtus Fran. habens ſignum Dei viui, ideſt, ſtigmata Ieſu Chriſti . Et ipſe Dominus Ieſus reuelauit Sancto Bona. quod Beatus Ioannes non intellexit in prædicta prophetia de alio quam de Sancto Franciſco, & hoc affirmauit ipſe Sanctus Bonauentura legens Pariſius , & iurauit ſic eſſe veritatem . Dicit autem magiſter Bartholomeus Piſanus vbi ſupra fructu. 1. & conformitate. 1 parte 1. quod nouum
B teſtamentum in veteri teſtamento eſt ſicut rota in rotam. iuxta viſionem Ezechielis Prophetæ. 1. ſui lib. cap. Quare quemadmodum in veteri teſtamento fuerunt ſeptem ſigilla ita, & in nouo , ideſt; ſicut totum tempus veteris teſtamenti per ſeptem circula voluitur; ita, & tempus noui teſtamenti . In quorum quolibet, & ſi plures homines perfecti miſſi ſint à Deo qui per omnia tempora non ceſſat mittere ſanctos ſuos ad excolendam vineam ſuam, ideſt, Eccleſiam, & conuertendum peccatores ad pænitentiam. In omni tamen ætate inter ipſos ſanctos ſic deſtinatos fuit aliquis præcipue miſſus ipſi Deo acceptiſſimus, & ſingularis. Primum autẽ ſigillum veteris teſtamenti fuit mundialis fabricationis & primordialis obligationis, & incepit ab Adam, & durauit vſque ad Noe . Quo tempore licet ſingulariſſimus fuerit Adam: quia tamen principium fuit noſtræ præuaricationis: non computatur inter electiſſimos Dei . fuerunt quoq; alij electi vt Abel: Seth. 2. et Enoch. qui incepit inuocare nomen Domini Gen. 4. Tamen præcipuus inter eos fuit
C Enoch de quo dicitur Gen. 5. quod ambulauit cum Deo , & non apparuit quia tulit eum Deus, & Ecc. 44 dicitur quod placuit Deo, & translatus eſt in paradiſum, & ipſe Enoch. dicitur venire tempore antichriſti: vt habetur Apoc. 11 . Ad quem autem finẽ vſque ad illud tempus ſeruatur in paradiſo terreſtri ponitur Ecc. 44. vbi poſt prædicta verba ſubditur. Vt det gentibus ſapientiam, ideſt, vt prædicet Chriſtum Dei virtutem, & ſapientiam. Alia autem littera habet vt det gentibus pœnitentiam, ideſt, vt homines ad pænitentiã conuertant. Secundum ſigillum fuit humanalis declinationis, & infectionis: & cepit à Noe, & durauit vſque ad Abraam: quo tempore omnis caro corruperat viam ſuam vitio luxuriæ: & propter quod miſit Deus diluuium quæ omnes perennit : excepto Noe cum filijs ſuis , & vxoribus eorum. Gen. 7. In hoc autem tempore fuit vt ſingulariſſimus Dei electus deſtinatus ipſe Noe iuſtitiæ præco: de quo habetur. 1. pet. 3. Qui inuentus eſt perfectus, & iuſtus: & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio. Ecc. 44. Tertium ſigil-
D lum fuit ſingularis plebis electionis, & incepit in Abraam , & durauit vſque ad Moyſen. Quo tempore Deus pręcipiendo Abrae vt exiret de terra ſua , & iret in terram quam ei demonſtraret Gen. 12. ipſum cum poſteritate ſua in peculiarem populum ſuum elegit. Quo tempore licet alij fuerint electi Dei: vt Iſaac Iacob. & filij eius: præcipue tamen ipſe Abraam ſingulariter fuit Deo acceptus: de quo dicitur Ecc. 44. Abraam magnus pater multitudinis gentium : & non eſt inuentus ſimilis illi in gloria qui conſeruauit legem excelſi . Quartum ſigillum fuit diuinalis potentiæ demonſtrationis: quia in virtute multa eduxit Deus populum ſuum Iſrael de Egypto: vt habetur in multis cap. Exo. Et iſtud ſigillum incepit à Moyſe, & durauit vſque ad Dauid: quo tempore licet fuerint etiam alij electi Dei: vt Ioſue, & Othoniel filius Caleph. Iepte: Samſon. ac alij plures : tamen præcipuus fuit ipſe Moyſes quem miſit ad liberandum populum ſuum de manu Pharaonis: vt habetur Exod. 3. De quo Moyſe dicitur, Ecc. 45. Dilectus Deo, & hominibus Moyſes cuius memoria in benedictione eſt ſimilem fecit illum in gloria ſanctorum , & magnificauit eũ in timore inimicorum: & in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit eum in

K conſpe-

conſpectu regum, & oſtendit illi gloriam ſuam. In fide, & lenitate ipſius ſanctum fecit
illum, & elegit eum ex omni carne: & dedit illi cor ad pręcepta; & legem vitę, & diſcipli- A
nę: docere Iacob teſtamentum ſuum, & iudicia ſua Iſrael. Quintum ſigillum fuit pecu-
liaris dominationis, & incepit à Dauid, & durauit vſque ad Aeliam: quo tempore licet
multi alij miſſi fuerint: vt Ezechias, & Ioſias ac alij plures: tamen ipſe Dauid fuit præci-
puus qui erat vir ſecundum cor Domini. 1. Regum. 13. qui fuit ſicut lux aurore abſque
nubibus rutilans. 2. Reg. 23. De quo dicitur Ecc. 47. Cum leonibus luſit ſicut cum agnis:
& Deus in omni tempore dedit confeſſionẽ ſancto: qui de omni corde laudauit Deum:
& ideo exaltauit in eternum cornu illius. Sextum ſigillum fuit prophetalis irradiatio-
nis: & incepit à tempore Aeliæ: & durauit vſque ad tranſmigrationem Babylonis. Quo
tempore licet multi prophetæ miſſi fuerint vt Heliſeus: Eſaias: Hieremias: & alij quam
plures: tamen Helias fuit præcipuus: de quo dicitur Eccl 48. quod ſurrexit quaſi ignis: &
verbum ipſius quaſi facula ardebat. Qui tandem in cœlum per turbinem aſcendit. 4.
Reg. 2. Septimum ſigillum fuit generalis vexationis: & incepit à tranſmigratione populi B
Iudaici in Babylonem vſque ad Chriſtum. Quo tempore populus Dei fuit multipliciter
afflictus, ſcilicet à rege Babylonis à rege niniue. à rege Antiocho tempore Machabæo-
rum: & à multis alijs. Quo tempore licet multi electi fuerint à Domino deſtinati: vt
Ezechiel: Daniel: Eſdras: Neemias: & Tobias: præcipue tamen miſſus fuit Symeon Oniæ:
de quo dicitur Ecc 50. quod fuit quaſi ſtella matutina in medio nebulle. ex quibus ſep-
tem ſigillis patet quod ſeptem ſingulariſſimos homines ad mundum renouandum deſti-
nauit Dominus Deus. Quorum ad inſtar ſeptem ſigilla ponuntur in nouo teſtamento:
de quibus ſex iam vt creditur tranſierunt. & ſeptimum expectatur ſiue iam incepit.
Hęc magiſter Bartholomeus Piſanus vbi ſupra qui etiam ſubdit ſic. Noui teſtamenti
primum ſigillum fuit viſceralis miſerationis plenitudinis ſcilicet gratiæ quo tempore
Deus pater propter nimiam charitatem ſuam miſit filium ſuum in ſimilitudinem carnis
peccati. Quo tempore, & ſi Ioannes Baptiſta ſit miſſus à Deo Ioan. 1. tamen quia C
venit in teſtimonium Ieſu Chriſti: ipſe Dominus Ieſus fuit ille ſingulariſſimus, & incompa
rabilis à Deo Patre miſſus ad mundum renouandum & redimendum: qui fuit verus Deus
& homo potens in opere, & ſermone. Luc. 45. Secundum ſigillum fuit Apoſtolaris
prædicationis. Et incepit ab aduentu Spiritu ſancti in Apoſtolos in die pentecoſtes, &
durauit vſque ad tempus perſecutionis tyrannorum. Quo tempore licet miſſi fuerint
omnes Apoſtoli. & diſcipuli Chriſti prædicauerunt per vniuerſum mundum fidem ip-
ſius: iuxta illud qui pſal. 18. In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terrę
verba eorum: ſicut eis impoſuerat ipſe Dominus Ieſus Matth. & Mar. vlti. Qui etiam ſcrip
ſerunt Euangelia. Matheus enim ſcripſit in 39. Marcus. 45. Lucas. in 55. Ioannes vero
in 63. anno Domini. In hoc etiam ſigillo fuit Diouyſius ariopagita qui floruit in anno Do
mini. 80. tamen ſingulariter miſit Dominus Apoſtolum Paulum qui fuit vas electionis à
Chriſto directum ad portandum nomen eius coram gentibus, & regibus, & filijs Iſrael. D
Act. 9. Qui Apoſtolus vocatur ſegregatus in Euangelium Dei. ad Roma. 1. Raptuſque fuit
vſque ad tertium cœlum. 2. ad Cor. 12. qui etiam plus omnibus laborauit. 1. ad Cor. 15.
Tertium ſigillum fuit victorialis triumphationis ſcilicet tempore martyrum: & incepit
à perſecutione Neronis: Domiciani: & aliorum Imperatorum: & durauit vſque ad Con-
ſtantini conuerſionem. Quo tempore miſſi fuerunt multi viri inſigniſſimi: ſcilicet præ-
cipue Sanct. Siluest. qui zelo martyrij flagrauit, & alios ad martyriũ animauit: atque ipſũ
Conſtantinum baptizauit: & fidẽ Chriſtianã ſtabiliuit. Qui poſtea mortuus eſt Anno Do-
mini. CCCXX. Et tunc erat in flore Origenes, & Lactantius. Alij tamen dicunt quod ille
qui fuit tempore martyrũ ſingulariter deſtinatus fuit S. Laurent. In cuius ſignum Eccleſia
eius martyriũ honorabilius alijs ſolemnizat. Quartum ſigillum fuit carnalis ſubiugatio-
nis, & incepit a baptiſmo Conſtantini, et durauit vſque ad tempora Beati Benedicti.
Quo tempore floruerunt multi ſancti homines qui mundum illuſtrauerunt vita, & do-
ctrina, ſcilicet Boetius qui fecit librum ſuum de conſolatione: cum eſſet incarceratus Pa-

pie in

pie in CCCXXXVI. anno Domini. Floruerunt etiam anno. CCXLIII. Chryſoſtomus: Hilarius: Euſebius: & Baſilius qui mortuus eſt in. CCCLXX. Anno Floruerunt etiam in. A CCCLXXI. Anno Gregorius Nanzazenus: & Sanctus Martinus. & in. CCCLXXXI. Ambroſius: Hieronymus: & Auguſtinus. Mortuus eſt autem Sanctus Ambroſius in. CCCXC. Hieron. CCCXVIII. & Auguſt. in. CCCC. Oroſius autem erat in flore in. CCCC. Anno. Infra tempus autem huius ſigilli fuerunt illi ſancti patres in deſertis: ieiunijs: orationibus: vigilijs: diſciplinis: alijſq; auſteritatibus carnem ſubiugantes ac mortificantes. quo tempore licet Paulus primus hæremita, & alij poſt eum plures ſanctitate famoſi fuerint: præcipuus tamen fuit Sanctus Antonius abbas pater quaſi omnium Monachorum, & Anachoritarum: magiſtri Pauli ſimplicis. Hilarionis: Macharij: & multorum aliorum. Cui poſt ſuperationem Dæmonum dixit Chriſtus. Quia viriliter pugnaſti faciante per totum orbem nominari. Quo nomine multi ſunt ad ſanctæ peragendum inuitati. Quintum ſigillum fuit mirabilis mundi ſubleuationis à preſſuris quæ erant in orbe per gentes vuandalorum: gothorum: longobardorum: & multorum aliorum. Quo tempore miſſi ſunt probi viri: prout Sanctus Grego. recitat in li. dialo. qui mirabiliter mundum ſignis, & virtutibus ſubleuauerunt. Sed inter eos miſſus eſt ſingulariſſimus vir re, & nomine Benedictus: cuius conuerſatio vita, et doctrina qualis fuerit: Beatus Greg. in 2. lib. dialo. clariſſime demonſtrat. Mortuus eſt autem Sanctus Benedictus anno Domini DXXVIII. Hoc autem ſigillum durauit vſque ad tempus Franciſci. Infra quod tempus floruerunt multi excellentiſſimi viri: maxime Sanctus Gregorius Papa qui mortuus eſt anno Domini. DCVI. Venerabilis vero Beda floruit in. DCXC. Ordo autem carthuſienſis incepit in. M. XCII. Ciſtercienſis vero in. M. XCVIII. Floruit autem Hugo de ſancto victore in. M. CVIII. & Sanctus Bernardus in M. CLIII. Gratianus vero, et Petrus Lombardus ſcripſerunt libros ſuos in. M. CLXXI. Ordo autem prædicatorum fuit confirmatus per Papam Honorium in. M. CCI. Ordo vero minorum fuit confirmatus primo per Innocentium tertium in. C M. CCVII. ſed ſine bulla. Poſtea vero Honorius Papa eundem confirmauit cum bulla in. M. CCXVII. Sextum ſigillum fuit pænitentialis, et paſſionalis crucis renouationis: et incepit à tempore Beati Franciſci vel a natiuitate eius quæ fuit in. M. CLXXVIII. vel a conuerſione eiuſdẽ quæ fuit in. M. CCVI. Mortuus eſt autẽ Beatus Franciſc. in. M. CCXXVI. Sanctus vero Dominicus in. 1221. ante Seraphicum Franciſcum defunctus eſt. Communiter tamen tenetur quod ſextum ſigillum incepit à conuerſione Sancti Franciſci ſcilicet tempore Frederici ſecundi imperatoris regis ſiclorum in. 1206. Qua aperitione ſigilli vt prædictum fuerat Apoc. 6. factus eſt terremotus magnus ſcilicet perſecutionis Eccleſiæ: et ſol factus eſt niger ideſt Dominus Papa: qui tempore huius imperatoris propter eius perſecutionem fugit, et non inueniebatur: et tandem repertus eſt Venetijs in quodam hoſpitali. Et luna facta eſt ſanguis ideſt Eccleſia deſignata per lunam facta eſt ſanguinolenta: quia multi clerici eidem Frederico non adhærentes occiſi ſunt. Stellæ quoque ceciderant de cœlo: quia multi prælati per ſtellas deſignati ceciderunt de cœlo: inſiſtantis D Eccleſiæ per adhæſionem ad ipſum Fredericum. Tempore enim huius Frederici Romana Eccleſia valde vexabatur per ſaracenos ab ipſo imperatore ad partes fidelium adductos: ita vt nullus auderet Papam aut Romanam Eccleſiam nominare: nec Chriſtum vel Apoſtolos ſequi. Sed vita Chriſti erat in contemptum per deſpectum paupertatis. et appetitum diuitiarum: et per ambitionem ſuperbiæ. Tunc autem aperto hoc ſigillo vt Ioannes teſtatur Apoc. 7. ab ortu ſolis ideſt de ciuitate Aſſiſij in oriente poſita: aſcendit Angelus ideſt Franciſcus puritate, & ſanctitate angelis conſimilis directus à Domino cum ſigno Dei viui. ideſt cum ſtigmatibus Ieſu Chriſti ad renouandam ſcilicet perfectionis emitam quę erat obliterata, & ad prædicandum pœnitentiam. Vnde Sanctus Bona. in legenda eius ait de illo. Denique Spiritus Chriſti vt flammea totius accenſus cepit vt alter Helias virtutis emulator exiſtere cepit, & aliquos ad iuſticiam perfectam inducere cepit, & cæteros ad pœnitentiam inuitare.

Quod autem Franciſcus ſit à Deo deſtinatus ad prædicandam pænitentiam

patet primo Innocentij Tertij teſtimonio : qui regulam approbans dedit Bea-
to Franciſco: ac ſocijs eius de prædicanda pænitẽtia mandatum: vt habetur in legenda
eius. Patet ſecundo ex inſtitutione primi ordinis, & ſecundi qui omnes ſunt in maxima A
auſteritate fundati. Patet, & tertio ex inſtitutione tertij ordinis quem de pænitẽtia nun-
cupauit. Et inquit Sanctus Bonau. in prologo maioris legende ſecundum imitatoriam
quoq; ſimilitudinem præcurſoris deſtinatus à Domino vt viam parans in deſerto altiſſi-
me paupertatis, tam exemplo quam verbo pænitẽtiam prædicaret. hæc ille. Beatus igitur
Franciſcus figuratus fuit per illum cui præcepit Deus Ezech. 9. vt ſignaret thau ſuper
frontes virorum gementium, & dolentium: ne occiderentur ab angelo percutiente. Venit
enim ad imprimendam memoriam paſſionis Chriſti in cordibus fidelium: vt accepta cru
ce pænitẽtiæ non timeant Diabolum nec perſecutiones Antichriſti proxime venturi.
Dedit autem Chriſtus ſua ſtigmata Beato Franciſco tanquam veſtimenta ſua camerario
dilectiſſimo: & tanquam inſignia ſua nuncio ſuo fideliſſimo, & tanquam bullam ſuã præ-
coni maximo: & tanquam arma ſua militi ſtrennuo, & tanquam vexillum ſuum valenti
capitaneo vt omnes eum ſecure ſequantur per viam pænitentie. Vnde canit Eccleſia. B
Decus morum dux minorum Franciſcus tenens brauium &c. Quia vero de iſto ſigillo
ſexto iam præterierunt anni. 290. profecto conſtat quod ſeptimum, & vltimum ſigillum
aut iam apertum eſt: aut proximo aperietur ſcilicet tempore Antichriſti. In natiuitate
enim eius aperietur. Et ideo quia ipſe Antechriſtus non cognoſcetur nec incipiet perſe-
cutionem ſuam niſi quando habebit triginta annos. Fortaſſe nunc eſt illi ætate proximus:
& conſequenter cito erit huiuſmodi mundi finis vltimus.

Quoad tertium in prima contemplatione principaliter videndũ ſcilicet qualiter hæc
regula fuit inſtituta: Reſpondetur quod vt patet ex chronicis ordinis noſtri triplici me-
dio fuit inſtituta ſcilicet diuine inſpirationis: feruentis prædicationis: & zeli charitatis.
Quoad primum dicit ſcilicet Bon. in 4. parte legende maioris: quod poſt religionis ap-
probationem factam à Domino Innocentio III. cepit Beatus Fran. tractare cum ſocijs: C
vtrum inter homines conuerſari deberet: an ad loca ſolitaria ſe conferre. Et cum per
orationis inſtantiam diuine ſuper hoc voluntatis beneplacitum requiſiſſet: ſuper ne re-
uelationis illuſtratus oraculo: intellexit ſe ad hoc miſſum à Domino vt Chriſto lucrare-
tur animas quas Diabolus conatur auferre: ideoq; magis omnibus quam ſibi ſoli viuere
prælegit: illius prouocatis exemplo qui vnus pro omnibus mori dignatus eſt. Vnde ſe
quodam tugurio recollegit prope Aſſiſium: vt poſſet pro loco, & tempore populis præ-
dicare. Licet autem hoc tempore Beatus Fran. prædicaret, non tamen aſſidue vt poſtea
fecit: quia magis orationi quam prædicationi vacabat vt inquit magiſter Bartholomeus
Piſanus in 1. lib. conformitatum. fructu. 10. & conformitate. 10. & habetur etiam in chro
nicis ordinis noſtri. Anno autem à conuerſione ſua 14. ſecundum quod habetur in le-
genda eius antiqua: & etiam ponitur in 12. parte legenda maioris: fuit in magna cuiuſ-
dam dubitationis agonia. An videlicet orationi vacaret aſſidue. An prædicando per mun D
dum diſcurreret: quam terminandam propoſuit ſuis ſocijs multis diebus ab oratione re-
diens. Et hanc dubitationem incurrebat cogitando bona orationis, & prædicationis. Nã
quod deberet eligere aſſidua eſſe in oratione inducebatur. Primo: quia maiorem ſibi vi-
debatur accepiſſe gratiam orandi quam prædicandi: ſecundum autem Phil. 1. Politi. de-
bemus ſemper vti rebus ad id propter quod date ſunt nobis à ſapientiſſimo datore. Se-
cundo ad hoc inducebatur quia in oratione videtur lucrum, & cumulatio gratiarum. In
prædicatione vero diſtributio donorum celitus acceptorum. Tertio: quia in oratione
eſt purificatio interiorum affectuum: vnitio ad vnum verum, et ſummum bonum cum
vigoratione virtutis. In prædicatione vero ſpiritualium puluerixatio pedum diſtractio
circa multa, et relaxatio diſciplinę. Quarto: quia in oratione Deum alloquimur: et ipſe
nos, et quaſi angelicam vitam agentes inter Angelos conuerſamur. In prædicatione ve-
ro multis oportet vti condeſcẽſionibus humanis ad homines: inter eos viuendo humana
videre, et cogitare, dicere, et audire: Sed pro alia parte ſcilicet quod prædicationi potius

debebat

debebat inſiſtere, et vacare argumentum erat quod præ omnibus ponderat apud Deum ſcilicet quod vnigenitus Dei filius qui eſt ſapientia patris: propter ſalutem animarum de-
A ſcendit de ſinu patris vt ſuo mundum informans exemplo verbum ſalutis hominibus loqueretur; quos ſacri ſanguinis præcio redimeret, et mundaret lauacro ac poculo ſuſtentaret, nihil ſibi omnino reſeruans quod non ad ſalutem noſtram liberaliter erogaret, quia nos omnia debemus agere ſecundum exemplar eorum quæ videmus in ipſo tanquam in monte ſublimi videtur magis placitum Deo quod intermiſſa orationis quiete foras egrediatur ad prædicationis laborem His ergo argumentis ad partes exiſtentibus licet multa noſſet tam Spiritu prophetico quam irradiatione diuina, tamen hanc quæſtionem ad liquidum diſſoluere non valebat Deo ſic permittente vt prędicationis ſibi iniunctum officium potius diuina authoritate quam humana voluntate declaretur aſſumptū ab ipſo, & à Deo ſibi præceptum & impoſitum. Cum igitur humillimus eſſet non erubeſcebat à minoribus parua quærere qui magna didicerat à magiſtro ſupremo. Vnde
B miſit fratrem Maſſeum ſocium ſuum ad fratrem Syluestrum qui in monte ſubaſio in loco de carceribus morabatur, & erat tante ſanctitatis, & gratiæ quod quicquid in oratione à Deo petebat ſtatim exaudiebatur, & cum eo loquebatur ſicut amicus cum amico. Et propterea Sanctus Fran. magnā deuotionem, & fidē habebat in eo. Præfato igitur fratri Syluestro miſit dicendo vt ſuppliciter Deum rogaret quatenus, & indicaret quod ſibi plus placeret, an quod alijs prædicaret vel quod orationi continue vacaret. Et ſimiliter ad Beatam Claram miſit vt ipſa cum aliquibus de magis puris, & ſpiritualibus ſororibus per orationem diuinum beneplacitum ſuper hoc poſtularet. frater autem Maſſeus ſocio aſſumpto perrexit ad eos, & illis ambaſiatam fecit Beati Fran. Statim ergo Beatus frater Syluester ad orationem perrexit, & in oratione diuinum reſponſum habuit. Et ad fratrem Maſſeum exiens dixit Hęc dicit Dominus vt dicas fratri Franciſco quod ipſum non propter ſe ſolum vocauit, ſed vt fructum faciat animarū, & multos per eum lucretur. Idem
C quoq; reſpondit Beata Clara, dicens ſe habuiſſe à Domino quod ſuum beneplacitum erat vt ad prædicandum exiret. Reuerſo igitur fratre Maſſeo Beatus Franciſcus eum in charitate recipiens illi pedes abluit, & refectionem parauit. Deinde cibo ſumpto eum vocauit ad ſiluam, & nudato capite manibus cancellatis genuflectens interrogauit di. Quid iubet Dominus meus Ieſus Chriſtus vt faciam? Reſpondit autem frater Maſſeus quod tam Sanctæ Claræ, & ſororibus quam fratri Syluestro vna erat facta reſponſio Ieſu Chriſti ſcilicet quod volebat eum ire ad prædicandum, quia ipſum non vocauerat propter ſe tantum, ſed etiam propter ſalutem aliorum Ex quibus patet primum ſcilicet, quod ad prædicandum pænitētiam Beatus Fran. inductus fuit diuina inſpiratione, immò præcepto. Et conſequenter ad inſtituendum ipſum ordinem de pœnitentia. Secundo inſtituit iſtum ordinem mediante feruenti prædicatione. Vnde de illo ait Sanctus Bon. in 4. parte legende maioris. Factus igitur Euangelicus præco ciuitates circumibat, & ca-
D ſtra, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in virtute Spiritus annuncians regnum Dei Domino dirigente loquentem reuelationibus præuijs, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Erat autem ipſius eloquium virtute Spiritu ſancti plena, & medullas cordis penetrantia, ita vt in vehementem ſtuporem audientes conuerterent, & obſtinatorum mentes efficacia virtuoſa mollirent. Vnde prædicationis eius feruore ſucceſſi quam plurimi vtriuſque ſexus in coniugali pudicitia Domino famulantes, ſecundum formam a viro Dei acceptam in [illegible] ſe pœnitentię legibus vinciebant, quorum ordinem temporis in proceſſu fratrum de pœnitentia vir Dei appellandum decreuit. hæc ille. Tertio iſtum ordinem inſtituit zelo charitatis. Vnde in eius legenda dicitur quod habita reſponſione prædicta à fratre Maſſeo ſurgens continuo ſuccinxit ſe nullaq; prorſus mora cōtracta dixit ipſi fratri Maſſeo. Eamus. ipſumq; aſſumens in ſocium, & fratrem Angelum ibat cum tanto feruore vt diuinum exequeretur imperium, tanquam celeriter percurrebat ac ſi tacta manu Domini ſuper eum nouam induiſſet e cœlo virtutem, quaſi enim fulgur in impetu ſpiritus pergebat non attendendo ad viam ſeu ſemitam. Et ſic eundo deuenit ad

quoddam

quoddam caſtrum nomine canarium quod eſt diſtans ab Aſſiſio per quatuor milliaria, & eſt prope Beuanium.& vulgariter dicitur Canario.In quo quidem caſtro cum tanto feruore prædicauit quod omnes tam viri quam mulieres volebant relicto caſtro ire poſt eum. Sanctus vero Franciſc.dixit illis Non faciatis.ergo ordinabo pro ſalute veſtra quid agere debeatis. Et ex tunc cogitauit facere ipſum tertium ordinem qui dicitur continentium ſeu fratrum & ſororum de pœnitentia. Prædicta autem confirmat ſancta mater Eccleſia quæ in officio eius canit. Sanctus Franciſcus præuijs orationum ſtudijs quid faciat inſtructus,non ſibi ſoli viuere,ſed alijs proficere vult Dei zelo ductus. A

Secunda principalis contemplatio circa iſtum ordinem dicitur perfectionis. Pro cuius expeditione eſt ſciendum quod iſta regula eſt magne perfectionis contentiua,& eius obſeruatio eſt,magni meriti. Vnde Sanctus Bon.in legenda Beati Franciſci ait.Sicut in cœlum tendentibus pœnitentiæ viam omnibus conſtat eſſe communem,ſic & hic ſtatus clericos,& laicos, virgines,& coniugatos in vtroq; ſexu admittens quanti ſit apud Deum meriti,ex pluribus per aliquos ipſorum patratis miraculis innoteſcit. hæc ille. Dico igitur quod in iſta regula continentur duodecim perfectiones de ſacro fonte Euangelij, & veteri teſtamento collecte quæ ſunt tanquam 12.porte Hieruſalem. Apoc. vlt. Primo enim continet fidem,quia oportet ſecundum tenorem ipſius regule quod hunc ordinem ingredientes ſint fideles ac catholici,& Eccleſiæ Romanæ obedientes,& quod prius examinantur de fide catholica,ita quod nullus hæreticus in eo recipiatur, & ſi fuiſſet receptus expellatur,quia fides eſt fundamentum omnium virtutum,iuxta illud ad Heb.11.fides eſt ſperandarum ſubſtātia rerum,&c.Et vbi non eſt fundamentum ſuperedificari nō poteſt,c.ſi Paulus 1.q.1 Et ſine fide impoſſibile eſt placere Deo.ad Heb 11.Et hæc perfectio ſumpta eſt in Euangelio Ioan.20. vbi ait Dominus. Noli eſſe incredulus ſed fidelis & Eccli.2.dicitur. Qui timetis Dominum credite illi,& Apo 2.ait Dominus.Eſto fidelis vſque ad mortem,& dabo tibi coronam vite. Secundo continet ſpem, quia hortatur ad pœnitentiam. Promiſit autem Deus in Euangelio vitam æternam pœnitentibus di.Mat.4 Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum E contra vero eſt de non pœnitentibus quibus dicitur Luc.13 Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis. Cum igitur iſte ordo ſit de pœnitentia. ideo quilibet eius regula obſeruans poteſt ſperare vitam æternam, et dicere Deo cum propheta pſ.30. In te Domine ſperaui non confundar in æternum. Tertio continet charitatem. Nam præcipit reconciliationem cum proximo.Et hoc colligitur ex euangelio Mat.5.vbi ſaluator ait. Diligite inimicos veſtros,etc.Et ibidem. Si offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te,dimitte ibi munus tuum, et vade prius reconciliari fratri tuo,et tunc ueniens offeres munus tuum. Deus enim non habet grata opera quę facit ille qui eſt in diſcordia,et odio cum proximo ſuo Vnde inquit Auguſt.in lib.de uerbis Domini.Non poteſt concordiam habere cum Chriſto qui diſcors uoluerit eſſe cum Chriſtiano.Debetis ergo remittere iniurias his qui uos offenderunt.iuxta illud Leui. 14. Ne memineris iniurie ciuium tuorum.Et diligere proximum, et nullum odio habere ait enim Dominus Mat.22. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Nam nullus ſine charitate poteſt ſaluari.c.nullus de pæni.di.7.Et ideo inquit Apoſtolus prima ad Cor.13.Si linguis hominum loquar, et Angelorum charitatem autē non habeam nihil mihi prodeſt, etc. Item poſt annum probationis hanc regulam profitens uouet ſeruare præcepta Dei, quod pertinet ad dilectionem,dicente Domino Ioh.14 Si diligitis me mandata mea ſeruate.Et promittit ſatiſfacere ſi quid contra hanc regulam fecerit,quia Luc.12.dicitur.Seruus ſciens uoluntatem Domini ſui,et non faciens plagis uapulabit multis. Et ſic profeſſus non poteſt amplius redire ad habitum, et uitam mundanam,quia ait Dominus Luc. 9.Nemo mittens manum ſuam ad aratrum,et reſpiciens retro aptus eſt regno Dei. Sicut enim arans,et retro aſpiciens non facit rectum ſulcum, ſic in ſeruitio Dei retro aſpiciens non recte ambulat in eius obſequio. Quarto hæc regula continet iuſtitiam, uult enim quod ille qui eſt obligatus alteri concordet ſecum ſoluendo,fideiubendo uel pignus dando. Et

B C D

do. Et hæc eſt vera iuſtitia quæ vult vnicuiq; tribuit quod ſuum eſt. l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iuſt. & inſti. eodem in princi. & cap. ſi ſeculi leges. 12 quæſt. 2. Et hoc colligitur ex Euan
A gelio Mat 18. Reddite quod debes, & Mat. 23. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo Sine hac enim virtute nemo poteſt conſequi vitam æternam quia ſecun dum omnes theol. in 4 d. iſt. 15. quæcunque iniuſte poſſidet rem alienam vel cõtra iuſtitiã damnificauit aliquem, & non vult reſtituere, & ſatisfacere, viuit in peccato mortali. vnde dicitur in c. peccatum. de re iud lib. 6. Non remittitur peccatum niſi reſtituatur male ablatum. Quia etiam ſecundum iuſtitiam nemo poteſt alteri obligari rem quæ alicui eſt particulariter obligata. Cum vxores ſint poſitæ ſub viri poteſtate, dicente Deo prime vxori Gen. 3. Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui de quo etiam habetur in c. manifeſtum. & c. eſt ordo, & c. hoc imago, & c. cum caput, & c. mulierem, & c. mulier. 33. quæſt. vlt. ideo ordinauit hæc regula quod maritatæ non poſſint iſtum ordinem intrare maritis inuitis. Et hoc colligitur ex euangelio. Ioh. 4. vbi dicitur quod cum mulier
B ſamaritana petiſſet à Chriſto aquam ſalutarem de qua locutus fuerat ipſe Dominus dixit ei Ieſus Vade voca virum tuum. Hæc enim aqua ſalutaris ſignificat hanc ſanctam regulam. Quinto hæc regula continet pietatem. Primo erga propriam animam, iuxta illud Eccl. 30. Miſerere animæ tuæ placens Deo, & ideo ne contingat ex inopinata morte inordinatum aliquid relinqui, & aliquẽ damnari, vult vt quilibet ſic ordinet facta ſua quod ſemper mori ſit paratus. Propter quod ſtatuit quod omnes qui habent factionem teſtamenti faciant illud intra tres menſes ab ingreſſu ordinis, vt adueniente morte poſſint libere vacare ſacramentis Eccleſiæ ſuſcipiendis, & tranſire de hac vita ſine aliqua temporalium occupatione. Et hoc collectum fuit Eſa 38. vbi dicitur Diſpone domui tuæ, &c. Item continet pietatem erga proximos dum præcipit vt orent pro viuis, & defunctis. Dicit enim Auguſt. in ſer. ad hære. Cupis vt tui miſereatur Dominus fac vt proximo miserearis Tm̃ enim recipies in alia vita quantum facies in præſenti Item vult vt ſoluatur denarius viualis maſſario deputato ſemel in menſe quo ſubueniatur pauperibus, &
C infirmis. Et ſi quis eorum infirmatur viſitetur à miniſtro, & ab alijs, vt audire poſſint in die iudicij Dominum eis dicentem. Infirmus eram, & viſitaſtis me Matt. 25. Item vult quod ſi aliquis ex ipſa ſocietate moriatur. Alij faciant eum ſepeliri, & interſint exequijs eius, & quod literati pro anima ipſius dicat. l. pſalmos Alij vero l. pater noſter. Et quod quolibet anno pro viuis, & defunctis ipſius ordinis faciant quilibet eorum tres miſſas celebrari. et quod literati dicant pſalterium. alij centum pater noſter pro dicta aĩa. Ecce quanta pietas huius regulæ. Hoc autem colligitur ex Euangelio Mat. 10. Si quis dederit vni ex minimis, &c. & Matt. 25. vbi Dominus ait ſe dicturum in die iudicij ſuis electis. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, &c. & Mat 9. ac Luc. 8. & 24. vbi Chriſtus orauit pro proximis. et Ioan. 11. vbi orauit pro Lazaro mortuo. Sexto continet humilitatem dum ordinat quod omnes tam viri quam mulieres induantur mantellis de pannis vilibus in
D pretio. & colore. iuxta illud Hieron. ad Ruſticum Monachum dicentis. Vilis tunica contemptum ſeculi probet, ita dumtaxat ne animus tuus tumeat ne habitus ſermoq; diſſentiat. Similiter hæc regula prohibet omnem curioſitatem, & vanitatem in veſtibus in cingulo, & pellibus, vt in omnibus proteſtentur humilitatem quam in corde multo magis habere debent. Et hoc colligitur Mat. 11. vbi Dominus ait. Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde. Continet etiam humilitatem dum ſubijcit omnes ipſius ordinis tam miniſtros quam alios correctioni, & ſubiectioni Epiſcopi, & viſitatoris. Papa autem Sixtus IV. per priuilegium ſuum quod incipit Romani Pontificis prouidenti a cuius tranſumptum authenticum Romę factum ego habeo ſubijcit totaliter ipſum ordinem viſitationi, & correctioni generalis, & prouincialium miniſtrorum, & eorum vicariorum, & viſitatorum ab eis deputatorum ordinis fratrum minorũ, et inhibet quibuſcunque prælatis Eccleſiaſticis ne de cætero vllatenus de ipſorum fratrum ac ſororum pœnitentia viſitatione vel correctione ſe intromittant vel prædictos fratres minores aliquatenus impediant in prædictis, concedens ipſis viſitatoribus vt omnia Eccleſiaſtica ſacramenta eis

miniſtrent

miniſtrent quando ſibi videbitur. Quæ omnia fecit vt prædictus ordo melius gubernetur,
& reguletur, ac in maiori humilitate, & religioſitate cõſeruetur. Hæc autem humilis ſub-
iectio eſt collecta de Euangelio Luc 2. vbi de Domino Ieſu dicitur. Et erat ſubditus illis. A
Septimo hæc regula continet honeſtatem dum prohibet confratres ſuos intereſſe pom-
pis, & ſpectaculus mundanis, choreis ioculationibus, & ludis diſſolutis conuiuiorum, co-
meſationibus, & huiuſmodi. Et imponit vt quãtum in eis eſt totam familiam ſuam ab eis
reuocent, quia Amos. 8. minatur Dominus di. Conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, &
omnia cantica veſtra in planctum. Prohibentur etiam tales conuerſari in locis inhone-
ſtis, et cum perſonis turpibus, quia talis quiſque reputatur qualis in exterioribus vide-
tur. l. item apud labeonem § ſi quis virgines ff de iniu. Item hæc regula ratione honeſta-
tis præcipit vt caueant à iuramentis maxime illicitis, etq́ quod non recipiant iuramen-
tum niſi pro pace, et huiuſmodi. Quod acceptũ eſt ex Euangelio Mat. 5. vbi Dominus
ait. Nolite iurare omnino. Si autem omnis ſermo veſter, eſt eſt: non non. Item præci-
pit ne deferant arma niſi de miniſtrorum licentia, quod acceptum eſt ex Euagelio Mat. B
26 vbi Dominus ait Petro. Mitte gladium in locum ſuum. et Mat. 5. Eſto conſentiens ad
uerſario tuo dum es in via. Et 6. cap. Ego autem dico vobis non reſiſtere malo, ſed ſi quis
te percuſſerit in vnam maxillam, præbe ei, et alteram. Et ſi quis uult tunicam tuam tol-
lere, dimitte ei, et pallium. Octauo hæc regula continet ſobrietatem, et abſtinentiam,
quia uult ut ſint contenti bina refectione in die niſi forte laboribus ſint preſſi ut plu-
ribus egeant refectionibus. Et ut toto anno in die lune, et mercurij non comedant carnes
niſi in itinere uel religioſorum conuentibus, ſi qui ueſcuntur carnibus. Nam tunc in-
dulget Sanctus Franciſcus quod cum ipſis conformentur in eorum domibus. Item in
infirmitate, in qua medicorum conſciam ſequantur. Et in flebotomia, poſt quam tribus
diebus carnes comedere poſſint, niſi accidat dies a lege poſitiua prohibitus, ut dies uene
ris aut uigiliæ et huiuſmodi. Si et ã dies natalis Domini uenerit in die ueneris poſſunt co-
medere carnes c. explicari. de obſerua. ieiunij, et in illis feſtis qua ponit regula. Item præ- C
cipit ut toto anno ſemel in hebdomada ieiunent ſcilicet ſexta feria. Et à feſto omnium
Sanctorum uſque ad paſcha addant ieiunio diem mercurij. Et quod a Sancto Martino
uſque ad Natale Domini ieiunium ſeruent, excepta Dominica, niſi legitima cauſa eos ex-
cuſet à ieiunio. Item quod quadrageſimam communẽ incipiant a quinquageſima. Hæc
autem abſtinentia collecta eſt Luc. 21. ubi ait Dominus. Attendite ne forte grauẽtur cor-
pora ueſtra crapula, et ebrietate, et curis huius ſeculi. et Mat 4. Exemplo Chriſti ieiunan
tis quadraginta diebus, et quadraginta noctibus. et Eccl. 37. ubi dicitur. Noli auidus eſſe
in omni epulationę etc. Nono continet deuotionem. Nam uult quod ante, et poſt refe-
ctionem dicant orationem Dominicam, et ut quotidie pro poſſe miſſam audiant, et quod
in nocte ad matutinum et orationem ſurgant niſi cauſa rationabilis eos excuſent, et quod
clerici dicant officium ſecundum ordinem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ uel Eccleſiæ Ca-
thedralis ubi habitant Nono clerici uero dicãt ſeptem horas Canonicas, ut poſſint in ui- D
ta æterna dicere Deo Septies in die laudem dixi tibi, etc. pſal. 118. Quas horas debent
dicere hoc modo, uidelicet pro matutino duodecim Pater noſter pro ſingulis autem horis
Canonicis ſeptem, addito in prima, et completorio Miſerere, et Credo. Hęc autem colle-
cta ſunt Deuter. 6. et Mat 4. ubi dicitur Dominum Deum tuum adorabis, et illi ſoli ſer-
uies, et Luc. 18 Oportet ſemper orare, et nunquam deficere Item quod uadant ad Eccle-
ſias Deum laudaturi. Quod colligitur Mat. 21. ubi Dominus ait. Domus mea domus ora-
tionis uocabitur. Et ibidem dicitur quod pueri clamabant in templo. O ſana filio Da-
uid. Item præcipit ut confiteantur, et communicent ſaltem tribus uicibus in anno ſcili-
cet In feſto Dominice reſurrectionis Pentecoſten, ac Natiuitatis Domini. Per confeſſio-
nẽ enim homo acquirit gratiam, et miſericordiã à Deo. Et ideo inquit pſ. 117. cõfitemini
Domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Item per confeſſionẽ
aperiuntur portę paradiſi, et ideo ait idem propheta pſal. 99. introite portas eius in con-
feſſione. De communione autem dicit Dominus Ioh. 6. Qui manducat meam carnem, et

bibit

bibit meum ſanguinem habet vitam ęternam,& in me manet,& ego in eo. Et ibidem.
Qui manducat hunc panem viuet in ęternum. Propter quod de laudabili conſuetudi-
A ne ordinis non ſolum confitentur, & accipiunt Corpus Chriſti illis tribus vicibus, quæ
ponuntur in regula,ſed etiam pluribus alijs in anno. Decimo hæc regula continet exem-
plaritatem. Præcipit enim,vt dent bonum exemplum proximis,vt ſint forma Religioſi-
tatis doctrina omnis virtutis, & exemplar bonorum operum mundanis cum quibus ha-
bitant,& conuerſantur. Quod colligitur Matth.5.vbi dominus ait. Vos eſtis lux mun-
di,ſic luceat lux veſtra coram hominibus,vt videant veſtra bona opera,& glorificent Pa-
trem veſtrum qui in Cœlis eſt. Item præcipit,vt qui proximum ſcandalizant,& ei dant
malum exemplum, exppellantur de ſocietate facta trina admonitione, quia dicit domi-
nus Matth.18. Vhe homini illi per quem ſcandalum venit. Et iterum. Qui ſcandaliza-
uerit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt,expedit illi, vt ſuſpendatur mola aſinaria
in collo eius,& demergatur in profundis maris,&c. Vndecimo continet vnionem præci-
piens vt quodlibet menſe conueniant in vnum ad audiendam regulam. Item iubet, vt
B in pace viuant ſimul, & cum proximis. Vnitas enim, & concordia eſt vnum de præci-
puis bonis, q̄ in congregationibus, & ordinibus eſſe poſſunt, dicente Propheta Pſal. 132.
Ecce quā bonum, & q̄ iocundum, &c. Duodecimo continet diſcretionem, quia in omni-
bus,quæ præcipit regula poteſt diſpenſare Viſitator. Et hoc colligitur Ioan.6 & Mat.
14.vbi ait dominus. Facite eos diſcumbere. Quod poteſt intelligi dictum Viſitatoribus,
cum viderint neceſſitatem, vel rationabilem cauſam. Omnis enim pœnitentia det eſſe
diſcreta,quia diſcretio eſt mater omnium virtutum c.1.de offic.cuſto.& c.pręſentium.1.
q.5. Virtus autem indiſcreta pro vitio reputatur. Deus enim non exigit ab hominibus,
niſi id quod facere poſſunt. Et ideo nimia auſteritas in vigilijs, & ieiunijs reprehendi-
tur in c.non mediocriter. de conſe. diſt.5. Sicut ergo nimis negligens eſt Deo exoſus,ita
etiam nimium, ac indiſcrete auſterus ei non placet quia omnia extrema ſunt vitioſa, vt
C dicitur 2. Ethicor. Medium autem tenere Beati, vt ait gloſ. in author. de conſu. §.1. Et
ideo quid in 2. Metamorph.inquit. Inter vtrumq; tene medium tutiſſimus ibis. Aliam
quoq; diſcretionem continet hæc regula ſcilicet, quod miniſtri in hac ſocietate non poſ-
ſint eligi ad vitam,ſed ad tempus,vt omnes habere poſſint ſuam partem oneris,& hono-
ris,& unus non ſemper grauentur tali onere. Officia enim,et honores ęqualiter debent
diuidi in Ciuitate.l.qui originem.§.præſes.ff.de muner.et honor. Eſt quoq; alia diſcretio
huius regulæ. Vult enim Nicolaus IIII. qui ipſam regulam confirmauit, quod nullus
peccet mortaliter tranſgrediendo aliquid de his, quæ in ea continentur. O ſumma
conſcientiæ quies. Et ideo inquit dominus Matth.11. Tollite iugum meum ſuper uos,et
inuenietis requiem animabus ueſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt,et onus meum leue.
Licet autem communiter uotum de ſui natura obliget ad ſeruandum promiſſum
ſub pœna peccati mortalis: tamen uotum quod fit in profeſſione huius regulæ non
D obligat niſi ad ueniale,quia uouentes non intendunt ſe obligare niſi ſecundum quod ob
ligantur ex præcepto regulæ ſecundum uoluntatem Summi Pontificis ipſam regulam
approbantis. Hę igitur duodecim perfectiones ſunt duodecim flores pulcherrimi, duo-
decimq; ſtellę Paradiſi quę in hac regula continentur. Quæ omnia ſi quis perfecte ob-
ſeruauerit: poterit dici de illo illud Apoc. 12. In capite eius corona ſtellarum duode-
cim. Et Beato Franciſco inſtitutori huius regulæ illud Pſalm. 20. Poſuiſti in capite
eius coronā de lapide precioſo. Hæc.n. ſancta Regula eſt illa,quæ obſeruatores ſuos co-
ronat in cęlis. Et ideo profitentibus eam promittitur Vita ęterna: dum recipiens eos
ad profeſſionem dicit cuilibet eorum, et ſi hæc obſeruaueris promitto tibi uitam ęter-
nam. Ipſa quoq; eſt ſepes ad diuina mandata ſeruanda. Et etiam obſeruatio, et reno-
uatio Sacramenti Baptiſmalis: in quo omnes Chriſtiani renunciauerunt diabolo, ac
mundo,et pompis eius, c.primum.de conſe.diſt.4. Et ideo ſumma deuotione debet reci-
pi, et obſeruari.

Quoad tertiam principalem contemplationem ſcilicet exaltationis,& dignificationis
huius regulæ. Dico, quod valde ſublimata eſt propter nouem dignitates quas habuit:
Primo propter bullationem,nam ad oſtendendam excellentiam iſtius ordinis,& regulę. A
Chriſtus inſigniuit inſtitutorem ipſius ſigillo ſuæ paſſionis. Vnde ipſe ait ad Gal. 6.
Ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. Quia .n. appoſitio ſigilli auten-
tici dat fidem veritati. c ſcripta verò, autor. de fide inſtrumentorum, ideo non ſigillo ce-
reo, vel plumbeo, aut aureo, ſed ſigillo Dei viui voluit hanc regulam eſſe plumbatam.
Secundo eſt ſummæ dignificata propter delationem. Ipſe enim Chriſtus quaſi ipſo fa-
cto prænuncians tres ordines à beato Franciſco inſtituendos detulit indumentum colo-
ris birretini. Nam illa tunica inconſutilis quam proprijs manibus effecit Beata Virgo
dum eſſet paruulus: quæ cum ipſo creſcente creſcebat: erat de hoc colore: ſicut cum
iureiurando teſtatus eſt Mediolani prædicando Beatus Frater Baptiſta de Leuando ordi-
nis noſtri Generalis Vicarius: qui affirmauit ſe eam vidiſſe in quodam caſtro vbi oſten-
ditur, & conſeruatur cum maxima veneratione. Et ideo non eſt dedecus, ſed maxi-
ma gloria portare talem habitum quem filius Dei detulit, & Regina Cœlorum primi- B
tus adinuenit,& fecit. Et eſt veriſimile,quod etiam ipſa tali colore indui voluit: vt hu-
milliſſima exiſtens humilliſſimo filio ſuo eſſet etiam in habitu conformis ſicut erat in vi-
ta. Ea propter dicere poteſt dñs illud Baruch. 5. Indui me ſacco. Et B. Virgo ſimiliter
cum eo dicere poteſt illud Iob. 16. Saccum conſui ſuper cutem meam,& operui cinere,
ideſt colore cinereo carnem meam. Tertio ſublimatur hic ordo propter approbatio-
nem. Aliquid enim redditur autenticum, & ei datur fides propter affirmationem teſtis
veridici. c.cum ſuper cau.de teſti. Summus autem Pontifex Nicolaus IIII.hanc regulam
eſſe ſaluberrimam affirmauit, & ipſam regulam approbauit,et confirmauit. Et priuile-
gium incipit. Supra montem Catholicę Fidei. Et ſimiliter Celeſtinus V. Alexander IV.
et Clemens V. Iohannes XXII. in extrauaganti quę incipit. Sancta Romana affirmat
eam eſſe à Sede Apoſtolica confirmata,et multi alij Pontifices. Hanc quoq; regulam eſ- C
ſe per Sedem Apoſtolicam confirmatam affirmat glo. in cle. cum ex eo de ſent.excom.
et in c. vnico. de reli. do.lib.6.et in clem.1.eo.tit.et ibi Iohannes de Imo. Cum enim ip-
ſam Chriſtus Dei filius ſic exaltauerit merito eius Vicarius Summus Pontifex eam in
terris laudauit, et approbauit. Quarto ſublimatur propter ſanctitatem. Multi enim
fuerunt in hoc ordine ſanctiſſimi viri,et mulieres,quorum plures ſancta Romana Eccle-
ſia ſanctorum Cathalogo aſcripſit,vt ſupra viſum eſt. Multi etiam hodiernis tempori-
bus in hoc ordine degunt ſanctitate præclari. Et ideo poteſt hic ordo appellari ma-
gnificus in ſanctitate Exod.15. Et de illo poteſt dici illud Eccl.50 gloriam dedit ſancta-
tis amictuũ.Quapropter cuilibet iſtius ordinis,et illi qui eum poteſt aſſumere dicĩ illud
Eccl.30. Contine, et congrega cor tuum in ſanctitate eius. Quinto ſublimatur propter
nobilitatem. Vt.n. viſum eſt: nobiliſſimi viri, et mulieres potentiſſimi magnates, et ſa-
pientiſſimi Doctores,et in maximis dignitatibus conſtituti quamplures hunc ordinem in D
trauerunt,et regulam eius obſeruaueruntq;. Multi quoq; hodiernis temporibus tam vi-
ri, quam mulieres per diuerſas mundi partes ſunt in iſto ordine generoſitate magnifici.
Et ideo ipſi ordini poteſt dici illud Eſa. 60. Ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges
in ſplendore ortus tui. Et illud Pſalm.44. Filiæ regum in honore tuo,etc. Sexto ſubli-
matur propter numeroſitatem. Tota enim Chriſtianitas viris, et mulieribus hanc regu-
lam ſincere obſeruantibus plena eſt,ita vt de ipſis dici poſſit illud Pſalm.39 Multiplica-
ti ſunt ſuper numerum. Septimo propter miraculorum operationem. Vt enim ſupra
viſum eſt multi viri,et mulieres iſtius ordinis quam pluribus miraculis claruerunt,ex qui
bus hunc ordinem digniſſimum, et autenticum reddiderunt, quia datur fides alicui pro-
pter exhibitionem actus mirifici. c. cum ex iniuncto,de hære.et miracula ſunt ſufficiens
teſtimonium cuiuſlibet veritatis. c. audiuimus. de reli.et vene. ſan. Octauo propter In-
dulgentiarum largitionem. Nam ſancta Mater Eccleſia ad oſtendendam dignitatem

huius

huius regulæ dedit indulgentias eam legere audientibus ſemel in menſe quando congregantur. Inter alios autem Summos Pontifices Clemens V. quatuordecim quadragenas
A dedit de indulgentia, qui ſunt dies 560. vt patet ex eius priuilegio, quod omni menſe in congregatione eorũ poſt regulam legitur. Nono ſublimatur propter exemptionem, & Eccleſiaſticam libertatem. Nam fratres, & ſorores iſtius ordinis eximuntur à iuriſditione Iudicis ſæcularis, nec coram eo poſſint conueniri tanquam perſonæ Eccleſiaſticæ, vt patet in literis Celeſtini Papæ V. & Gregorij IX. Item ab omnibus oneribus perſonalibus ſicut aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, vt in dictis litteris continetur, & in Priuilegijs Martini V. & Eugenij IIII. quæ in forma autentica habentur Aquilæ, vt teſtatur ſe vidiſſe beatus frater Iohannes de Capiſtrano in ſuo tractatu excommunicationũ. In quibus priuilegijs declarant prædicti Summi Pontifices ipſos fratres, & ſorores eſſe immunes non ſolũ à iuriſditione ſæculari, ſed etiam ab oneribus, & grauaminibus tanquam perſonæ Eccleſiaſticæ diuino cultui mancipatę. Et ita pluries ſententiatum eſt. Ter Brixiæ. Item
B Mediolani, & Pergami, & Aquilæ, ac alijs locis. Immo eos verberantes incidunt in Canonem. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. ita quod efficiuntur excommunicati, licet quidã Doct. tenuerint contrarium. Nam gaudent priuilegio Clericali, vt magnifice tenuit dominus Petrus de Vbaldis de Peruſio, Germanus domini Baldi, & Angeli, & dominus Cato de Saccis Monarcha iuris Papiæ, & multi alij Doctores quos ad præſens non referam. Inter alios autem eſt Franciſcus de Platea in tractatu ſuo excommunicationum. §. 16. verſi. 4. vbi allegat Paulũ, Landulfum, & Zenzelinũ tenentes, ꝙ fratres, & ſorores tertij ordinis beati Franciſci gaudent priuilegio Clericali. Beatus quoq; frater Iohannes de Capiſtrano vbi ſup. reprobat opinionem Iohannis Andreæ in cle. cum ex eo. de ſent. excomm. & Laurentij Doctoris antiqui, ac ſequacium, & dicit eos non bene conſideraſſe regulam ipſius tertij ordinis. Vnde ipſe reſpondendo eorum argumentis probat, quod omnes tam viri, quam mulieres tertij ordinis beati Franciſci profeſſi, & nouitij, et non ſolum matri-
C monio ſoluti, ſed etiam in coniugio viuentes gaudent priuilegio clericali, et inter perſonas Eccleſiaſticas numerantur, qui etiam non tenentur à proprijs vxoribus per aliquot dies in ſeptimana abſtinere, vt dicit Iohannes Andr. Ex quo concludit ipſe beatus frater Iohannes Capiſtranus, quod nec ipſe Iohannes Andr. nec eius ſequaces talem regulam aſpexerunt, et quod inconſiderate inanimaduertenter, et improuiſe locuti ſunt, et inter alia fundamenta ſic arguit. Perſonæ annexe ordini per Sedẽ Apoſtolicam approbato, et confirmato dicuntur Eccleſiaſticæ, et Religioſæ, et gaudent priuilegio Eccleſiaſticarum perſonarum, vt in c. fin. de reli. domi. et c. vnico. eo. tit. 1. 6. Sed fratres, et ſorores tertij ordinis beati Franc. ſunt huiuſmodi, ergo, etc. Et confirmatur per c. duo ſunt genera Chriſtianorum 12. q. 1. ibi. Et Deo deuoti, ideſt conuerſi. Secundo probatur ſic. Omnes conuerſi dicuntur Eccleſiaſticæ perſonæ, et Deo deuoti. dict. c. duo ſunt genera, et 17. q. 4. c.
D quiſquis. et vtrobiq; per glo. Sed patet, quod fratres, et ſorores tertij ordinis beati Franc. ſunt Deo deuoti, et ad Deum conuerſi mutantes habitum, et ſtatum, ac traditam ſibi regulam obſeruantes. Ergo inter perſonas Eccleſiaſticas numerari gaudere debent priuilegio Eccleſiaſticæ libertatis, per iura ſuperius allegata. Tertio probatur ſic. Pænitentes tanquã Eccleſiaſticæ perſonæ gaudent priuilegio clericali, vt dicit glo. in d. c. quiſquis, et allegat. 27. q. 1. c. alium, vbi Leo Papa dicit. Si quis penitens habet cauſam quam negligere forte non debebat melius expectet Eccleſiaſticum quam forenſe iudicium, et ſubdit Gratianus. Non ait propter criminale tantum, ſed generaliter propter quamlibet cauſam tam ciuilem quam criminalem intelligens. Et licet ibi glo. intelligat de ſolemniter pænitente, dico quod fratres ipſius tertij ordinis magis merentur gaudere priuilegio prælibato quam ſolemniter pænitentes, quibus ſolemnis pœnitentia pro manifeſto, et enormi crimine, quod totam vrbem commouerit decernitur imponenda 26. q. 6. c. fin. et l. dict. c. in capite quadrageſimæ. Nec debet eſſe peioris conditionis qui pœnitentialiter uiuit, licet enormia peccata non commiſerit quam qui ſimili laborat pœ-

nitentia ex criminibus commiſſis. Sicut cæteris paribus non debet eſſe peioris condi-
tionis ille,qui nunquam peccauit,quam qui aliquando peccauit,& verus penitens eſt ef A
fectus,vt plenè tractat Aug.ſuper Luc.7.c.ergo,&c. Quarto probatur ſic. Viuentes in re-
gula approbata per Sedē Apoſtolicam regulariter Eccleſiaſtico gaudét priuilegio,& inter
Eccleſiaſticas perſonas numerantur, vt in iuribus ſuprà allegatis, & in c. non dubium,&
c.ex tenore,& c.Parochianos,& c cum illorum de ſent.excom.ſed prædicti fratres,& ſo-
rores ſunt huiuſmodi cum habeant approbatam regulam quam ſeruant, ergo,&c. Regu-
la namq; ſecundum noſtram ſubiectam miſericordiam eſt norma,& menſura regens vi-
tam, & recte viuendi præbens lineam, diſtortum prauumq; corrigens, & ad rectitudi-
nem reducens ſecundum Papiam. Inde ergo, & Religioſi dicuntur qui tali regula ſunt
ligati, & regulares qui ſecundum talem regulam diriguntur, & viuunt. Prædicti autem
fratres, & ſorores viuunt ſecūdū huiuſmodi regulam approbatam,vt ſupra dictū eſt,er-
go,&c. Et nota,quod dixi viuentes regulariter,&c.volens intelligere tam de profeſſis per
iura prædictà, & per c Monachi de ſent.excom.quam de Nouitijs,vt in c.Religioſo.eo. B
tit. in 6. Quinto probatur ſic. Profitentes aliquam regulam approbatam,ſiue tacitè,ſi-
ue expreſſe, efficiuntur perſonæ Eccleſiaſticę,ut patet per c.porrectum,& c.ſtatuimus de
reg. & c. non ſolum & c. conſtitutionem eo. tit. in 6. & etiam nouitij eodem priuilegio
gaudens dict. c. religioſo. Fratres autem, et ſorores ipſius tertij ordinis ſunt huiuſmodi
ergo. etc. Sexto probatur ſic. Profitens in manibus Epiſcopi aliquam regulam approba-
tam, et remanens in domo ſua autoritate Epiſcopi efficitur perſona Eccleſiaſtica,et gau-
det priuilegio clericali, ut probat gloſ. ſolemnis in c.inſinuante extra qui cle. uel uo.
et notat Archid. in c. ſi uix 27. q. 2. et Innoc. in d.c.porrectum. Sed ſicut Eccleſia hoc
conceſſit Epiſcopis, ut dicit Archi. in d.c.ſi uir. ita concedere potuit miniſtris ipſius tertij
ordinis, cū Papa habeat plenitudinem poteſtatis 2.q.6. c.decreto noſtro, et c.qui ſe ſcit.
Sicut et conceſſit Nicol. IIII. in regula præfata, ergo, etc. Septimo probatur ſic. Illud
quod participat de extremis cenſetur eſſe de natura illius extremi cui magis aſſimila C
tur, l. quæritur, hærmophroditum. ff.de ſtat.homin. ubi hærmophroditus cenſetur eſſe
uir,uel mulier ſecundum præualentiam ſexus,et de hoc etiam habetur 4.q.3.§.item her
mophroditus,et inſtit. de teſtam.§.teſtes. Dato ergo,quod prædicti fratres tertij ordinis
non ſint pure Religioſi ſecūdū ſtrictum ſignificatum Religioſorū, quorum eſt tria ſub-
ſtantialia regulæ profiteri, et ſe ſolemniter uoto obligare ad obedientiam,paupertatem,
et caſtitatem, ut in dict. c. porrectum, et c.cum ad monaſterium, de ſtat. monac. Nec
etiam ſint ueri Clerici, ſecundum uerum ſignificatum clerici ſecundum quem exigitur
characteris impreſſio 21.diſt c.cleros. Licet regula ipſorum ſpecialem de clericis men-
tionem facere dignoſcatur, ubi agit de horis canonicis dicens,quod clerici iuxta clerico-
rum ordinem, etc. Nec etiam ſint laici ſecundum laicalem extremitatem, cum mutent
habitum, et ſtatum, quia faciunt profeſſionem, et ſeruant ea, quæ in ſua regula conti- D
nentur. Ergo accedere debent ad naturam illius ſtatus cui magis aſſimilantur,ſed patet,
quod religioſis magis aſſimilantur quam ſæcularibus tam in apparentia quam in exi-
ſtentia. Dico in apparentia propter honeſtatem habitus quem deferunt de humili pan-
no in præcio, et colore, non prorſus albo, uel nigro, etc. ut in eorum regula continetur.
In exiſtentia uero, quia regulariter uiuunt, et pœnitentialiter. Ergo gaudere etiam,
ſimiliter debent priuilegio clericorum, et religioſorum, quia dignum eſt,ut qui ſimilem
cum alijs uitam ſuſcipiunt,ſimilem etiam ſentiāt in legibus diſciplinam extr. de ſtat.mo-
nac. c.recolentes ubi glo.ult.ut dicit,quod id quod aggregatur, alij ipſius naturam imi-
tari debet 16.quæſt.1.c.et temporis qualitas,et c.1.extr.ne ſe.ua. Accedat ad prædicta.
ff de aqueduct.l decernimus,et ff.de fabricē.l.ſtigmata,et 33.q.2.c.et hoc ipſum,et in c.
ſi Iudex laicus.de ſent excom in 6.et ff.de teſtim.l.repetundarū.§ fin.et ff. de acquir.re.do.
l. quicquid §.cū præſentes.et ff. de aut.et ar.le.l.et ſi non ſit §.fin. Octauo probatur ſic.
Religiones introducte ſunt ab Eccleſia uarijs,et diuerſis modis in corpore uniuerſalis Re

ligionis

ligionis, Chriſtianæ, nec aliud habent quam illud, quod ſingulare pro ſuo gradu ab Eccle-
ſia ſic ſuſceperunt. Et tamen in ſingulis Religionibus militantes ſunt, et dicuntur perſo-
A næ Eccleſiaſticæ, & gaudent priuilegio clericali per iura ſuperius allegata. Ergo per cõſe-
quẽs ſuis terminis introducta religio tertij ordinis prælibati, & ab alijs regulis diuerſis li-
mitibus terminata gaudere debet priuilegio religioſorum, ſicut cæterę ſuo gradu, hæc il-
le. Eandem quoq; opinionem tenet Archiepiſcopus Florentinus in ſuis cenſuris. c. 64.
vbi allegat Zenze. Guidonem Lapum, & Bart. ita tenentes. Franciſcus quoq; de
Platea in ſuis excommunicationibus. § 32. verſic. 3. idem affirmat dict. Bartolus dicit ſe
vidiſſe conſilia plurimorum Doctorum Iuris Canonici, & Ciuilis dicentium, quod iſti à
talibus exactionibus ſunt exempti, ſunt enim Deo deuoti. c. duo ſunt genera. 12. q. 2.
Pro quo dicto facit text. in c. 1. de imun. Eccle. lib. 6 dum dicit perſonis Eccleſiaſticis.
Nam non poteſt negari, quod iſti non ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, licet non ſint clerici.
Et hoc tenet Bart. in l. ſemper. § quibuſdam. ff de iur. immun. Dum intelligit verum niſi
B aſſumpſiſſent illum habitum in fraudem onerum. l. cura. ff. de mune. & hom. vbi glo. fa-
cit mentionem de iſtis fratribus de pœnitentia, hęc ille. Poſſumus quoq; dare aliam li-
mitationem, ſcilicet ſi ſuam regulam non ſeruarent, quia habitus non facit Monachum,
ſed religioſa conueſatio. d. ct. c. porrectum. de reg. & in author. de monac §. 1. & c. con-
ſuluit. extr. qui cle. vel vo. Qui enim non exercet artem, licet ſit deſcriptus in colle-
gio non propter hoc habet immunitatem. l. ſub prætextu. C. de ſacroſanct. Eccleſ Econ-
trario vero multi decipiuntur qui erubeſcentes portare habitum tertij ordinis dicunt,
quod ſeruabunt regulam ſicut fratres, & conſequenter habebunt eaſdem gratias ſicut ip-
ſi fratres, quia reſpondetur, ꝙ ſicut ſcholaris non deferens habitum ſcholaſticum non
gaudet priuilegijs ſcholarium, vt notant Doct. in author. habita. C. ne filius pro patre.
Ita nec gaudent priuilegijs ipſorum fratrum. De prædictis autem non eſt vllatenus du-
bitandum. Nam poſito, quod numquam aliquid in iure communi inueniretur expreſ-
C ſum de exemptione prædictorum, extat Bulla Sixti IIII. quæ incipit. Sacroſancta Roma-
na Eccleſia. In qua declarat omnes fratres, & ſorores tertij ordinis beati Franc. eſſe
perſonas Eccleſiaſticas, & gaudere priuilegio fori, & perſonæ, & rerum, ſicut perſonæ Ec-
cleſiaſticæ. Licet poſtea dicatur reſtrinxiſſe immunitatem rerum quoad illas perſonas,
quæ ſimul viuunt in congregatione. Item in mari magno concedit fratribus minoribus,
ut eos eaſq; ad diuina admittere poſſint tempore interdicti. Et in Bulla quæ incipit.
Sacri Prædicatorum, & Minorum Ordines, quæ aurea appellatur concedit prædictis fra-
tribus, & ſororibus tertij ordinis & eorum Congregationi omnes gratias, et priuilegia,
quæ vnquam ipſis Fratribus Minoribus per Sedem Apoſtolicam ſunt conceſſa, dummodo
eorum ſtatui non repugnent ſicut eſſet prædicare, confeſſiones audire, et huiuſmo-
di. Et conſequenter gaudent priuilegijs omniũ Fratrum Mendicantium, ſicut
ipſi Fratres Minores, vt per eandem Bullam patet. Et ideo dico vobis
D illud Baruch 4. Hic liber mandatorum Dei, et lex, quæ in ęternum
eſt, omnes qui tenent eam peruenient ad vitam. Conuertere
Iacob, et apprehende illam, et ambula per viam ad ſplen-
dorem eius. De ea enim poteſt dici illud Prouerb.
3. Lignum vitæ eſt his, qui apprehende-
runt eam, et qui tenuerit
eam beatus.

F I N I S.



TOTA PVLCRA ES AMICA MEA ET MACVLA NON EST IN TE
ELECTA VT SOL
STELLA MARIS
SCALA CELI
PVLCRA VT LVNA
HORTVS COCLVS
AQVARVM PVTEVS
SIGNATVS FONS
PORTA CELI
SPECVLVM SINE MA
PLANTA TIO ROS
QVSI LILIVM
OLIVA SPECIOSA
QVSI PLATANVS
QVASI CEDRVS
QVASI CIPRESVS
FLOS
QVASI PALMA
TEPLVM DEI
TVRRIS DAVID
CIVITAS DEI
IPSA CONTERET CAPVT TVVM

Apoſtolica Priuilegia

Tertij Ordinis Sancti Franciſci
de Pœnitentia nuncupati
ſtudio
R.^mi P.M. Ant. de Sillis Bergomeñ
collecta.

Tomus Secundus.

FRATER ANTONIVS DE SILLIS Bergomenſis Tertij Ordinis de Pœnitentia Sancti Franciſci Lectori. S. P. D. A

HÆC volumus in principio huius ſecundi voluminis ſtudiorum noſtrorum admonitum eſſe Lectorem decem illa priuilegia: Videlicet Eugenij IV. Iniunctum nobis &c. Nic. V. Apoſtolicę Sedis &c. Paul. II. Excitat arcanum &c. Sixti IV. Sedes B
Apoſtolica &c. Iulij II. Decet Romanum &c. Iulij II. Romani Pontificis &c. Clem. 7. Benignitas Sedis &c. Paul. III. Paſtoralis officij &c. Andreæ Vendramini Venetiarum Ducis. Venerabilis Frater Ioannis &c. Et Caroli V. Imperatoris. Nuper. Venerabilis Frater Petrus &c. Quæ dumtaxat de anno 1551. Pater Bonauentura Vicentinus typis excudenda curauit, Nos quoque in hoc volumine integra collocaſſe, eodem quo ille C
edidit modo; adieciſſe nos tamen ſingulorum in fronte argumentũ, quo tunc carebãt, quod item fecimus in reliquis omnibus; ordinem vero, quo ille diſpoſuerat, non eſſe ſecutos, ſed temporum rationem habentes, quibus fuerant conceſſa, inſeruiſſe ea alijs prout temporis ordo poſtulabat. Hæc quæ ſint, ſi Lector ſcire cupit, ex illorum exordijs facile noſcet, quæ ideo ſuperius attulimus. Hoc præterea volumus Lector animaduertat, nos cogitaſſe non ſolum colligere priuilegia om- D
nia, quæ ſpectent ad Tertiũ Ordinem, quatenus eſt vera, probataq; Religio, ſiue in Italia, ſiue extra Italiam exiſtat, ſed alia omnia, quæ habere potuerimus facientia ad totum Tertij Ordinis genus. Quæ autem ex ijs cuilibet ſtatui, ac nationi conueniant, abſq; aliqua noſtra animaduerſione Lector ipſe ex ſe ſe facile intelliget. Vale in Chriſto Ieſu.

CHA-

CHARISSIMIS, AC DILECTIS

A *Fratribus Tertij Ordinis Sancti Franciſci de pœnitentia nuncupati, regularis obſeruantiæ congregationis Longobardæ, in habitu eremitico, Frater Bonauentura Vincentinus felicitatem.*

CVM primum dilectiſſimi fratres diuino afflatus
oraculo Beatus Franciſcus euangelicæ prædica-
B tionis officium à Domino noſtro Ieſu Chriſto
ſibi iniunctum fuiſſe cognouit, diſcedens Aſſi-
ſio (quod in Vmbria eſt) iandudum enim doctus per Euan-
gelium calciamenta depoſuerat, reiecerat baculum, & peram,
pecuniam abdicauerat, vnaq́; contentus tunica zona dimiſſa,
funiculo ſe cinxerat, Canarium peruenit, id caſtrum qua-
tuor millibus paſſuum ab Aſſiſio diſtat, quod incolæ corrupto
vocabulo Canaglia appellant. Ibi homines chriſtiana hæſi-
C tabāt in fide, & Chriſti dogmata ſubuertere nitebantur. Cum
vero eloquia viri Dei non eſſent inania, nec riſu digna, ſed
virtute Spiritus Sancti plena, & medullas cordis penetran-
tia, vt in vehementē ſtuporem audientes conuerterent, con-
tumacesq́;, & rebelles mollirent, vnica eius prædicatione
commoti ſuum cognouerunt errorem, & amore diuino ac-
cenſi pœnitentiam agere adeo optauerunt, vt omnes tam ma-
D res, quàm fœminæ relicto caſtro poſt eum abire efflagitaue-
rint. 2. Quòd quidem vir ſanctus non permiſit. Verum, qua
ipſi in eorum domibus Ieſu Chriſti, & ſua imitarentur veſti-
gia, ſemitam demonſtrauit, ac tertiam Regulam continen-
tium, ſiue pœnitentium appellatam ordinauit: quam po-
ſtea Nicolaus quartus Max. Pontif. confirmauit, & approba-
uit. 3. Sub hac Regula per totum orbem plurimi diuerſis tē-

poribus ſanctitate floruerunt. 4. Verum enimuero cum temporis decurſu plurimi ſacerdotes, clerici, & cœlibes religioſiorem, & ſanctiorem vitam affectantes vndiq; per Italiam, inter ipſos continentes, ſiue pœnitentes eſſe reperirentur, tribus præcipuis (ac vt ita dixerim) eſſentialibus votis obnoxij, & clauſura authoritate Apoſtolica aſſumpta, conſtructiſque Cœnobijs quamplurimis ſuauiſſimo Tertij Ordinis iugo colla ſubmiſerunt. Et cum horum origo, & principium apud Longobardos fuerit, huiuſmodi congregatio iure optimo Longobarda vocari cœpit. Hoc idem factum eſt apud Germanos, Cymbros, Hiſpanos, Gallos, Dalmatas, & plures alios. 5. Quod quidem Spiritu Sancto paracleto docente factum eſſe non dubitamus, vt huius venerabilis ordinis compleretur perfectio: Nempe ipſe Seraphicus Pater per biennium ferè poſt ſuam conuerſionem hunc eremiticum detulit habitum. 6. Noſtra igitur congregatio adeo nobilibus, ſanctiſq; auſpicijs incipiens ab Apoſtolica ſancta Sede primũ, à Sereniſſimo deinde Venetorum Duce, & poſtremo ab inuictiſſimo Cæſare hoc priuilegiorum volumine munita, & decorata fuit. 7. Quæ quidem priuilegia nunc primum nos imprimere volentes à plurimis ſcriptorum erroribus priſtinæ veritati reſtituentes purgare curauimus, ac in illis nonnulla notanda, & animaduerſione digna notauimus. In priuilegio enim Eugenij IV. circa calcem hæc verba ſcripta reperietis, videlicet, Matre tamen vxoris, & filiorum eorundem, in quibus verbis ſanè textus ipſe defectu, mendaq; non caret, etenim hoc modo legendus eſt iudicio noſtro, quam rem, & ſenſum cum pleriſq; non poſtremæ authoritatis ſæpius contulimus, vt dicat, Matris tamen vxoris, & filiorum eorundem iure ſeruato, portio enim, quam debet filius ma-

tri,

tri, pater filijs, & maritus vxori (ſi paupercula fuerit) in Re-
A ligionem deuenire non debet, quamuis quiſpiam ab inteſta-
to, ſiue condito teſtamento ipſammet profiteatur. Quæ ver-
ba ſi ſecus intelligantur, nec bene ſonabunt, nec ad aliquem
ſenſum, qui iuxta verba priuilegiorum ſit, & ex his elici poſ-
ſit, vllo modo trahi queunt. Hoc non contemnendum huic
epiſtolæ inſerere voluimus: nonnulla vero leuiora ſimiliter
aduertimus. Et ſuis locis congrue annotauimus: Vos opti-
B mi fratres hæc, & illa, & animum in primis noſtrum boni
conſulite. Valete, ac Deum pro nobis orate. Vincentiæ ex
ædibus noſtris Diuæ Mariæ Angelorum decimoquinto Ca-
lend. Octobris; M. D. LI.

C

D

Honorius Papa III.

A

SVMMARIVM.

Confirmat Ordinem de Pænitentia, eiq; priuilegia concedit. De quo ſit mentio in Bulla Greg.9.quæ incipit. Nimis patenter &c. Vt infra.

Gregorius Papa IX.

SVMMARIVM.

Conceſſit, vt nullus Fratres de Pænitentia exactionibus, publicis officijs, vel iuramentis grauaret. Ipſosq; ad hoc non teneri. Bulla incipit. Deteſtanda humani hoſtis &c. Tertio Calen. April. Anno ſui Pontif.2. Sic habetur in Monum. Ord. Minorum fol. 3. B

Gtegorius Papa IX.

SVMMARIVM.

Executoriam prædictæ conceſſionis conceſſit. Vt ibidem; & ponitur à B. Ioanne de Capiſtrano. Cuius tenor eſt talis.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus, Archiepiſcopis,& Epiſcopis per Italiam conſtitutis, ſalutem,& Apoſtolicã benedictionem. Nimis patenter patienter diuinæ probatur abuſor, qui ad Dominum conuerti volentibus obicem interiacet tarditatis, eique inexcuſabiliter conuincitur aduerſari, qui conuerſos ad Epiſcopum auctoritate geſtiens, eis laqueum inijcit captionis, vel perſecutionis, ipſos moleſtijs inquietat tanquam Pharaonis immitatus veſtigia, qui corde indurato, nõ niſi plagis percuſſus filios Iſrael exire permiſit Aegyptum,& egreſſos tandem ſæua tirannide perſequi non ceſſauit, donec ipſe cum ſuis in aquis validis meruit ſuffocari, poſteris relinquens exemplum, vt ex ſimili culpa, ſimilis deberet formidari vindicta. Sane ad audientiam bonæ memoriæ Honorij prædeceſſoris noſtri nouciitis perueniſſe, quod nonnulli de partibus noſtris, nouiſſima ſua prouidè memorantes, derelictis ſæculi vanitatibus, pænitentiã in corde contrito & humiliato ſpiritu agere in domibus proprijs vel alibi ſtatuere. Et vt retribuentes miſeræ filiæ Babilonis retributionem, quam retribuit ipſa eis promiſſæ beatitudinis præmium facilius & fœlicius aſſequãntur, caſtigare corpus proprium, & in ſeruitutem redigere concupiſcunt. Sed Poteſtates & Rectores ciuitatum vel locorum, in quibus tales Domini ſerui degunt, non attendentes, quòd nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſæcularibus, & ſponſa lotos pedes abnuit inquinare ab eis vt ipſos ſequantur,& exerceantur in armis iuramenta extorquere contendunt, & ad recipienda & exequenda publica officia compellere moliuntur, quin etiam illos, qui ad agendam pœnitentiam, ſecretos petiere receſſus ad propria reuocantes, ipſis plura onera & exactiones imponunt, alias inhonorando ipſos, quos tanquam Dei amicos, deberent modis omnibus honorare. Quia igitur intereſt noſtra, Dei viros in religionis propoſito confouere, ad exemplar prædicti prædeceſſoris noſtri fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus huiuſmodi pœnitentes, dum

C

D

tamen

A tamen onera, in quibus ratione bonorum ſuorum tenentur agnoſcant, à prænotatis grauaminibus ſeruantes immunes ipſos eorum occaſione, non permittatis in his vel alijs temere moleſtari, quibus poſſit eorum pium propoſitum impediri, moleſtatores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Laterani. 7. Calen. Iunij Pontificatus noſtri, anno primo.

Gregorius Papa IX.

S V M M A R I V M.

Tempore interdicti conceſſit fratres, & ſorores Tertij Ordinis poſſe andire diuina; & Eccleſiaſticam ſepulturam habere Bulla incipit. Cum illorum qui ſua &c. Quarto nonas Aug. Anno ſui Pontif. 3. Ita habetur in Monum. Ord. Min. fol. 3.

B

Innocentius Papa IV.

S V M M A R I V M.

Ordinem tertium confirmauit, & dedit illi priuilegium exemptionis. Et incipit: Ne per ſecularia negotia &c. Dat. Bononiæ. Octauo Cal. Nouembr. Anno ſui Pontif. 9. Ita dicit. B. Ioannes de Capiſtrano in Defenſorio tertij Ord. B. Franciſci. fol. 14.

Nicolaus Papa IV.

C

S V M M A R I V M.

Perſuadet, & concedit, quod Fratres Tertij Ordinis aſſumant Viſitatores, & Procuratores de ordine Minorum.

NICOLAVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Vnigenitus Dei filius cuius liuore ſanati ſumus, & ſanguinis fonte regenerati ſolus ſuam fundauit Eccleſiam, & ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, beatoq; Petro Apoſtolorũ Principi ęternę vitæ clauigero, cęleſtis, & æterni ſimul imperij iura commiſit diſperſos Iſrael ad ouile ſuum miniſterio Paſſionis inductos ligandi: itaque ſoluendi ſibi, & in eo ſucceſſoribus tradito principatu. Quare Romano Pontifici, eiuſdemque D Principis in principatu huiuſmodi ſucceſſori: hæ vigiliæ præcipuè, & ſolertiæ ſedulæ ſtudia, & deſideria nõ vacua imminent ex debito Apoſtolicæ ſeruitutis, vt Eccleſiam ipſam nouo ſemper fœtu multiplicet, & congreget illi gregem, & diſciplinis, & regulis informatam. Nam humanæ naturæ conditio tanquam vas figuli fragilitati ſubiecta frangitur, & facile reparatur, propterea ſiquidem fideles eiuſdem Eccleſiæ, vt in azymis ſynceritatis & veritatis alitos vigilanter oportet cauere: ne ſucceſſores eiuſdem principis ordinationibus, vel doctrinis minorando detrahant, vel quoquo modo labijs detractionis obſiſtant, cum ſecundum Apoſtolum ordinationi ſit obuius qui poteſtati reſiſtit. Cum itaque ille glorioſus B. Franciſcus Confeſſor eximius igne charitatis ſuccenſus verbo, & opere Apoſtolorum diſcipulus ad, ampliandam in domo Domini familiam plenus ſpiritu veritatis conſurgens: vt ambulan-

bulantium in tenebris pedes eruditionis ſine literis dirigeret in viam ſalutis æternæ A
quendam ordinem inſtituerat pœnitentium titulo inſignitum in quo normam tradidit promerendi æterna, Nos ordinem ipſum opportunis fauoribus proſequi & ad eius augmentum benignius intendentes, vt quod in zelo ipſius confeſſoris extiterit, incrementis augeretur virtutis: & eiuſdem ordinis profeſſores adiectione noſtræ ſolicitudinis magis ac magis de virtute proficiat in virtutem, ordinem ipſum approbando, ordinationes non nullas ſalutaris perſuaſionis noſtris literis in eodem ordine duximus obſeruandas. Inter cæteras eiſdem fratribus paterno conſulentes affectu, vt huiuſmodi normam viuendi ſequerentur, & ſequendo amplecterentur eandem. Et cum naturalis perſuadeat ratio, & rationi æquitas acquieſcat, vt prædicti ordinis profeſſores ob ipſius confeſſoris reuerentiam, dilectorum filiorum noſtrorum ordinis Minorum dirigantur & regulentur doctrina, qui vtriuſq; alumnus extitit inſtitutor de ordine ſupradicto fratrum Minorum viſitatores & procuratores aſſumere B
procurent. Verum quia, proh dolor, nonnulli ex ordine prædicto pœnitentium, Eccleſiæ & confeſſores eorundem degenere filij aduerſum perſuaſionem & conſilium huiuſmodi conſurgentes: non metuunt affirmare, quod huiuſmodi noſtro conſilio acquieſcentes: illos ſecus volentes ſaluari nequeunt in eodem ordine pœnitentium: nec formidantes præſumptuoſius agere in hac parte: callidis ſuggeſtionibus ſubuertunt ipſi conſilio adhærere cupientium volentes, illudque adimplentes prohibitionibus præſumptuoſis, & moleſtationibus grauibus perſequendo. Nos præſumptores huiuſmodi nolentes cõniuentibus oculis pertranſire: prohibemus nequis onus huiuſmodi profeſſionis cuiuſcunque conditionis, & ſtatus exiſtat auſu nefario præſumat impedire, quatenus, omnes dicti ordinis pœnitentium regulam obſeruantes, qui huiuſmodi noſtrum cupiunt ſequi conſilium, illud adimpleant & ſequantur. Decernentes omnino proceſſus contra huiuſmodi noſtrum conſilium adhærentes habitos & habendos, nullius exiſtere firmitatis. Cæterum quoniam cupimus vehementer huiuſmodi noſtrum ſalubre conſilium adimpleri: omnes, qui illud ſuſceperint, & adimpleuerint reuerẽter, Apoſtolicæ & noſtræ benedictionis gratiam amplius conſequantur, & gaudeant priuilegijs eiuſdem ordinis pœnitentium ab eadem ſede conceſſis, & in poſterum concedendis. Impedientes verò quo minus promiſſum adimpleant conſilium, quo ab huiuſmodi impedimento deſiſtant per locorum ordinarios compeſci volumus, & mandamus. Non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs ſub quacumq; forma verborum obtentis, per quæ effectus præſentium poſſet quodammodo impediri. Et inſuper volumus quod huiuſmodi fratres noſtro ſalubri cõſilio adhærentes debeant habere miniſtros de ſe ipſis iuxta formam in prædicta regula comprehenſam. Datum apud Vrbem veterem 6. Idus Auguſti Pontif. noſtri, anno 3. D

Nicolaus papa IV.

SVMMARIVM.

Ponit, & approbat Regulam, Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis de Pœnitentia à Seraphico Sancto Franciſco præſcriptam.

NICOLAVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs Fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis Fratrum de Pœnitentia, tam

præſen-

A ſentibus,quàm futuris,ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Super montem Catholicæ Fidei,quam populis gentium, qui ambulabant in tenebris,diſcipulorum Chriſti, ſyncera deuotio igne charitatis exeſtuans,verbo ſollicitæ prædicationis edocuit, quam quæ Romana tenet,& ſeruat Eccleſia ſolidum Chriſtianæ Religionis poſitum noſcitur fundamentum,nullis vnquam concutiendum turbinibus,nullis quaſſandum fluctibus tempeſtatum. Hæc eſt etenim recta, veraq; Fides,abſq; cuius conſortio nemo in conſpectu Altiſſimi acceptus redditur, nemo gratioſus occurrit. Hæc eſt quæ ſalutis ſemitam præparat,& fœlicitatis æternæ præmia, gaudiaq; pollicetur. ¶Ideoq; glorioſus Chriſti Confeſſor Beatus Frãciſcus huius Ordinis Inſtitutor, viam aſcendendi ad Dominum verbo pariter, & exemplo demonſtrans, ipſius ſynceritate Fidei ſuos filios erudiuit,eoſq; illam profiteri,conſtanter tenere,ſimiliter ac opere voluit adimplere, vt per eius ſemitam ſa-
B lubriter incedentes, mererentur poſt vitæ præſentis ergaſtulum æternæ beatitudinis effici profeſſores.

De modo examinandi volentes intrare Ordinem. Cap. I.

NOs igitur Ordinem ipſum opportunis fauoribus proſequentes, ad eius augmentum benignius intendentes ſtatuimus,vt omnes quos ad ſeruandum huiuſmodi vitæ formam aſſumi contigerit, antè aſſumptionem, ſeu receptionem ipſorum de Fide Catholica,& obedientia erga præfatam Eccleſiam diligenti examinationi ſubdantur. Et ſi eas profeſſi firmiter fuerint, verèq; crediderint, admitti, ſeu recipi tutè poterunt ad eandem. ¶Præcauendum eſt tamen ſollicitè, hæreticus ne quis, vel ſuſpectus de hæreſi, aut etiam infamatus ad vitæ obſeruationem ipſius
C quomodolibet admittatur. Et ſi talem inueniri contigerit extitiſſe receptum, aſſignetur ille,quàm citius Inquiſitoribus prauitatis hæreticę puniendus.

De forma recipiendi volentes intrare Ordinem. Cap. II.

CVm autem fraternitatem huiuſmodi quis intrare voluerit,miniſtri ad receptionem talium deputati,eius officium,ſtatum,& conditionem ſolerter explorent, ſibi fraternitatis eiuſdem onera,& præcipuè alienorum reſtitutionem apertius exponentes. Quibus præmiſſis, ſi eidem placuerit, iuxta modum huiuſmodi induatur,& de alienis (ſi qua fuerint apud eum) ſatisfacere ſtudeat in pecunia numerata, vel ſecundum exhibitam pignoris cautionem. Seq; nihilominus proximis reconciliare procuret. ¶Quibus omnibus ad effectum perductis,poſt vnius anni ſpa-
D cium,cum aliquorum diſcretorum Fratrum conſilio, ſi is videbitur ipſis idoneus, recipiatur hoc modo,videlicet,vt promittat ſe diuina præcepta omnia ſeruaturum, ac etiam ſatisfacturum (vt conuenit) de tranſgreſſionibus, quas contra hunc viuendi modum commiſerit,cum interpellatus ad Viſitatoris extiterit voluntatem. Et huiuſmodi ab eo facta promiſſio,per manum publicam in ſcriptis inibi redigatur. Alio autem modo nullus à Miniſtris recipiatur eiſdem, niſi viſum eis aliter fuerit, conditione perſonæ, ac ipſius inſtantis, ſolicita conſideratione diſcuſſis. ¶Ordinamus præterea ſtatuẽtes, vt nullus poſt ipſius fraternitatis ingreſſum, eandem egredi valeat, ad ſeculũ reuerſurus. Poſſit tamen tranſitum habere liberum ad Religionem aliam approbatam. ¶Mulieribus verò viros habentibus (niſi de ipſorum licentia,& conſenſu) non pateat ad conſortium dictæ fraternitatis ingreſſus.

De forma habitus, & qualitate indumentorum. *Cap. III.* A

FRatres inſuper ipſius fraternitatis, de humili panno in pretio, & colore, non prorſus albo, vel nigro communiter veſtiantur, niſi fuerit ad tempus in pretio per Viſitatores de conſilio Miniſtri ob cauſam legitimam, & apertam, cum aliquo diſpenſatum: Chlamydes quæq; ac pelles, abſq; ſcolaturis ſciſſas, vel integras, affibulatas tamen, vel patulas, vt congruit honeſtati. Clauſaſq; manicas Fratres habeant ſupradicti. ¶Sorores etiam chlamyde induantur; & tunica de huiuſmodi humili panno factis, vel ſaltem cum chlamyde habeant guarnellum, ſeu placentinum coloris albi, vel nigri, aut paludellum amplum de canabo, ſiue lino, abſq; vlla criſpatura conſutum. ¶Circa humilitatem verò panni, & pellitones Sororum ipſarum, iuxtà conditionem cuiuſlibet eorundem, ac loci conſuetudinem poterit diſpenſari. ¶Bindis, & ligaturis ſericis non vtantur, pelles duntaxat agninas, burſas de corio, & corrigias ſimpliciter abſq; ſerico vllo factas, & non alias, tàm Fratres habeant, quàm Sorores, depoſitis cœteris, iuxtà Beati Petri Apoſtolorum Principis ſalubre conſilium, vanis huius ſeculi ornamentis. B

Quòd non vadant ad inhoneſta conuiuia, & ſpectacula, & quòd hyſtrionibus non dent. *Cap. IV.*

SIt eis ad inhoneſta conuiuia, vel ſpectacula, ſiuè curias, ſeù choreas acceſſus poenitus interdictus. Hyſtrionibus, ſeu vanitatis intuitu nihil donent. Et ne quicquam illis donetur à propria familia, prohibere procurent.

De abſtinentia, & ieiunio. *Cap. V.* C

AB eſu carnium ſecunda, quarta, & ſexta feria, dieq; Sabbati abſtineant vniuerſi, niſi aliud infirmitatis, vel debilitatis inſtantia ſuaderet. Minutis verò, per triduum carnes dentur, nec ſubtrahantur in itinere conſtitutis. Sit quoque ipſarum comeſtio licita ſingulis, cùm ſolemnitatem præcipuam interuenire contigerit in qua cæteri Chriſtiani ab antiquò epulis carneis veſci ſolent. Alijs autem diebus, in quibus ieiunium non ſeruatur, oua, & caſeus non negentur. Sed & cum Religioſis cœteris in eorum Conuentualibus domibus, licitè ſumere valeant de appoſitis ab eiſdem. Sintq; prandij, cœnæq; refectione contenti, exceptis languidis, & viatoribus, & infirmis. ¶ Sit ſanis cibus moderatus, & potus, cùm textus Euangelicus habeat, Attendite ne corda veſtra crapula, & ebrietate grauentur. ¶ Prandium autem, vel cœna, niſi præmiſſa ſemel Dominica oratione ſumatur, poſt ſumptionem cuilibet cum Deo gratias iteranda. Quod ſi ommitti contigerit, dicatur tribus vicibus Pater noſter. ¶ Qualibet verò ſexta feria totius anni ieiunium celebretur, niſi fortè infirmitatis, vel alia cauſa legitima excuſentur, vel niſi Feſtum Natalis Domini feria ipſa occurreret obſeruandum. Sed à feſto omniū Sanctorum vſq; ad Paſcha, quarta, & ſexta feria ieiunabunt. Alia quæ ab Eccleſia ſunt ſtatuta, vel Ordinarijs ex cauſa communiter indicta ieiunia, nihilominus ſeruaturi. In quadrageſima verò beati Martini, vſq; ad diem Natiuitatis Domini, & à Dominica Quinquageſimæ vſq; ad Paſcha, diebus ſingulis (exceptis Dominicis) ieiunare procurent, niſi aliud fortaſsè infirmitas, vel neceſſitas alia ſuaderet. Sorores grauidę, vſq; ad ſuæ puriſi- D

A purificationis diem ab exercitatione qualibet corporali (orationibus dumtaxat exceptis) poterunt, ſi voluerint abſtinere. ¶ Laborantes autem (propter fatigationis afficientis inſtantiam) à Dominicæ Reſurrectionis feſto vſq; ad feſtiuitatem beati Franciſci prædicti, ter in die qua exercitio laboris incumbent, licitè ſumere cibum poſſunt. Cum verò illos contigerit aliorum imminere laboribus, de cunctis appoſitis, die quolibet ſumere licebit eiſdem, niſi ſexta feria, vel dies ſit alia in qua generaliter ab Eccleſia ieiunium noſcitur inſtitutum.

Quoties debent confiteri per annum, & ſumere Corpus Chriſti. Cap. VI.

SInguli autem Fratrum, & Sororum ipſorum, ter in anno, videlicet, in Natali Domini, in Reſurrectionis ipſius, & Pentecoſtes feſtiuitatibus peccata propria confiteri, & Euchariſtiam deuotè ſuſcipere non poſtponant, reconciliando ſe pro-
B ximis, & reſtituendo etiam aliena.

Quòd non ferant arma impugnationis. Cap. VII.

IMpugnationis arma ſecum Fratres non deferant, niſi pro defenſione Romanæ Eccleſiæ Chriſtianæ Fidei, vel etiam terræ ipſorum, aut de ſuorum licentia Miniſtrorum.

De dicendis horis Canonicis. Cap. VIII.

DIcant vniuerſi quotidiè ſeptem horas Canonicas, videlicet, matutinum, primam, tertiam, ſextam, nonam, veſperas, & completorium. Clerici, vi-
C delicet, ſcientes pſalterium, pro prima, Deus in nomine tuo. Beati immaculati, vſq; ad Legem pone, ac alios Horarum Pſalmos iuxtà Clericorum ordinem, cum Gloria Patri dicant. ¶ Cùm verò ad Eccleſiam non accedent, pro matutino Pſalmos dicere ſtudeant, quos dicunt Clerici, vel Eccleſia Cathedralis, vel ſaltem vt illiterati alij, pro matutino duodecim, & pro alia qualibet hora ſeptem vicibus Pater noſter, cum Gloria Patri dicere non ommittant. In quibus, videlicet, primæ, ac completorij horis minorem ſymbolum, & miſerere mei Deus, adijciant qui nouerunt. Sed ſi Horis non dixerint conſtitutis, dicant tribus vicibus Pater noſter. ¶ Infirmi autem, Horas huiuſmodi non teneantur dicere, niſi velint. ¶ In Quadrageſima verò Sancti Martini, & etiam in Maiori: Eccleſias in quarum parochijs habitant, matutinalibus Horis perſonaliter adire procurent, niſi cauſa rationabili excuſentur.

D *Quòd omnes, qui de iure poſſunt, faciant teſtamentum.* Cap. IX.

OMnes præterea quibus de iure facultas affuerit, condant, ſeu faciant teſtamentum, & de bonis ſuis infra tres menſes poſt eorum ingreſſum immediatè ſequentes ordinent, & diſponant, ne quenquam illorum contingat decedere inteſtatũ.

De pace reformanda inter Fratres, & alios extraneos. Cap. X.

DE pace verò inter Fratres, & Sorores, aut etiam exteros in diſcordia poſitos facienda, ſicut miniſtris videbitur ita fiat, adhibito (ſi facultas affuerit) Epiſcopi Diœceſani conſilio in hac parte.

A

Quando moleſtantur contra ius, aut eorum priuilegia. Cap. XI.

SI verò Fratres, vel Sorores contra ius, vel eorum priuilegia per Poteſtates, ſeu Rectores locorum, vbi domicilium obtinent, vexationibus impetantur, Miniſtri loci ad Epiſcopos, & alios locorum Ordinarios ſtudeant habere recurſum, iuxtà conſilium, & ordinationem ipſorum in talibus proceſſuri.

Quòd caueant inquantum poſſunt à iuramentis ſolemnibus. Cap. XII.

A Iuramentis autem ſolemnibus omnes abſtineant, niſi neceſſitate cogente, in caſibus per indulgentiam Apoſtolicæ Sedis exceptis, videlicet, pro pace, fide, calumnia, & teſtimonio perhibendo, ac etiam in contractu emptionis, venditionis, & donationis, vbi videbitur expedire. ¶ In communi quoq; loquela vitent prout poterunt iuramenta. ¶ Et qui die aliqua minus cautè iurauerit lapſu linguæ (prout contingere in multiloquio conſueuit) die ipſo in ſero cùm debet recogitare quid fecerit, dicat tribus vicibus orationem Dominicam propter incautè facta huiuſmodi iuramenta. Memor autem ſit quilibet, vt ad diuina obſequia familiam propriam exhortetur. B

De audienda Miſſa, & Congregatione facienda. Cap. XIII.

VNiuerſi ſani Fratres, & Sorores cuiuſcunque Ciuitatis, aut loci, diebus ſingulis (ſi commodè poterunt) Miſſæ officium audiant. Et menſe quolibet ad Ecclesiam, ſiuè loca, ad quam, vel ad quem Miniſtri curauerint intimare, conueniant, Miſſarum ſolemnia inibi audituri. ¶ Vnuſquiſque autem, vſualis monetæ denarium Miſſario tribuat, qui pecuniam huiuſmodi colligat, & eam de conſilio Miniſtrorum inter Fratres, & Sorores paupertate grauatos, & præcipuè infirmantes, ac eos, qui funeris carere dignoſcuntur exequijs, & deindè inter pauperes alios diuidant congruenter. ¶ Offerant inſuper de ipſa pecunia Eccleſiæ memoratæ. Tuncq; (ſi commodè poterunt) virum religioſum, & in verbo Dei competenter inſtructum habere procurent, qui eos ad pœnitentiam, & miſericordiæ opera exercenda hortetur, ſolicitè moneat, & inducat. ¶ Studeat quilibet dum Miſſæ celebratur officium, & prædicationis verbum proponitur, ſeruare ſilentium, orationi, & officio ſit intentus, niſi eum communis vtilitas fraternitatis impediat. C

De Fratribus infirmis, & defunctis. Cap. XIIII.

D

CVm autem, quemquam ex Fratribus infirmari contigerit, Miniſtri per ſe, vel per alium, ſeu alios (ſi hoc eis infirmus fecerit intimari) ſemel in Hebdomada viſitare teneantur ægrotum, ipſum ſolicitè ad recipiendum pœnitentiam (prout melius, & efficacius expedire putauerint) inducentes, neceſſaria illi de bonis communibus miniſtrando. ¶ Et ſi præfatus infirmus de præſenti luce migrauerit, Fratribus, & Sororibus tunc in Ciuitate, vel loco, vbi eum contigerit mori præſentibus nuncietur, vt defuncti exequijs, procurent perſonaliter intereſſe; A quibus donec Miſſarum fuerint celebrata ſolemnia, & corpus tumulo conditum, non recedant. ¶ Hoc quoq; circa Sorores infirmas, & decedentes volumus obſeruari. ¶ Prætera,

A rea, intra octo dies poſt ipſius ſepulti obitum immediatè ſequentes, quilibet Fratrum,& Sororum ipſarum dicat pro anima eius, Sacerdos,videlicet, Miſſam vnam. Sciens pſalterium 50. pſalmos,& illiterati totidem Pater noſter, & in fine cuiuſlibet Requiem æternam adijciant. Et poſt hæc,infra annum, pro Fratrum,& Sororum, tàm viuorum, quàm defunctorum ſalute, tres Miſſas faciant celebrari. Qui verò pſalterium ſciuerint, illud dicant,& cæteri orationem Dominicam centies dicere non ommittant, & requiem æternam in fine cuiuſlibet addituri.

De Miniſtris. Cap. XV.

MIniſteria quoq; ac alia officia, quæ præſentis formulæ ſeries exprimit, impoſita ſibi quiſque deuotè ſuſcipiat, curetq; fideliter exercere. ¶ Officium autem cuiuſlibet, certi temporis ſpacio limitetur. Nullus miniſter inſtituatur ad
B vitam, ſed eius miniſterium certum tempus comprehendat.

De viſitatione,& correctione delinquentium. Cap. XVI.

AD hæc Miniſtri, & Fratres, ac Sorores Ciuitatis, & loci cuiuſlibet, ad viſitationem communem in aliquo loco religioſo, vel Eccleſia, vbi locum huiuſmodi contigerit deeſſe, conueniant,& Viſitatorem habeant Sacerdotem, qui alicuius approbatæ Religionis exiſtat, quiq; illis de commiſſis exceſſibus iniungat pœnitentiam ſalutarem, Nec quiuis alius poſſit eis huiuſmodi viſitationis officium exhibere. ¶ Quia verò, præſens viuendi forma, inſtitutionem à beato Franciſco prælibato ſuſcepit, conſulimus, vt Viſitatores, & informatores, de Fratrum Minorum Ordine aſſumantur, quos Cuſtodes, vel Guardiani eiuſdem Ordinis,cùm ſuper hoc requiſiti fuerint, duxerint aſſignandos. Nolumus tamen Congregatio-
C nem huiuſmodi à Laico viſitari. Huiuſmodi autem viſitationis officium, ſemel exerceatur in anno, niſi neceſſitate aliqua ſuadente fuerit pluries facienda. ¶ Incorregibiles verò, ac inobedientes, monitio trina præueniat. Qui ſi ſe corrigere non curauerint, de ipſius Congregationis conſortio expellantur omninò, de conſilio diſcretorum.

De vitandis litigijs inter ſe, & cum alijs. Cap. XVII.

VItent inſuper Fratres, & Sorores (iuxta poſſe) litigia inter ſe, illa (ſi ſuſcitari contigerit) ſolicitè dirimendo. Alioquin, de iure coram illo reſpondeant,
D apud quem Poteſtas reſidet iudicandi.

Qualiter,& per quos in abſtinentijs poſſit diſpenſari. Cap. XVIII.

ORdinarij autem locorum, vel Viſitator, cum Fratribus, & Sororibus vniuerſis, in abſtinentijs, ieiunijs, & auſteritatibus alijs, ex cauſa legitima (cum expedire viderint) poterunt diſpenſare.

Quòd Miniſtri eorum manifeſtas culpas denuncient Viſitatori. Cap. XIX.

MIniſtri verò, manifeſtas Fratrum, & Sororum culpas Viſitatori denuncient puniendas. ¶ Et ſi quiſq; incorrigibilis fuerit, poſt trinæ admonitionis in-

ſtantiam, à Miniſtris (de diſcretorum Fratrum aliquorum conſilio) viſitatori nunciet eidem, de fraternitatis conſortio abijciendus ab ipſo, & in Congregatione poſt modum publicandus. A

Qualiter in prædictis nemo obligatur ad culpam mortalem. Cap. XX.

COeterum in præmiſſis omnibus, ad quæ Fratres veſtri Ordinis non ex diuinis præceptis, vel ſtatutis tenentur Eccleſiæ, nullum ipſorum ad mortalem culpam volumus obligari, ſed impoſitam ſibi pœnitentiam, pro tranſgreſſionis exceſſu prompta humilitate recipiat, & efficaciter ſtudeat adimplere.

Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam noſtri ſtatuti, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationis omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Reate, 16. Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo. B

Ioan. Papa XXII. Dictus Iacobus de Ozza.

SVMMARIVM.

FEcit vnam Bullam contra fraticellos, ſeu fratres de paupere vita, aut bizzochos, ſiue bighinos, qui aſſerebant, ſe eſſe de primo, ſeu de Tertio Ordinibus Sancti Franciſci. Quæ Bulla incipit. Sancta Romana &c. Dat. Auinioni. 3. Cal. Ianuarij. Pontif. ſui anno 2. Habetur. Extr. Et in Monum. Ord. Min. fol. 33.

Ioan. Papa XXII. Cui nomen Balthaſſar. C

SVMMARIVM.

COndidit priuilegium, quod continet ſtatuta, & ordinationes per Fratres, & Sorores Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pænitentia nuncupatos in partibus Flandriæ degentes ordinata. Et incipit. Perſonas vacantes aſſiduè &c. Dat. apud Sanctum Ant. Extra muros Florentinos. 7. Cal. Septemb. Pontif. ſui anno 4. Quod priuilegium ponitur infra cum confirmatione eiuſdem à Martino Papa V.

Martinus Papa V. D

SVMMARIVM.

AD inſtantiam Generalis Fratrum Minorum concedit, quod Fratres, & Sorores Tertij Ordinis ſubijciantur Generali, & Prouincialibus Miniſtris Fratrum Minorum.

MArtinus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, venerabili fratri Iordano Epiſcopo Albanenſi, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Licet inter cætera regularis obſeruantiæ iugum ſine quo nō vera, ſed ficta cenſetur eſſe religio præcipuum exiſtat: & propterea abſonum ſit, & abſurdum, quod quis habitu ſe religioſum foris

ris

ris exhibeat,& lupi rapacis more regulariter viuere, regularemq; diſciplinam ſuſcipere omnino contemnat, ſanè pro parte dictorum filiorum Antonij de Maſſa generalis, & ſingulorum Prouincialium Miniſtrorum, vniuerſorumq; fratrum Ordinis Minorum petito nobis nuper exhibita continebat: quod nonnullæ tam Eccleſiaſticæ, quam ſeculares perſonæ vtriuſque ſexus in diuerſis mundi partibus conſtitutæ,quæ ſub quodam velamine ſanctitatis habitum griſeum ordinis fratrum Minorum habitui quaſi conformem deferentes: & à Beato Franciſco nomen aſſumentes de tertia regula dicti Franciſci, alias de pœnitentia ſe appellant: tam ex priuilegijs (vt aſſerunt) conceſſis,quam etiam propria authoritate nonnunquam in communi: quandoq; verò ad partem ſub quadam viuendi norma, quaſi in propriam libertatem, & abſq; debita ſubiectione, & obedientia, religioſam vitam viuere ſe aſſerunt, & præſumunt: vnde dicti ordinis non ſolum confuſio generatur, & contemptus, verum etiam ſimplices ſic decepti in diuerſas inducuntur hæreſes, & errores, pluraq; ſcandala, & pericula proueniunt animarum. Quarum pro parte Generalis,& Prouincialis Miniſtrorum, ac fratrum prædictorum,fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt ſuper præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur attente conſiderantes, incongruum exiſtere, quòd huiuſmodi perſonæ habitum de dicto ſancto conceſſum gerant, & de tertio ordine nominare præſumant, & iuriſdictionem, aut diſciplinam ſuperiorum dicti ordinis Minorum ſuſcipere paruipendant: ac alias ſubiectæ præfato ordini non exiſtant: ac ſuper ijs ſalubriter occurrere cupientes: conſpectioni tuæ de qua in his & alijs ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus quatenus ſi ita eſt, omnes, & ſingulos fratres,& ſorores de tertia regula S.Franciſci,alias de pœnitentia nuncupatos tam præſentes quam futuros cuiuſcúq; gradus,vel conditionis exiſtant, vbicumq; exiſtant eidem ordini, & eius ſuperioribus (eorum tamen viuendi, & continendi forma ſemper ſalua) authoritate noſtra ſubiacere, ipſoſq; prædictos Generali, & Prouincialibus miniſtris pro tempore exiſtentibus, quemadmodum cæteri,& veri dicti ordinis fratres, & ſorores ſubiecti exiſtunt, ſubiectos eſſe decernas: ſtatuens & ordinans authoritate prædicta: quod præfati miniſtri, fratres de tertia regula, & ſorores prædictas quoties expediens fuerit per ſe: vel per alios ad hoc idoneos viſitare, corrigere, & delinquentes,& excedentes pro demeritis punire, & emendare, eorumq; confeſſiones audire, eiſq; pœnitentiam ſalutarem iniungere, & omnia ſacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare,omnemq; aliam (ſi tamen illorum obſeruantiæ,& continentiæ penitus non obuient) iuriſdictionem exercere valeant, in eodem contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compaſcendo. Non obſtantibus priulegijs, gratijs,conceſſionibus, & literis Apoſtolicis de regula huiuſmodi, eiſdem fratribus, & ſororibus, eorumq; religioni in genere, vel in ſpecie, ſub quauis verborum forma conceſſis, etiam ſi de eis, eorumq; totis tenoribus, ac de verbo ad verbum eſſet in præſentibus ſpecialis & expreſſa mentio facienda, quibus in quantum præmiſſis contraria fuerint derogamus. Nec non conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs etiam non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos Pontificatus noſtri anno decimo.

Martinus Papa V.

SVMMARIVM.

Confirmat conceſſionem Ioann.XXII. cui nomen Balthaſſar de qua ſupra, circa ſtatuta, & ordinationes per Fratres,& Sorores Tertij Ordinis Sancti Franciſci de pænitentia nuncupatos in partibus Flandriæ degentes ordinata.

IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Vniuerſis, & ſingulis præſens tranſumptum inſpecturis pateat euidenter, quod nos Ludouicus de Garſijs vtriuſq; iuris Doctor, Canonicus Bononienſis Domini noſtri Papæ, eiuſq; Camerarij, nec non Curiæ cauſarū Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditor, Ad inſtantiā Venerabilis, & religioſi viri fratris Andreæ de Mediolano Tertij Ordinis Sancti Franciſci de pænitentia nuncupati expreſſe profeſſi aſſerentis ſe pro ſe, & ordine ſuo tranſumpto, ſiue tranſcripto infraſcripto indigere, omnes & ſingulos ſua communiter, vel diuiſim intereſſe putantes, eorumq; Procuratores ſi qui eſſent in Romana Curia pro eiſdem ad recognoſcēdum, & recognoſci videndum ſignetum, & manum regiſtratoris in infraſcripto ſumpto de regeſtro literarum Apoſtolicarum clauſo, & ſigillato vt moris eſt, nec non dictum ſumptum aperiri, & deinde tranſumi & exemplari, ac in publicam formam redigi mandari, Authoritatemq; iudiciariam, & decretum dictæ Curiæ, atq; noſtram, vt moris eſt interponi, vel dicendum, & cauſam rationabilem proponendum, & allegandum, quare præmiſſa minime fieri deberent, per noſtras certi teneris literas in audientia publica literarum contradictarum Domini noſtri Papæ præfati, vt moris eſt peremptorie citari mandauimus, & fecimus ad certum terminum competentem, videlicet ad diem, & horam inferius annotatas. In quibus præfatus Frater Andreas coram nobis iudicialiter comparens, & dictas literas citatorias in audientia publica literarum contradictarum præfati Domini noſtri Papæ debitè executas repreſentans, citatorum in eiſdem contentorum non comparentium, nec dicto termino ſatisfacere curantium contumaciter accuſauit, ipſoſq; contumaces reputari per nos debita cum inſtantia poſtulauit, & in eorum contumacia dictum ſumptum de regiſtro literarum Apoſtolicarum clauſum, & ſigillatum ibidem exhibuit, & produxit vna cum nonnullis teſtibus fide dignis ſuper recognitione ſigneti, ſeu ſigilli in eodem ſumpto appoſiti, poſt cuius quidem ſumpti exhibitionem, & productionem, Nos Ludouicus Auditor præfatus dictos citatos non comparentes, nec dicto termino ſatisfacere curantes reputauimus merito pro vt erant exigente iuſtitia licet debitè expectatos contumaces. Et in eorum contumaciam huiuſmodi teſtes ſuper recognitione dicti ſigneti, ſeu ſigilli in eodem ſumpto appoſiti in forma iuris duximus admittendos pariter & admiſimus. Quiquidem teſtes ſic admiſſi exhibito, & oſtenſo ipſis, & eorum cuilibet ſigneto, ſeu ſigillo in ſepe dicto ſumpto de regiſtro literarum Apoſtolicarum appoſito, & per eos & eorum quemlibet diligenter viſo, & inſpecto, ac per Nos diligenter interrogati dixerunt, & depoſuerūt eorum medijs iuramentis per eos, & eorum quemlibet tactis ſcripturis ſacroſanctis ad & ſuper ſancta Dei Euangelia præſtitis ſignetum, ſeu ſigillum in eodem ſumpto appoſitum ſe bene recognoſcere ac eſſe ſignetum, ſeu ſigillum regeſtratorum dictarum literarum Apoſtolicarum. Quibus ſic peractis præfato Fratri Andreæ de Medio-

Mediolano inſtante, & requirente huiuſmodi ſignetum, ſeu ſigillum dicto ſumpto
A appoſitum habuimus, & haberi volumus pro recognito. Et dictum ſumptum ſic recognitum aperiri mandauimus, & fecimus. Et poſtquam ſic apertum fuit, ac per dictos teſtes manus, & litera regiſtratoris dictarum literarum debitè recognita, ipſum ſumptum ad manus noſtras recepimus, vidimus, tenuimus, legimus, palpauimus, & diligenter inſpeximus ſanum, integrum, non vitiatum, non cancellatum, ſeu in aliqua ſui parte ſuſpectum, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carens. Ipſiq; teſtes vlterius per Nos interrogati ac modo, & forma præmiſſis dixerunt, & depoſuerunt manum & ſcripturam in fine dicti ſumpti appoſitam ſe bene cognoſcere, ac eſſe venerabilis, & diſcreti viri Antonij de Feletis earumdem literarum Apoſtolicarum regeſtratoris. Idcirco ipſum ſumptum ad præfati Fratris Andreæ inſtantiam, & requiſitionem per Magiſtrum Ioannem de Caſtello dictæ Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notarium & ſcribam iuratum infraſcriptũ
B tranſumi, & exemplari, ac in huiuſmodi publicam formam redegi mandauimus. Volentes, & auctoritate dictæ Curiæ decernentes, quod huic tranſumpto, ſeu publico inſtrumento detur, & adhibeatur de cætero plena fides in iudicio, & extra, ac vbicumq; locorum, & terrarum, ac talis, & tanta qualis, & quanta ipſi ſumpto de regiſtro literarum Apoſtolicarum data fuit, & adhibita, ac daretur, & adhiberetur ſi in medium produceretur. Quibus omnibus, & ſingulis tanquam ritè, & legitimè factis, & celebratis in eodem iudicio coram Nobis noſtram & dictæ Curiæ Cameræ Apoſtolicæ auctoritatem iudiciariam interpoſuimus, & tenore præſentiũ interponimus pariter, & Decretum. Tenor vero dicti ſumpti de regeſtro literarũ Apoſtolicarum de quo ſupra fit mentio ſequitur, & eſt talis.

C MArtinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ex Apoſtolicæ Sedis prouidentia, ac perſonarũ Eccleſiaſticarũ præſertim Religioſarum ſub Regulari Obſeruantia virtutum Domino famulantium, & mundanis abiectis illecebris deditarum ſtudio piæ vitæ deuotione prouenire dignoſcitur vt quæ pro ipſarum regulari Obſeruantia conſeruanda, & etiam augenda piè concessa ſunt, cum à Nobis petitur non ſolum Apoſtolicæ confirmationis robore muniamus, ſed ad alios etiam qui ſub ſimili Obſeruantiæ iugo ſedulum exhibent Altiſſimo famulatum extendamus, eoſq; Apoſtolicis gratijs, & fauoribus proſequamur. Sanè pro parte dilectorum filiorum vniuerſorum Fratrum & dilectarum in Chriſto filiarum Sororum Tertij Ordinis de Pænitentia nuncupati, quem Beatus Franciſcus inſtituit, in partibus Flandriæ, & præſertim in Epiſcopatu Mormienſi in locis videlicet Furnis Nonoportu ypris, paupringis, dixeimidæ, & bergis Mormienſis
D Diœceſis degentium Nobis nuper exhibita petitio continebat quod olim pro ipſorum parte bonæ memoriæ Baldaſari Epiſcopo Tuſculanenſi, tunc Ioanni 22. in eius obedientia de qua partes ille erant nuncupato eſpoſito quod ipſi olim vt quietius, & ſalubrius animas ſuas Deo lucrifacerent viuendo etiam iuxta Regulas, & modum viuendi per felicis recordationis Nicolaum Papam IV. prædeceſſorem noſtrum omnibus Fratribus, & Sororibus dicti Ordinis, qui tunc erant, & eſſent pro tempore auctoritate Apoſtolica datos, & ordinatos prouida deliberatione præuia nonnulla ſtatuerant, & etiam ordinauerant, vt per ſalutaria exempla ad eternam vitam cum Dei adiutorio ſalubrius proficere poſſent. Idem Baldaſar, tunc Ioannes ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi rata habens, & grata per ſuas literas confirmauit, ac ſuppleuit omnes defectus, ſi qui forſan interueniſſent in eiſdem. Quare

pro parte prædictorum & aliorum Fratrum, & Sororum eiuſdem ordinis in Mor-
mienſi de Sancto Andomaro hondeſlactæ & duulzerbæ domibus dictæ Diœceſis A
commorantium Nobis fuit humiliter ſupplicatum vt literas prædictas innouare, ac
ſtatuta, & ordinationes in dictis literis contenta ad Fratres, & Sorores in eiſdem Mor-
mienſis de Sancto Andomaro hondeſlactæ duulzerbæ domibus commorantes ex-
tendere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eorundem Fratrum, &
Sororum ſupplicationibus inclinati literas per præfatum Baldaſarem. Tunc Ioan-
nem eis conceſſas, quas de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, auctori-
tate Apoſtolica innouamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; per hoc
autem nullum ius ipſis Fratribus, & Sororibus in dictis locis videlicet Furnis, Nono-
portu, ypris, paupringis, dixemidæ, & bergis commorantibus de nouo acquiri no-
lumus, ſed antiquum ſi quod habent tantummodo conſeruari. Cæterum ſtatuta,
& ordinationes in dictis literis contenta ad Fratres, & Sorores in Mormienſi de San- B
cto Andomaro hondeſlactæ, & duulzerbæ domibus præfatis pro tempore commo-
rantes extendimus, ac ſecundum ſtatuta, & ordinationes prædicta ipſos perpetuo
viuere debere decernimus, & etiam ordinamus. Tenor vero dictarum literarum
præfati Ioannis ſequitur, & eſt talis.

IOannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam perſonas
vacantes aſſidue diuinis obſequijs per ſtudium piæ vitæ, & ſub regulari obſer-
uantia in domino lætantes libenter Apoſtolico fauore proſequimur, ac illa quæ pro
perſeuerantia in bonis operibus, & quiete ipſorum perinde facta ſunt, vt illibata
perſiſtant, cum à nobis petitur apoſtolico confirmationis ſuffragio fauorabiliter cō-
munimus. Sanè petitio dilectorum filiorum vniuerſorum Fratrum, & dilectarum
in Chriſto filiarum vniuerſarum Sororum Tertij Ordinis de pænitentia nuncupati, C
quem Beatus Franciſcus inſtituit in partibus Flandriæ, & præſertim in Epiſcopatu
Mormienſi, & in locis ſcilicet Furnis, Nonoportu, ypris, Paupringis, dixeimidæ, &
bergis Mormienſis diœceſis degentium petitio continebat, quod ipſi olim, vt quie-
cius, & ſalubrius animas ſuas Deo lucrifacerent, viuendo etiam iuxta regulas, ac
modum viuendi per felicis recordationis Nicolaum Papam IV. prædeceſſorem no-
ſtrum omnibus Fratribus, & Sororibus dicti ordinis qui tunc erant, & eſſent pro
tempore authoritate Apoſtolica datos, & ordinatos prouida deliberatione præuia
ſtatuerunt, & ordinarunt, vt per ſalutaria exempla ad æternam vitam cum Dei adiu-
torio ſalubrius proficere poſſent prædicti Fratres, & Sorores neminem reciperent
ad profeſſionem dicti ordinis niſi finito anno probationis, vt ipſa regula dictat, &
niſi in die profeſſionis ſuæ haberent decem, & octo annos, & niſi ſatisfeciſſent Ec-
cleſiæ, & vbiq; ſecundum contenta in regula memorata, & fieret per ipſos profeſſio D
in hæc verba, videlicet. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Ego. N.
Voueo, & promitto Deo, & Beatæ Mariæ Virgini, Beato Franciſco, & omnibus
Sanctis, & tibi Pater. N. omnibus diebus vitæ meæ eſſe obediens Domino Ioanni
Papæ & ſuis ſucceſſoribus canonicè intrantibus, & viuere in obedientia, paupertate,
ſine proprio, & in caſtitate, & obſeruare regulam Tertij Ordinis Beati Franciſci ſe-
cundum declarationem, & ordinationem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ factam, & tra-
ditam per prædictum Dominum Nicolaum Papam, & cætera omnia quæ huic mo-
do viuendi ad ſalutem animæ conueniunt ad diſcretionem meorum ſuperiorum, &
recipiens eandem profeſſionem promittat ei, quod ſi hæc faceret meretur vitam
æternam, & fiet illa receptio per Miniſtrum tantum ſecundum regulam, tàm de

ipſis

ipſis Fratribus, quàm de Sororibus eiuſdem Tertij Ordinis, vbi bono modo poſſet
A haberi, & ſi non de conſilio Viſitatoris ſuperior ſoror in Nomine Domini illud fa
ceret de Sororibus ipſis. Et quia in Euangelio dicitur quod nemo mittens manum
ſuam ad aratrum, & aſpiciens retro aptus eſt regno Dei voluerunt, & etiam ordi-
narunt ipſi Fratres, & Sorores in locis ante dictis degentes, quod nullus inter di-
ctos Fratres, & Sorores profeſſus poſſet illum ſtatum, & communitatem dimitte-
re, & reuerti; ad ſæculum, ſeu ad minorem ſiue ad leuiorem ſtatum in Eccleſia
declinare, ſed potius quilibet eorumdem Fratrum, & Sororum firmiter ſua vota
etiam ſuum ſtatum obſeruarent, ſicut Domino promiſerunt, dictiq; Fratres, & So-
rores in eiſdem locis degentes qui ad hoc eſſent habiles dicerent horas Canonicas
ſecundum ordinem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſine nota, & alij, ſeu aliæ non ad hoc
habiles horas eiuſdem Beatæ Virginis ſecundum præfatum ordinem, vel nocturnũ
Pſalterij pro matutinis, & alios pſalmos pro alijs horis pro vt tenerentur dicere ſi
B dictas horas dicerent, & qui iſta neſcirent, vel bono modo adiſcere non poſſent ſi-
cut de ipſis cauetur in ipſa Regula dicerent Orationem Dominicam ſcilicet Pater
Noſter, & ſuper illis diſpenſarent eorum Viſitator, & ſuperiores ad maiorem pro-
fectum ſuarum animarum, dicti vero Fratres, & Sorores pro vt de eorum Regula,
& antiqua conſuetudine habebant, etiam deinceps haberent Viſitatorem religioſum
virum alterius Ordinis, & ſemper vnum Miniſtrum de Fratribus ipſis, qui eſſet
ſuper omnes Fratres, & Sorores, & cum hoc Sorores ipſæ eligerent ſibi vnam de
præfatis Sororibus, ſicut eligitur Miniſter, quæ etiam renouaretur in eius miniſterio
ſicut ipſe Miniſter, quæ ſic electa in abſentia dicti Miniſtri haberet poteſtatem ſu-
per omnes Sorores ſicut ipſe Miniſter ſuper præfatos Fratres, & Sorores, & fieret
in qualibet domo prædictorum Fratrum, & Sororum vnus, vel vna ſuperior om-
nium Fratrum, & Sororum domus illius, & cui omnes de domo illa in abſentia Mi-
C niſtri, vel Sororis ſuperioris inter Sorores obedirent, & hoc per electionem omniũ
Fratrum, & Sororum ſingularum domorum, quæ etiam renouarentur ſicut cæteri,
tamen vtentur Viſitator, & cęteri ſuperiores Ordinis de ſuſpenſione officiariorum,
& cæteris ſimilibus ſecundum eamdem Regulam & antiquam conſuetudinem in
neceſſitatibus & alijs pro vt decens, & honeſtum omni tempore appareret, & de
cætero in qualibet domo eorumdem Fratrum, & Sororum haberentur aliqua loca
honeſta ſatis magna in quibus ſimul conuenirent ad orandum, comedendum, &
dormiendum, ſcilicet Sorores in locis Sororum, & Fratres in locis Fratrum ſeor-
ſum ſeu ab inuicem ſeparatim, dum tamen non haberent edificia vel loca exceſſiua
ac ſi eſſent honeſti Religioſi Fratres ſecundum paupertatem & eorum neceſſitatem
ſatis parua, & vilia, & nemo extra communitatem maneret aliquo notabili tempore
D niſi de licentia ſuperiorum in quibus ſuperiores omnes in neceſſitatibus, & cauſis ra-
tionabilibus poſſent diſpenſare ſecundum quod eis ſecundum Deum videretur ex-
pedire, præceperuntq; dictis Fratribus, & Sororibus omnibus ad hoc petentibus ac
habilibus quod operarentur, & laborarent in aliquo tempore labore honeſto vnde
ſibi victum acquirerent, non tamen taliter laborarent quod ſpiritum deuotionis ex-
tinguerent tempus deuotionis, & orationis ad hoc exponendo, ſed ſuperiores eo-
rundem Fratrum, Sororum prouiderent, quod in qualibet domo præordinarent, &
diuiderent ipſum tempus tam æſtatis, quam hiemis, tam diei, quam noctis pro vt
ratio dictarent ad vtrumq; faciendum, ita quod temporibus congruis orarent, &
laborent, & quod otioſitas, vel pigritia non impediret laborem ſe velando ſub ſpe-
cie deuotionis, vel orationis, de mercede vero laborum viuerent omnes in com-

muni tam inſufficientes ad laborem, quam alij, & vbi merces laboris non ſufficeret ad eorum victum humiliter recurrerent ad elemoſinam poſtulandam, & ſupe- A
rior vniuſcuiuſq; domus huiuſmodi reciperet mercedem laborum omnis domus & elemoſinas per ſe ipſum vel alium loco ſui, & ſicut reciperent exponerent fideliter in neceſſitatibus cõmunitatis inde reddituri rationem huiuſmodi Viſitatori & Miniſtro ac ſorori ſuperioribus ſi & quando eis placeret, & ſecundum quod eis videtur expedire, quorum conſcientias ipſi ordinantes ſuper præmiſſis voluerunt onerare, prædictiq; Fratres, & Sorores ſecundum vſum communem dicti Ordinis induerentur, & haberent Fratres vnam tunicam griſeam vilem, quæ vilitas attenderetur in pretio, & colore, & vnum ſcapulare, pro cingulo cordam rudem de canapo nodatam vt moris eſt, haberentq; longum caputium, & magnum mantellum de eodem panno ad modum ſimplicium hominum Sotulares ligatos, vel cum vincleis ſecundũ quod pauperes illius patriæ habebant. Sorores autem omnia prædicta haberent, vt tunicam, ſcapulare, cordam, & caputium quando liceret, ac etiam Sotulares, ha- B
berent enim ſuper caput velum, vel caputergium album, & hoc intra domum; quando autem eas contingeret exire domum poſſent habere vnum mantellum de panno ſupradicto, vna parte reuerſa ſupra caput ad cooperiendum caput, & aliqualiter faciem, quando etiam itinerarent, vel laborarent dictæ poſſent ſuperiores ſui eis concedere ad portandum ipſarum caputia, & quod ſibi cauerent ipſi Fratres, & Sorores habere aliqua in quibus non reluceret aſperitas, vilitas, & paupertas, cum talia valerent multum ad puritatem obſeruantiæ ſui ſtatus. De cætero autem nec ipſi Fratres, nec Sorores ſubiacerent iuridictioni Dominorum temporalium, ſed haberent inter ſe correctionem, & punitionem omnium factorum, & delictorum ciuilium, ſed de criminalibus in omnibus ſubiacerent iuridictioni Eccleſiæ videlicet eorum Diœceſis Epiſcopi, tenerentq; prædicti Fratres capitulum ſuum in aliqua
domo eorumdem Fratrum ad placitum Viſitatoris, & Miniſtri prædictorum, & C
ſimiliter capitulum Sororum teneretur in aliqua domo Sororum prædictarum ad quæ capitula quælibet videlicet earum ad ſuum capitulum tenerentur mittere, nec non ipſi Fratres, & Sorores tenerentur ad illa venire in tali numero, & tali modo, ſicut ordinatum fuerat inter eos, ita quod non eſſet diſcurſus eorumdem Fratrum, & Sororum in magna multitudine per villas, & itinera, poſſentq; dicti Fratres, & Sorores in eorum capitulo tractare de omnibus cauſis ſuum ſtatum tangentibus, ac conſtituere officiarios, & abſoluere, nec non corrigere caſus, quorum ad eos correctio pertineret. Inſuper facere ſtatuta noua, & vetera corrigere augendo, vel minuendo ſecundum quod eis melius, & purius ad obſeruationem ſuorum votorũ in hac parte videretur expedire cum conſilio tamen eorum Viſitatoris ſæpe dicti, ſed ſi Fratres, vel Sorores prædicti ſtatuta noua facerent, vel aliquid renouarent nullius
eſſet auctoritatis donec illud per Diœceſanum loci foret confirmatum, ad quod fa- D
ciendum teneretur Epiſcopus loci dum tamen præfata ordinatio, ſeu innouatio foret rationabilis, & vtilis ad eorum obſeruantiam, & puritatem votorum, & alias non; poſſentq; de cætero dicti Fratres, & Sorores in ſuis capellis earumdem domorum coram ſe facere miſſam, & alia diuina officia celebrari ſolemniter, & campanile, & campanam ab extra ſuum tectum habere totiens quotiens eis placeret, & facultatem haberent vt eis expediendum fore videretur. Quare prædicti Fratres, & Sorores dictorum locorum nobis humiliter ſupplicarunt, quatenus præmiſſis per eos ſtatutis, & ordinationibus, vt præfertur omnibus pro ipſorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere de ſpeciali gratia dignaremur. Nos

igitur

igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati præmiſſa omnia, & ſingula prout per A eoſdem Fratres, & Sorores in dictis partibus ac domibus locis, & Epiſcopatu degentibus, vt præmittitur proinde ſtatuta, & ordinata facta fuerunt, & omnia inde ſequuta, rata habentes, & grata; ea ex certa ſcientia auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan interuenerunt in eiſdem; iure tamen Parochialium Eccleſiarum in quarum iuriſdictionibus dictæ domus ſituantur, & alterius cuiuſcumq; in omnibus ſemper ſaluo; ſtatuentes nihilominus, & eadem auctoritate ordinantes, quod huiuſmodi capitula, ſeu regulæ, nec non modus viuendi per ipſos Fratres, & Sorores, qui nunc ſunt, & illos etiam, qui erunt pro tempore in partibus, & Diœceſi Morinenſi debeant inuiolabiliter obſeruari, quodq; ipſi Fratres, & Sorores illos diligenter ſequendo, & obſeruando per Diœceſanum, ac locorum ordinarios, ſeu quoſq; alios, quauis auctoritate fungentes contra capitula, regulas, & modum B viuendi huiuſmodi ſub quouis quæſito colore nõ poſſint nec debeant in aliquo moleſtari, non obſtantibus felicis recordationis Ioannis Papæ XXII. etiam prædeceſſoris noſtri, quæ incipit Sancta Romana &c. Et alijs Apoſtolicis, nec non Prouincialibus, & ſinodalibus conſtitutionibus, ac concilijs, & alijs contrarijs quibuſcumq;, decernentes etiam ex nunc irritos, & innanes omnes proceſſus, nec non excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, ſi quos, vel ſi quas contra præmiſſa, vel eorum aliquod ſcienter vel ignoranter forſan promulgari contigerit, vel haberi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, communitionis, ſuplectionis, ſtatuti, ordinationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. apud Sanctum Antonium extra muros Florentinos ſeptimo C Calendas Septembris Pontificatus noſtri anno quarto. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innouationis, communitionis, voluntatis, extenſionis, conſtitutionis, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotẽtis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurũ. Dat. Romæ apud Sanctos Apoſtolos tertio decimo Calendas Iulij Pontificatus noſtri anno tertio decimo.

In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes literas ſiue præſens publicum inſtrumentum, tranſumptum huiuſmodi in ſe continentes, ſiue continens exinde fieri, & per Notarium publicum infraſcriptum noſtrum, & dictæ Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Notariũ ſubſcribi, & publicari mandauimus. Sigilliq; dictæ Curiæ, quo vtimur iuſſimus, & fecimus appenſione communirj. Dat. Romæ in domo habitationis noſtræ ſub anno à Natiuitate Domini D milleſimo, quadrigenteſimo quadrageſimo nono, indictione duodecima, die vero Sabbati quinta menſis Aprilis Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Cicolai diuina prouidentia Papæ Quinti anno tertio. Præſentibus ibidem diſcretis viris Magiſtris Laurentio Venatij de Vrbe, & Iuliano de Creſtis de Florentia dictæ Curiæ Notarijs teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Et ego Ioannes Nicolai Andreæ de Caſtello publicus Imperiali authoritate, nec non cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ prædictæ Notarius, quia ſupra inſertarũ literarum Apoſtolicarum præſentationi ipſarumq; receptioni, viſioni, tranſumptioni, decreti quoq;, & authoritati dicti Domini Auditoris interpoſitioni, omnibuſq; alijs & ſingulis præmiſſis dum ſic vt præmittitur agerentur, & fierent vna cum præ-

nominatis teſtibus præſens fui, eaq; ſic fieri vidi, & audiui. Et qui a ipſarum ſupra inſertarum literarum Apoſtolicarum vna cum ipſarum originali in præſentia dicti domini Auditoris fidelem auſculationem feci, & ambas ſcripturas in omnibus concordare inueni. Idcirco vt huic præſenti tranſumpto per alium, (me alijs occupato negotijs) fideliter ſcripto de cætero plena fides adhibeatur, me de ipſius domini Auditoris mandato ſubſcripſi; & publicaui, ſignoq;, & nomine meis ſolitis, & conſuetis, vna cum appenſione ſigilli dictæ Curiæ cauſarum Camæræ Apoſtolicæ ſignaui, rogatus, & requiſitus. In fidem, & teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum. A

Eugenius Papa IV.

SVMMARIVM.

B

CAſſat, & annullat literas Mart. V. quibus mandabatur, Fratres, & Sorores de Pænitentia ſubijci debere ſuperioribus Fratrum Minorum. Eoſq; de Pænitentia relinquit diſpoſitioni per Nic. IV. in Bulla. Super montem Catholicæ fidei &c. Factæ. Ac præcipit, ne dicti Fratrum Minorum Superiores aliquo modo Fratres, & Sorores de Pænitentia moleſtare audeant, & dat executores.

VNiuerſis, & ſingulis Reuerendis in Chriſto Patribus Dominis Dominis Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Diœceſanis, & locorum ordinarijs cuiuſcumq; eorum, & cuiuſlibet ipſorum in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarijs, ſeu Officialibus generalibus, nec non Iudicibus, Conſeruatoribus & Commiſſarijs quibuſcumq;, quacumq; auctoritate fungentibus, cuiuſcumq; ſtatus, dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant omnibuſq; alijs & ſingulis quorum intereſt, vel intererit, quoſq; infraſcriptum tangit negotium ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum, communiter, & diuiſim per Almam Vrbem eiuſq; diſtrictum, nec non per Prouincias, Ciuitates, & Diœceſes quaſcumq; conſtitutus, & eorum cuilibet inſolidum, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ peruenerint. Petrus Nardi de Veralleſtis Decretorum Doctor Archipresbyter Eccleſiæ Sanctorum Celſi, & Iuliani de Vrbe Executor, & Commiſſarius ad infraſcripta vna cum infraſcriptis noſtris in hac parte Collegis ad illã clauſulã, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios &c. à Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus ſalutem in Domino & noſtris huiuſmodi, imò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis literas Sanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini noſtri Domini Eugenij diuina prouidentia Papæ Quarti vnam ſcilicet gratioſam, cum filis ſericeis rubei croceiq; coloris, aliam verò exequutoriam cum cordula canapis veris bullis plumbeis ipſius Domini noſtri Papæ impendeñ more Romanæ Curiæ bullatas ſanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, neq; in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes nobis pro parte Religioſorum virorum Fratrum, & Religioſarum Dominarum Sororum ordinis Fratrum de pœnitentia principalium in eiſdem literis Apoſtolicis principaliter nominatorum coram Notario publico, & teſtibus infraſcriptis præſentatas, Nos cum ea qua decuit reuerentia noueritis recepiſſe quarum quidem literarum Apoſtolicarum vnius videlicet gratioſæ tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis. C D

Eugenius

A EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Ad perpetuã rei memoriam ad Apoſtolicæ dignitatis apicem diuina diſpoſitione vocati, ex incumbente nobis ſollicitudinis officio ſingulorum, & præſertim ſub regulari obſeruantia pię ſtudio vitę degentium penſare conditiones habemus, vt debitum dirigentes ad ſingula reſpectum ſic circa illarum ſtatum ſalubrem vigilanti cura vacemus, quod ſuperni fauoris affluente præſidio proſperi ſucceſſus ope iuuentur, & excuſſis, quæ diſpendij vel turbationis extiterint optata ſuſcipiant iugiter incrementa. Dudum ſiquidem fel. record. Nicolaus Papa Quartus prædeceſſor noſter dilectis filijs Fratribus, ac dilectis in Chriſto filiabus Sororibus ordinis Fratrũ de pœnitentia literas conceſſis tenoris ſubſequentis.

B NIcolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs Fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis Fratrum de Pęnitentia, tàm præſentibus, quàm futuris, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Super montem catholicę fidei &c. Quæ Bulla poſita eſt ſupra fol. 8. lit. D.

Poſtmodum verò pro parte dilectorum filiorum Antonij de Maſſa Generalis, & ſingularum Prouinciarum Miniſtrorum vniuerſorumq; Fratrum Ordinis Minorũ bonæ memoriæ Martino Papæ Quinto etiam prædeceſſori noſtro expoſito quod nonnulli tàm Eccleſiaſticæ, quàm ſæcularis vtriuſq; ſexus perſonæ in diuerſis mundi partibus conſtitutæ, quæ ſub quodam velamine ſanctitatis habitum griſeum Ordinis Fratrum Minorum habitui quaſi conformem deferentes, & Beati Franciſci nomen aſſumentes de Tertia Regulą dicti Sancti aliàs de pœnitentia ſe appellabant, tàm ex priuilegijs eis, vt aſſerebant, conceſſis, quàm etiam propria auctoritate non nunquàm in communi, quandoquè verò ad partem ſub quadam viuendi normâ C quaſi in propria libertate & abſque debita ſubiectione, & obedientia religioſam vitam ducere ſe aſſerebant, & præſumebant. Vnde dicti Ordinis non ſolum confuſio generabatur, & contemptus, verum etiam ſimplices ſic decepti ad diuerſas ducebantur hæreſes, & errores, pluraquè, ſcandala, & pericula proueniebant animarum. Dictus Martinus prædeceſſor per ſuas literas Venerabili Fratri noſtro Jordano Sabineñ. tunc Albaneñ. Epiſcopo dedit in mandatis, vt omnes, & ſingulos Fratres, & Sorores de regula vel pœnitentia huiuſmodi nuncupatos tàm præſentes, quàm futuros, cuiuſcumq; gradus, vel conditionis eſſent, & vbicumquè conſiſterent eidem ordini, & eius Superioribus in omnibus eorum tamen viuendi, & continendi forma ſemper ſalua ſubijcere, ipſoſquè prædictis Generali, & Prouincialibus miniſtris pro tempore exiſtentibus, quemadmodum cęteri, & veri dicti Ordinis Fratres, & Sorores ſubiecti exiſterent, ſubiectos eſſe debere decerneret. Statuens, D & ordinans quòd præfati Miniſtri Fratres de regula, & Sorores prædictæ quotiens expediens foret per ſe vel alios ad hoc idoneos viſitare, corrigere, & delinquentes, & excedentes pro demeritis punire, & emendare, eorumquè confeſſiones audire, & ipſis pœnitentiam ſalutarem iniungere, ac omnia Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare, omnemq; aliam, quę tamen illorum obſeruantię, ſeu continentię penitus non obuiaret iuriſdictionem in eos exercere valerent, prout in literis Martini prędeceſſoris huiuſmodi plenius continetur. Cùm autem ſicuti fidedignorum relatione, experientiaq; comperimus occaſione ſubiectionis nec non ſtatuti, & ordinationis, quę pretextu literarum Martini prędeceſſoris huiuſmodi facta fuere, lites etiam indeciſę pendentes, necnon ſcandala, et inconuenientia plurima prodierint hactènus, et de maioribus niſi deſuper Apoſtolicę ſedis prouiſio quantocius adſit

veriſi-

veriſimilitèr formidetur. Et qui donec pręmiſſa daretur occaſio quietis votiueq; directionis vbertate progreſſus eſt ipſorum fratrum, de pœnitentia, & ſororum ſtatus omnino redderetur intranquillus. Nos igitur qui ex paternæ charitatis officio pacificum quorumlibet fidelium, et pręſertim Regularis Obſeruantię vt eò liberius altiſſimo famulari poſſint, profeſſorum ſtatum confouere nec non ab eis quaſlibet turbationum materias compellere votis feruentibus affectamus, attentè recenſentes congruum non exiſtere quod ipſarum dicti Nicolai prædeceſſoris, quatàm digeſtè, tàm quoque maturitate, & liberationis adminiculo proceſſerunt, & quibus alias longeus adeò temporum curriculis derogatum non fuit literarum ſeries alicuius debeat facto præcipitationis immutari, præmiſſis quoq; ſcandalis, & inconuenientijs quantum nobis ex altopermittitur obuiare, necnon ſalubre remedium adhibere cupientes, ac omnes prædictas lites penitus extinguẽtes, literas Martini prædeceſſoris, illarumquè pretextu facta vt præmittitur ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi, & quæcumquè inde ſequuta, auctoritate Apoſtolica pręſentium ſerie de certa ſcientia reuocamus, caſſamus, & irritamus ac nullius volumus exiſtere firmitatis. Decernentes ipſas literas eiuſdem Nicolai prædeceſſoris plenarium debere roboris obtinere vigorem perinde in omnibus, & per omnia ac ſi præfatę literæ dicti Martini prædeceſſoris nullatenus emanaſſẽt irritum quoquè & inane quicquid in contrarium à quoquàm, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, ac diſtrictius inhibentes miniſtris, & ipſius Ordinis Minorum Fratribus prædictis, ne pretextu literarum Martini prædeceſſoris huiuſmodi Fratres de pœnitentia Sororeſque præfatos, vel eorum aliquem vexent quomodolibet, aut moleſtent non obſtantibus pręmiſſis cęteriſque contrarijs quibuſcũque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ extinctionis caſſationis, irritationis, conſtitutionis, inhibitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationẽ Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicę milleſimo quadringenteſimo trigeſimo primo decimo ſeptimo Cal. Decembris, Pontificatus noſtri anno primo. Alterius verò literę videlicèt executorię tenor ſic incipit.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Compoſtellañ, & Epiſcopo Peruſiñ, ac dilecto filio Archipresbytero Eccleſię Sanctorum Celſi, & Iuliani de Vrbe ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Hodie noſtras fieri mandauimus literas tenoris infraſcripti.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Ad perpetuam rei memoriã ad Apoſtolicam dignitatis apicem diuina diſpoſitione vocati &c. Et ſic ſcript. Cupientes igitur vt huiuſmodi noſtrę literę progreſſu temporis irrefragabiliter obſeruentur, diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium ſeu alios ipſis Fratribus de pœnitentia, & Sororibus oportune defenſionis auxilijs aſſiſtentes, non permittatis eos, vel aliquem illorũ contra noſtras conſtitutiones, & inhibitiones prędictas à miniſtris vel eiuſdem Ordinis Minorum Fratribus pręfatis, ſeu quibuſuis alijs indebitè moleſtari, aut ipſis diſpendia, vel iniurias quomodolibet irrogari. Contradictores per cenſuram Apoſtolicam appellatione poſt poſita compeſcendo; non obſtantibus omnibus ſupradictis, & pię mem. Bonifatij Papę Octaui etiam prędeceſſoris noſtri quibus cauetur

ne quis

ne quis extra ſuam Ciuitatem, vel diœceſim niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne Iudices à Sede Apoſtolica deputati extra Ciuitatem & diœceſim in quibus deputati fuerint contra quoſcumq; procedere, ſiuè alij, vel alijs vices ſuas committere præſumant, & alijs Apoſtolicis conſtitutionibus contrarijs quibuſcumque. Aut ſi Miniſtris, & Ordinis Minorum Fratribus huiuſmodi, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim ab eadem ſede ſit indultum, quod interdici ſuſpendi, vel excõmunicari, aut extra vel vltra certa loca ad iudicium euocari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo primo decimo ſeptimo Calendas Decembris Pontificatus noſtri anno primo. Poſt quarum quidem literarum Apoſtolicarum præſentationem & receptionem fuimus pro parte dictorum Fratrum, & Sororum de pœnitentia principalium debita cum inſtantia requiſiti quatenus ad executionem dictarum literarum Apoſtolicarum, & contentorum in eiſdem procedere dignaremur, iuxta traditam ſeu directam à Sede Apoſtolica nobis formam. Nos igitur Petrus Archipresbyter executor, & Commiſſarius præfatus attendentes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, & conſonam rationi, ac volentes mandatum Apoſtolicum nobis in hac parte directum reuerenter exequi vt tenemur. Idcirco auctoritate Apoſtolica nobis in hac parte commiſſa, & qua fungimur ſupradictas literas Apoſtolicas, & hunc noſtrum proceſſum, ac omnia, & ſingula in eis contenta vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & alijs quorum intereſt vel intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, quibus noſter præſens proceſſus dirigitur, communiter, & diuiſim intimamus, inſinuamus, & notificamus, ac ad veſtram, & cuiuſlibet veſtrum notitiam deducimus & deduci volumus per præſentes, & nihilominus vos omnes, & ſingulos ſupradictos, & veſtrum quemlibet inſolidum tenore præſentium requirimus, & monemus, primo, ſecundo, tertio, & peremptoriè, vobiſq; nihilominus, & veſtrum cuilibet in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub infraſcriptis ſententiarum pœnis diſtrictè præcipiendo mandamus quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt præſentationem, ſeu notificationem præſentium vobis, ſeu alteri veſtrum factas, & poſtquam pro parte dictorum Fratrum, & Sororum de pœnitentia principalium, coniunctim, vel diuiſim fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus immediatè ſequentes, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis pro tertio, & peremptorio termino ac monitione Canonica aſſignamus ſupradictis Fratribus, & Sororibus de pœnitentia opportunæ defenſionis auxilijs aſſiſtentes prædictos Fratres, & Sorores de pœnitentia, vel aliquem eorum contra præinſertarum literarum Apoſtolicarum formam, & tenorem à Religioſis viris Dominis Generali, ſingulis Prouincialibus, Miniſtris, Guardianis, Cuſtodibus, Lectoribus, cæteriſq; Officialibus, Conuentibus, & Fratribus Ordinis Minorum, ſiuè alijs perſonis quibuſuis, aut ad eorundem ſeu alterius ipſorum inſtantiam à conſeruatoribus, exequutoribus, ſubexequutoribus, Delegatis, ſubdelegatis, Commiſſarijs, aut Iudicibus quibuſcumq;, quorumcumq; priuilegiorum, literarum Apoſtolicarum, ſtatutorum, & ordinationum, ſub quauis verborum forma conceſſorum, & emanatorum prætextu, directè, vel indirectè, quouis quæſito colore, vel quacumq; de cauſa indebitè vexari, inquietari, moleſtari, aut eiſdem Fratribus, & Sororibus communiter,

niter, vel diuiſim diſpendia, vel iniurias irrogari, aut impedimentum aliquod, quominus literæ Apoſtolicæ ſupraſcriptæ, & præſens noſter proceſſus, ac contenta in eiſdem ſuum debitum conſequantur effectum Fratres, & Sorores de pœnitentia principales huiuſmodi præinſertis literis Apoſtolicis, & contentis in eiſdem & noſtris proceſſibus, atque ſtatutis ordinationibus, & priuilegijs de quibus in literis præfatis fit mentio illibate vti valeant, & gaudere pacificè, & quietè quouis modo fieri, aut præſtari non permittatis, ſeu alter veſtrum non permittat, inhibentes, & interdicentes vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis communiter, & diuiſim ſub pœnis, & ſententijs infraſcriptis auctoritate Apoſtolica præfata, ne Fratres, aut Sorores de pœnitentia præfatos, ſeu eorum aliquem quarumcumq; literarum, ſeu priuilegiorum vigore ad cuiuſuis perſonæ inſtantiam, ſeu petitionem contra dictarum literarum Apoſtolicarum, & præſentis noſtri proceſſus formam, & tenorem moleſtetis, vexetis, perturbetis, & inquietetis, aut diſpendia, ſeu iniurias irrogetis, aut impedimentum præſtetis, ſeu aliquis veſtrum præſtet, moleſtet, vexet, perturbet, inquietet, irroget, aut impediat quoquomodo. Monemus inſuper modo, & forma præmiſſis vos omnes, & ſingulos ſupradictos ſub ſimilibus pœnis, & ſententijs infraſcriptis quatenus infra trium dierum terminum, cum ſuper hoc fueritis requiſiti ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus immediatè ſequentes, accedentes etiam perſonaliter vbi propterea fuerit accedendum ſupradictis Generali, Prouincialibus Miniſtris, Guardianis, Cuſtodibus, Lectoribus, cæteriſq; Officialibus, Conuentualibus, & Fratribus Ordinis Minorum, ſiuè aliis perſonis quibuſuis, necnon exequutoribus, ſubexequutoribus, Delegatis, ſubdelegatis, Iudicibus, & Commiſſarijs quibuſcumq; quacumq; auctoritate fungentibus communiter, & diuiſim ſub pœnis, & ſententijs infraſcriptis inhibeatis, quibus, & eorum ſingulis ſic etiam inhibemus, & quos pœnas contra huiuſmodi inhibitionem facientes ſeu attentantes poſt lapſum trium dierum terminũ ex tunc immediatè ſequentes incurrere volumus ipſo facto, ne Fratres, & Sorores de pœnitentia prædictos coniunctim vel diuiſim prætextu quarumcumq; literarum priuilegiorum, ſtatutorum, & ordinationum ſub quauis verborum forma hactenus eis conceſſorum, & à quocumq; emanatorum contra formam, & tenorem literarum Apoſtolicarum præinſertarum vexent, moleſtent, perturbent, inquietent, aut diſpendia, ſeu iniurias irrogent, neque procedant contra Fratres, & Sorores præfatos, ſeu eorum aliquem quouiſmodo, per ſe vel alium, ſeu alios, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quouis quæſito colore, neque impediant quominus ſupraſcriptæ literæ Apoſtolicæ & contenta in eiſdem ſuum debitum conſequantur effectum, ſed permittant præfatos Fratres, & Sorores de pœnitentia prædictos eorum ſtatutis, orninationibus, & priuilegijs illibatè vti, & gaudere. Et ſi quid contra literarum Apoſtolicarum præinſertarum, & præſentis noſtri proceſſus formam, & tenorem aliquid hactenus forſan attentatum eſt, ſeu in poſterum contigerit attentari quoquomodo in præiudicium Fratrum, & Sororum de pœnitentia principalium prædictorum, id totum reuocare, & in ſtatum priſtinum reducere per vos, vel alterum veſtrum volumus iuſtitia mediante. Quod ſi fortè præmiſſa omnia, & ſingula prout ſupra per nos fieri mandantur non adimpleueritis, ſeu aliquis veſtrum non adimpleuerit cum effectu, aut ſuper præmiſſis in præiudicium dictorum Fratrum, & Sororum de pęnitentia quicquàm diſpoſueritis, vel diſpoſuerit, ſeu attentaueritis, vel attentauerit aut ipſos Fratres, & Sorores in aliquo impediueritis, vel impediuerit, ſeu impedientibus huiuſmodi dederitis, vel

dederit

dederit auxilium, conſilium, vel fauorem publicè, vel occultè, directè, vel indi-
A rectè, quouis quæſito colore ſingulariter in vos omnes, & ſingulos, qui in præ-
miſſis deliqueritis, & generaliter in quoſcumq; alios contradictores, & rebelles,
tàm Eccleſiaſticos, quàm Seculares, cuiuſcumq; dignitatis, ſtatus, gradus, or-
dinis, vel conditionis exiſtant, niſi infra dictum ſex dierum terminum à contradi-
ctione, rebellione, & impedimento huiuſmodi omnino deſtiteritis, ſeu deſtiterint,
ac mandatis, & monitionibus noſtris huiuſmodi, imò verius Apoſtolicis nõ paru-
eritis, ſeu paruuerint cum, effectu ex nunc prout ex tunc prædicta Canonica mo-
nitione præmiſſa, auctoritate Apoſtolica excommunicationis in Capitula verò Col-
legia, & Conuentus quæcumque in his delinquentia ſuſpenſionis à diuinis, & in
ipſorum delinquentium Eccleſias, Monaſteria, & Cappellas interdicti ſententias
ferimus in his ſcriptis, & etiam promulgamus. Vobis verò Reuerendis Patribus
Dominis Patriarchis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, quibus ob reuerentiam veſtra-
B rum Pontificalium dignitatum deferendum duximus in hac parte ſi contra præ-
miſſa aut aliquod præmiſſorum feceritis, ſeu alter veſtrum fecerit per vos, vel ſub-
miſſas perſonas dicta Canonica monitione præmiſſa ex nunc prout ex tunc ingreſ-
ſum Eccleſiæ interdicimus in his ſcriptis. Et ſi huiuſmodi interdictum per alios
ſex dies dictos ſex dies immediatè ſequentes ſuſtinueritis vos in eiſdem ſcriptis ex
nunc prout ex tunc dicta Canonica monitione præmiſſa ſuſpendimus à diuinis. Ve-
rum ſi præfatas interdicti, & ſuſpenſionis ſententias per alios ſex dies dictos duo-
decim dies immediatè animis, quod abſit, ſuſtinueritis induratis ex nunc, prout ex
tunc, & ex tunc prout ex nunc in his eiſdem ſcriptis excommunicationis ſenten-
tia innodamus. Cæterum cum ad executionem vlteriorem in præſenti negotio
faciendam nequeamus quoad præſens, pluribus alijs arduis in Romana Curia ne-
gotijs præpediti præſens, & perſonaliter intereſſe Vniuerſis, & ſingulis Dominis
C Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Canto-
ribus, Cuſtodibus, Theſaurarijs, Sacriſtis, Suuentoribus, tàm Metropolitanarũ
& Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parrochialiumq; Eccleſiarũ
Rectoribus, ſeu Locatenẽ, eorundem Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Cu-
ratis, & non Curatis, cæteriſq; Presbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus
publicis quibuſcumq; per Almam Vrbem eiuſq; diſtrictum, necnon Prouincias,
Ciuitates, & Diœceſes quaſcumque, ac alias vbilibet conſtitutas, & eorum cui-
libet inſolidum pro vlteriori executione dicti mandati Apoſtolici, atq; noſtri fa-
cienda tenore præſentium committimus plenariè vices noſtras, donec eas ad nos
duxerimus reuocandas. Quos nos etiam tenore præſentium requirimus, & mo-
nemus primo, ſecundo, tertio, & peremptoriè, eiſque nihilominus in virtute
D Sanctæ Obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna quam in eos, & eorum
quolibet, niſi fecerint quod mandamus diſtrictè præcipiendo mandantes, quate-
nus infra ſex dierum ſpatium poſtquàm pro parte dictorum Fratrum, & Sororum
de Pœnitentia principalium coniunctim, vel diuiſim ſuper hoc fuerint requiſiti,
ſeu alter eorum fuerit requiſitus, immediatè ſequentes, quem terminum eis, &
eorum cuilibet, pro omni dilatione & Canonica monitione aſſignamus, ita tamen
quod in his exequendis alter alterum non expectet; nec alter per alium ſe excuſet
ad præfatos Reuerendos Patres Dominos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſco-
pos diœceſanos locorum ordinarios officiales exequutores, ſubexequutores, dele-
gatos, ſubdelegatos, Iudices, Conſeruatores, & Commiſſarios quacumq; aucto-
ritate fungentes & præſertim Generalem, Prouinciales, Miniſtros, Cuſtodes

Guardianos, Lectores, cæteroſq; Officiales, & Conuentus ac loca alia de quibus, vbi, quando & quotiens expediens fuerit perſonaliter accedant, ſeu alter eorum accedat, dictaſq; literas Apoſtolicas & hunc noſtrum proceſſum, ac omnia, & ſingula in eis contenta vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis communiter, & diuiſim legant, intiment, inſinuent, notificent, & publicent, ac intimari, inſinuari & fideliter publicari procurent, necnon ſupradictis Fratribus, & Sororibus de Pœnitentia optimis defenſion auxilijs aſſiſtentes Fratres, & Sorores huiuſmodi, vel aliquem eorum contra præinſertarum literarum Apoſtolicarum formam, & tenorem à præfatis Generali, Prouincialibus, Miniſtris, Guardianis, Cuſtodibus, Lectoribus, cæteriſq; Officialibus, ſeu alijs quibuſcumq; Fratribus Ordinis Minorum, ſiuè alijs quibuſuis perſonis, aut ad eorundem, ſeu alterius ipſorum inſtantiam à Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Diœceſanis, locorum Ordinarijs, Exequutoribus, Subexequutoribus, Delegatis, Subdelegatis, Conſeruatoribus, Commiſſarijs, ſeu Iudicibus quibuſcumq; quorumcumq; priuilegiorum, literarũ Apoſtolicarum, ſtatutorum, ordinationum ſub quauis verborum forma conceſſorum, & emanatorum prætextu directè, vel indirectè quouis quæſito colore, vel quacumq; de cauſa indebitè vexari inquietari, moleſtari, aut eiſdem Fratribus, & Sororibus, communiter vel diuiſim diſpendia, vel iniurias irrogari, aut impedimentum aliquod quouis modo fieri, ſeu præſtari, quominus dictæ literæ Apoſtolicæ & præſens noſter proceſſus, ac contenta in eiſdem ſuum debitum conſequantur effectum, dictiq; Fratres, & Sorores de pœnitentia principales huiuſmodi literis Apoſtolicis, & noſtris proceſſibus, atq; ſtatutis ordinationibus, & priuilegijs de quibus in literis præfatis fit mentio illibatè vti habeant & gaudere pacificè non permittant, ſeu alter eorum non permittat. Et inſuper Reuerendis Patribus, & Dominis Dominis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis Diœceſanis, locorum ordinarijs, exequutoribus, ſubexequutoribus, Delegatis, Subdelegatis Conſeruatoribus Commiſſarijs, & Iudicibus, ac Generali, Prouincialibus, Miniſtris, Guardianis, Cuſtodibus, Lectoribus, cæteriſq; Officialibus Conuentualibus, ſeu alijs quibuſcumq; Fratribus, & perſonis ſupradictis communiter & diuiſim inhibeant, ſeu alter eorum inhibeat ſub excommunicationis pœna prædict. vt præfertur, quam contra huiuſmodi noſtram inhibitionem facien lapſo trium dierum termino incurrere volumus ipſo facto, ſalua modificatione ſupraſcripta quoad Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Diœceſanos, & locorum ordinarios dumtaxat habenda, ne Fratres, & Sorores huiuſmodi, vel aliquem eorum prætextu quarumcumq; literarum Apoſtolicarum, priuilegiorum, ſtatutorum, & ordinationum, ſub quauis verborum forma emanatorum hactenus conceſſorum contra formam, & tenorem literarum Apoſtolicarum præinſertarum vexent, moleſtent, perturbent, inquietent, aut diſpendia, ſeu iniurias irrogent, neque ad inſtantiam Generalis, aut aliorum Officialium Ordinis Minorum, & perſonarum præfatorũ contra Fratres, & Sorores huiuſmodi coniunctim, & diuiſim quouis modo per ſe, vel alium, ſeu alios, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè procedant ſeu attentent, ſeu aliquis eorum vexet, moleſtet, & perturbet, inquietet, aut diſpendia, ſeu iniurias irroget procedat, ſeu attemptet, neque impedimentum præſtet, quominus ſupraſcriptæ literæ Apoſtolicæ, & contenta in eiſdem ſuum debitum conſequantur effectum dictiq; Fratres, & Sorores præinſertis literis Apoſtolicis, ſtatutis, & ordinationibus in eiſdem contentis illibate vti valeant, & gaudere pacificè. Et ſi quid contra literarum Apoſtolicarum præinſertarum, & præſentis noſtri pro-

ſtri proceſſus formam, & tenorem aliquid forſan attentatum eſt, ſeu in poſterum
A contigerit attemptari quoquomodo in præiudicium Fratrum, & Sororum de Pœ-
nitentia principalium prædictorum id totum reuocent, & in ſtatum priſtinum re-
ducent iuſtitia mediante. Super quibus omnibus, & ſingulis præfatis noſtris ſub-
delegatis communiter & diuiſim tenore præſentium plenariam concedimus facul-
tatem atque poteſtatem, & generaliter omnia alia, & ſingula nobis in hac parte
commiſſa fideliter exequantur iuxta traditam, ſeu directam à Sede Apoſtolica
nobis formam, & præſentis noſtri proceſſus continentiam & tenorem ita tamen
quod ijdem ſubdelegati noſtri in præiudicium dictorum Fratrum, & Sororum
de Pœnitentia nil valeant attemptare nec circa dictas ſententias per nos latas abſol-
uendo, vel ſuſpendendo aliquid immutare. In cæteris autem quæ dictis Fratribus,
& Sororibus nocere poſſent in præmiſſis quomodolibet, vel obeſſe, præfatis no-
ſtris ſubdelegatis, & eorum cuilibet poteſtatem omnimodam denegamus. Et ſi
B contingat nos ſuper præmiſſis in aliquo procedere de quo nobis poteſtatem omni-
modam reſeruamus non intendimus propterea cōmiſſionem noſtram huiuſmodi
in aliquo reuocare, niſi de reuocatione ipſa ſpecialem, & expreſſam in noſtris li-
teris fecerimus mentionem, per proceſſum autem noſtrum huiuſmodi nolumus,
nec intendimus noſtris in aliquo præiudicare Collegis quominus poſſint, ſeu alter
eorum poſſit ſeruato tamen hoc noſtro proceſſu in huiuſmodi executione negotio
vlterius procedere, prout ipſis, ſeu eorum alteri viſum fuerit expedire. Præfatas
quoque literas Apoſtolicas & hunc noſtrum proceſſum volumus penes dictos Fra-
tres, & Sorores remanere, & non per vos, vel aliquem veſtrum contra eorum
voluntatem quomodolibet detineri. Contrarium verò facientes præfatis noſtris
ſententijs prout in ſcriptis late ſunt ipſo facto volumus ſubiacere. Mandamus ta-
C men copiam fieri de præmiſſis eam petentibus & habere debentibus, petentium
quidem ſumptibus, & expenſis. Abſolutionem verò omnium, & ſingulorum
qui præfatas noſtras ſententias, aut earum aliquam incurrerint, ſeu incurrerit quo-
quomodo nobis, vel Superiori noſtro tantummodo reſeruamus. In quorum om-
nium & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes literas, ſiuè
præſens publicum inſtrumentum noſtrum proceſſum in ſe continentes, ſiuè con-
tinens exinde fieri, & per Notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi, & publi-
cari mandauimus ſigilliq; Venerabilis, & circonſpecti viri Domini Petri Martini
de Caucis rubeis decretorum Doctoris, & dicti Palatij Apoſtolici cauſarum Audi-
toris ob noſtri ad præſens carentiam iuſſimus appenſione communiri. Datum, &
actum Romæ apud Sanctum Petrum in Palatio cauſarum Apoſtolico in quo iura
reddi ſolent, nobis inibi mane hora cauſarum ad iura reddendum in loco noſtro
D ſolito, & conſueto pro Tribunali ſedentes, ſub anno à Natiuitate Domini milleſi-
mo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo. Indictione decima Die verò lunę vigeſi-
ma octaua menſis Aprilis, Pontificatus præfati Domini noſtri Domini Eugenij
Papæ Quarti Anno ſecundo. Præſentibus ibidem diſcretis viris Magiſtris Ioanne
Roſenboem, & Chriſtiano Gikens notarijs publicis ſcribiſq; noſtris Clericis Co-
lonieñ, & Cameraceñ diœc. teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Et ego Bertoldus Helmici Ciuitatis Colonienſis diœceſis publicus Apoſtolica
auctoritate Notarius, quia præmiſſis omnibus, & ſingulis dum ſic vt præmittitur
per Venerabilem, & circumſpectum virum Dominum Petrum Nardi Archipre-
ſbyterum, & executorem præfatum, ac coram eo fieñ, & agendum, vna cum præ-
nominatis teſtibus præſens fui, eaq; omnia, & ſingula, ſic fieri vidi, & audiui. Ideo-
eo hoc

co hoc præſens publicum inſtrumentum per alium fideliter ſcriptum exinde confici, ſubſcripſi, & publicaui, & in hanc publicam formam redegi, ſignoq; & nomine meis ſolitis, & conſuetis vna cum memorati Domini Petri Martini de Caueis rubeis Auditoris ſigilli appenſione ſignaui rogatus, & requiſitus, in fidem, & teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum. A

Eugenius Papa IV.

SVMMARIVM.

Concedit, quod fratres de Pœnitentia eligant in Generalem vnum ex eodem ordine Sacerdotem, qui præſit fratribus, Monaſteriis, & bonis Religionis, cum auctoritate ampliſſima, contra delinquentes, & circa ordinis negotia. Cum facultate abſoluendi à pœnis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, & diſpenſandi ab irregularitatibus; Confeſſioneſq; fratrum ſuorum, & ſeruitorum per ſe, vel per ſacerdotes ordinis audiendi, atq; illis alia ſacramenta Eccleſiæ adminiſtrandi. Cuius Generalis officium duret per triennium. Quodq; bona profeſſorum pertineant ad domos, in quibus profeſſi ſunt. Et profeſſi matrimonium contrahere, extra ordinem officia, vel beneficia obtinere, atq; ſine Generalis licentia manere non poſſint. B

EVGENIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Iniunctum nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officium nos excitat, atq; compellit: vt circa ea, quæ ſunt monaſteriorum, aliorumq; religioſorum locorum, ac domorum, necnon in illis ſub regulari habitu degentium perſonarum omni ſtatui conſulere paternis, & ſollicitis ſtudijs intendamus, & quòd illa pro noſtræ prouiſionis miniſterio diuini fauoris auxilio ſuffragante debitæ reformationis beneficio gaudeant, ac felicia in ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiant incrementa, efficaces opem, & operam quantum cum Deo poſſumus fauorabiliter impendamus. C Hinc eſt quòd nos dilectorum filiorum vniuerſorum fratrum domorum, & locorum tertij Ordinis ſancti Franciſci de Pœnitentia nuncupati infra Legionis, & Caſtellæ regna conſiſtentium inter cætera aſſerentium, quòd ipſi domos, & loca prædicta communia habere, ac in illis communiter, & aliàs laudabiliter viuere, ac nonnulla ſalubria, & vtilia ſtatutum, directionem, conſeruationem, & augmentum domorum, & ordinis prædictorum concernentia ſtatuta, & ordinationes in Generali eorum Capitulo per ipſos vltimo celebrato feciſſe, & addidiſſe. Quodq; etiam inter eos plures Clerici, atq; Sacerdotes etiam docti, & experti fore noſcuntur. In hac parte ſupplicationibus inclinati tam præſentibus quàm futuris præfati ordinis fratribus in prædictis, & alijs infra Regna prædicta pro tempore conſiſtentibus dicti ordinis domibus, atq; locis pro tempore degentibus: quòd eorum Generale Capitulum prima vice, & ſucceſſiue perpetuis futuris temporibus quoties illud celebrare contingeret, vnum ex ipſis, in ſacerdotio tamen conſtitutum, in eorum, ac præſentium, & futurorum præfati ordinis domorum, & locorum prædictorum Viſitatorem iuxta modum, & formam ab huiuſmodi Capitulo deſuper ſtatutis, ſeu ſtatuendis eligere, & deputare. Quodq; ipſe Viſitator ſic pro tempore electus, & deputatus ſuperior eorum eſſe, ac omnibus, & ſingulis domibus, & locis, ac fratribus præſentibus, & futuris prædictis, ac bonis ipſorum præeſſe, & eorum curam gerere, & exercere. Necnon de conſilio quorundam ipſius ordinis fratrum ad id D

per

per huiuſmodi capitulum pro tempore deputandorum omnes, & ſingulos præſentes, & futuros fratres prædictos pro tempore vagantes, ſeu aliàs delinquentes, aut inobedientes, ac ſtatuta, & ordinationes ædita, & ædenda præfati ordinis non ſeruantes, ſeu contra illa venientes, facientes, vt ad domos, & loca prædicta redeant coarctare, ac eos ſecundum eorum demerita, exceſſus, culpas, ac delicta punire, corrigere, & incarcerare, necnon ſuis pro tempore officijs priuare: & ab illis realiter amouere: aliaq; deſuper neceſſaria, & opportuna facere, & exequi etiam per cenſuram eccleſiaſticam: & alia iuris remedia, inuocato etiam deſuper (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis, ac eitam per ſeipſum dumtaxat Capitulum generale huiuſmodi congregare, illiq; præeſſe: ac idoneos ex dictis fratribus ad officia domorum, & locorum prædictorum quoties illa ceſſare, ſeu expirare contingerit deputare, & inſtituere: Necnon quoties opus fuerit omnes, & ſingulos præſentes, & futuros ordinis huiuſmodi fratres, ac ſorores ab omnibus, & ſingulis excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti ſententijs, & pœnis: quibus pro tempore irretiti fuerint in foro conſcientiæ dumtaxat abſolutionem: ac cum clericis, & presbyteris ex prędictis ſuper irregularitate (ſi qua ſententijs præfatis, vel earum aliqua ligati miſſas, & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrando, vel ſe immiſcendo quomodolibet pro tempore contraxerint) diſpenſare: Nec non etiam per ſe vel alios idoneos ex fratribus in ſacerdotio conſtitutis prædictis omnium, & ſingulorum fratrum, & ſororum præſentium, & futurorum prædictorum, ac illorum, & illarum ſeruitorum pro tempore confeſſiones audire: & pro commiſſis, dummodo talia non ſint, propter quæ ſit merito Sedes Apoſtolica conſulenda, debitam abſolutionem impendere: & ſalutarem pœnitentiam iniungere: & eorum cuilibet eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare libere, & licite poſſit, & valeat plenam, & liberam authoritate Apoſtolica tenore præſentium facultatem concedimus, ac etiam poteſtatem. Et inſuper quòd officium Viſitatoris pro tempore electi huiuſmodi vltra triennium à die ſuæ electionis computandum non perduret. Et quòd ipſe electus elapſo dicto triennio eidem officio in Capitulo prædicto libere cedere. Ac quod etiam omnes, & ſinguli fratres, & ſorores ordinis huiuſmodi præſentes, & futuri dicto pro tempore Viſitatori tanquàm eorum ſuperiori in omnibus iuxta ſtatuta ædita, & ædenda prædicta plenarie obedire, parere, & intendere teneantur, & debeant. Quodq; omnia eorum, & cuiuſlibet ipſorum bona in domibus, in quibus profeſſionem expreſſam pro tempore fecerint (illis bonis, de quibus infra tres menſes à die ingreſſus eorum in ordine prædicto computandos teſtati fuerint, dumtaxat exceptis) matre tamen vxoris, & filiorum eorundem, pro tempore in dicto ordine poſt obitum parentum ſuorum huiuſmodi remanere volentium, in omnibus ſemper ſaluo iure communia exiſtans: & ad domos, & loca huiuſmodi libere pertineant, & pertinere debeant. Et quòd etiam nullus ex fratribus præſentibus, & futuris præfatis poſt profeſſionem per eum emiſſam matrimonium contrahere, ac aliàs extra domos, & loca prædicta officium, ſeu aliàs aliquod beneficium eccleſiaſticum obtinere. Ac abſq; licentia ſpeciali dicti pro tempore Viſitatoris ſibi ex neceſſitate, ac ad tempus duntaxat, & non aliàs concedenda extra domos, ſeu loca huiuſmodi moram trahere, vel reſidere, aut alicui eccleſiæ, ſeu beneficio eccleſiaſtico pro precio, ſeu aliàs ſeruire poſſit, & debeat. Quodq; cum licentia extra domos commorantes, ſeu ſeruientes huiuſmodi pro tempore id totum, quod interim licite acquiſiuerit, & eis tunc ſuperfuerit domibus: in quibus profeſſionem fecerint integre dare, & aſſignare teneantur authoritate prædicta harum ſerie ita-

tie ſtatuimus, decernimus, atque concedimus. Volumus autem: quòd Fratres præſentes, & futuri prædicti ſub ordinariorum locorum obedientia, inquantum ſub illa ipſi præſentes Fratres eſſe conſueuerint, (alioquin ab illa liberi,) vt prius remaneant, & remanere debeant. Non obſtantibus, quòd Viſitator Fratrum, & domorum prædictorum alterius ordinis eſſe conſueuerit: ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon præfati Tertij Ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunq; firmitate alia, roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, ſtatuti, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare prẹſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurū. Datum Florentiæ Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadrigenteſimo quadrageſimo ſecundo, octauo Idus Februarij, Pontificatus noſtri anno XII. A B

Eugenius Papa IV.

SVMMARIVM.

Obedientiæ Vicarij Generalis vltramontani de obſeruantia committit Sorores tertij Ordinis collegialiter viuentes. Bulla incipit. Ordinis tui præſertim &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno 1446. nonis Februarij Pontificatus ſui anno 16. Et ponitur in Monum. Ord. Min. fol. 42.

C

Nicolaus Papa V.

SVMMARIVM.

Concedit Fratribus de Pænitentia in Italia conſiſtentibus poſſe Domos, Oratoria, Hoſpitalia, & loca perantea pacificè poſſeſſa retinere, ac alia de nouo fundare; ac Sacerdotes ordinis Sacramenta Eccleſiæ Fratribus prædictis miniſtrare; necnon Capitulum generale congregare, & in illo vnum ex ipſis in Viſitatorem, & Patrem principalem, atque alios quatuor Fratres, quorum conſilio idem Viſitator negotia pertractet, eligere; Quibuſcum oportuna ſtatuta condere, habitumq; Eremiticum aliqualiter immutare, atque totum Ordinem, Fratres, & loca gubernare, contradictores, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, iuris remedia, & ſecularis brachij auxilium compeſcere poſſit. Quam Bullam executus fuit Epiſcopus Eugubinus. Et conuocauit Capitulum generale pro prima vice à data Bulla in loco Caſtri de Monte-falco diæceſis fulginatenſis. D

REuerendiſſimis Reuerendis in Chriſto Patribus, & Dominis Dominis Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, electis, locorum ordinarijs præſentibus, & futuris, ac venerabilibus, & circunſpectis viris Dominis Capitulis quarumcumque Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium, ac Collegiatarum Eccleſiarum, & quibuslibet Prioribus, Miniſtris, Guar-

Guardianis domorum ſancti Franciſci per vniuerſam Italiam conſtitutis, cæteriſq; A perſonis, tam eccleſiaſticis, quàm etiam ſecularibus, ac omnibus, & ſingulis, quorum intereſt, vel intererit, aut intereſſe poterit, quos infraſcriptum tangit negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum, communiter, vel diuiſim, quibuſcumque nominibus cenſeantur, & quacumque præfulgeant Dignitate. Antonius eadem gratia Epiſcopus Eugubiñ Iudex, et Commiſſarius ad infraſcripta auctoritate Apoſtolica, vna cum Reuerendo in Chriſto Patre, et Domino Domino eadem gratia Epiſcopo Cremoneñ, ac venerabili, & Religioſo viro Domino Abbati Monaſterij ſancti Pauli extra muros Vrbis eorum proprijs nominibus non expreſſis nunc in remotis agentibus ſpecialiter conſtitutis ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi, Imò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis literas ſanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini noſtri Domini Nicolai diuina prouidentia Papæ Quinti cum cordula canapis in quibus quidem bulla gratioſa eſt in- B ſerta eius vera bulla plumbea more Romanæ Curiæ impendeñ, bullatas, ſanas ſiquidem integras non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpitione carentes, vt in eis prima facie apparebat nobis pro parte venerabilium, & religioſorum virorum vniuerſorum Fratrum Ordinis ſancti Franciſci de pœnitentia nuncupatorum in Italiæ partibus commorañ in eiſdem literis Apoſtolicis principaliter nominatorum, coram notario publico, & teſtibus infraſcriptis præſentatas, nos cum ea qua decuit reuerentia noueritis recepiſſe. Quarum literarum cum earum inſertione tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis.

NIcolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabilibus Fratribus Eugubiñ, & Cremoneñ Epiſcopis, ac dilecto filio Abbati Monaſterij ſancti Pauli extra C muros Vrbis Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Hodie ſiquidem noſtræ emanarunt literæ tenoris ſubſequentis.

NIcolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam Paſtoralis officij nobis licet immeritis ex alto commiſſi cura potiſſimè nos excitat, & inducit, vt inter cæteras Deo deuotas, piaſq; perſonas religioſas Tertij Ordinis ſancti Franciſci de Pœnitentia nuncupati ſinceris non indignè complectamur affectibus, & circa eorum ſtatum ſalubriter dirigendum ſic vtilis noſtræ prouiſionis opere intendamus quod ab omnibus ſubleuentur incommodis, ac ſanctæ contemplationi, & deuotis laudibus vacantes proſperis iugiter proficiant incrementis. Sanè pro parte dilectorum filiorum vniuerſorum Fratrum ordinis prælibati in Italiæ partibus commorantium nobis nuper exhibita petitio continebat quòd olim D ipſi pia largitione fidelium quam plura in diuerſis Ciuitatibus, Terris, Caſtris, Villis, & alijs Italiæ locis domos, oratoria, atq; loca, pro ipſorum vſu, & habitationis perpetuis conquiſiuerunt, in quibus à mundanis ſemoti occupationibus ſub ſolito heremitico habitu hactenus laudabiliter vixerunt, & de cætero eo ſincerius in illis diuinis laudibus, & orationibus vacare proponunt quo ab externis, moleſtijs, curis, & infeſtationibus magis fuerint expediti. Quare pro parte Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eos aliquibus ſtatum ipſorum proſperum concernentibus Apoſtolicis adminiculis confouere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur piam Fratrum eorundem intentionem plurimum in Domino commendantes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati fratribus prædi-

ctis præſentibus, & futuris, domos, oratoria, atq; loca prædicta, quæ fratres ipſi pacificè poſſident perpetuò retinendi, & in illis reſidendi, necnon de licentia ordinarij pariter, & conſenſu Cappellas, Oratoria, & Domos de nouo fundandi, & conſtruendi, & Altaria erigendi, aliaq; neceſſaria pro miſſis, & alijs diuinis officijs celebrandis faciendi Cappellas quoq; & altaria huiuſmodi per aliquem Catholicum antiſtitem gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem conſecrari, ac in eiſdem domibus, oratorijs, & locis huiuſmodi miſſas, & officia per eorum Sacerdotes, & alios pro eorum deuotione celebrare volentes celebrari faciendi. Ipſiſque Sacerdotibus celebrandi, ac confeſſiones dictorum Fratrum in domibus, oratorijs, & locis huiuſmodi degentium audiendi, illiſq; pro commiſſis niſi talia fuerint propter quæ ſedes ipſa ſit merito conſulenda debitam abſolutionem impendendi, & ſalutarem pœnitentiam iniungendi, ac eccleſiaſtica Sacramenta quotiens expedierit miniſtrandi parrochialium Eccleſiarum iuris ſemper ſaluis. Et inſuper pro ipſorum fratrum ſtatus directione, ac diſcutiendis eorum vitæ meritis, corrigendiſq; & emendandis defectibus, & erroribus, ac domorum, & locorum huiuſmodi conſeruatione, & manutentione Capitulum congregandi, & in illo vnum ex ipſis, qui ſufficiens, & idoneus reputetur, ac eis præſit necnon per exempla, & vitæ merita præſit in eorum Viſitatorem, & patrem principalem necnon quatuor alios ex eis magis expertos, ac Deum timentes, quorum conſilio, & aſſenſu idem Viſitator occurrentia negotia procurari, & promouere debeat, eligendi, & deputandi, necnon tàm locis, & tēporibus congruis futura Capitula celebrandi, quã etiam omnia, & ſingula ad conſeruationē, & augmentum perſonarum, & locorum dicti ordinis neceſſaria, & opportuna ſtatuendi, & ordinandi, ac etiam delationi habitus aliquid per quod a ſimplicibus Heremitis, qui nullius ordinis ſunt diſcernantur honeſtè tamen addendi, vel immutandi, nec non in ſingulis domibus, Oratorijs, Capellis & alijs eorum locis, & Hoſpitalibus ſingulos miniſtros idoneos deputandi, & eligendi. Ipſiq; ſic electi, & deputati abſq; alterius Apoſtolicæ, vel ordinariȩ conſeruationis adminiculo in ſpiritualibus, & temporalibus iuxta ipſius ordinis mores, & inſtituta regularia regant præſint, et gubernent, et reuoluto triennio huiuſmodi viſitationis officium ceſſet. Præterea Viſitatori prædicto, et alijs in eodem celebrando Capitulo pro tempore deputatis Viſitatoribus, domos, oratoria, Cappellas, hoſpitalia, ac loca huiuſmodi, eorumque perſonas quoties expedierit in capite, et membris viſitandi, et reformandi, et ſi opus fuerit corrigendi, et puniendi, ac perſonas eaſdem ab ipſarum domorum, oratoriorum, Cappellarum, hoſpitalium, et locorum regiminibus realiter amouendi, illoſque priuandi, et eis habitum auferendi, ac ad huiuſmodi regimina alios idoneos ponendi, et deputandi ipſoſque priuatos, et amotos, ſi dictis Viſitatoribus videbitur ad prima regimina reponendi, Contradictores quoque, et rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, et alia iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendi, ac etiam ſi opus fuerit brachij ſæcularis auxilium inuocandi, omniaq; alia, et ſingula in præmiſſis, et circa ea quomodolibet neceſſaria vel opportuna faciendi, et exequendi plenam, et liberam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem, et etiam poteſtatem vniuerſis etiam fratribus eiuſdem ordinis, qui in ipſis locis pro tempore reſidebunt, vt omnibus, et ſingulis priuilegijs, indulgentijs, libertatibus, et exemptionibus ordini præfato, ac illius domibus, locis, et perſonis per Sedem Apoſtolicam, vel alias quomodolibet conceſſis vti, et gaudere, liberè, et licitè valeant eadem auctoritate concedendi. Non obſtantibus felicis record. Clementis Papæ Quinti prædeceſſoris noſtri,

A B C D

noſtri, & alijs Apoſtolicis Conſtitutionibus necnon præfati ordinis iuramento cō-
A firmatione Apoſtolica; vel quauis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus. Cæteriſquè contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo tertio decimo Calendas Auguſti Pontificatus noſtri anno primo. Cupientes igitur vt dictæ literæ, & earum effectus inuiolabiliter obſeruentur diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios Viſitatori, & Patri principali vniuerſorum Fratrum necnon etiam quatuor fratribus eiuſdem Ordinis qui per generale Capitulum eorundem Fratrum nuper, & ſucceſſiuis temporibus per eos
B celebrandum ad conſeruationem, & augmentum tàm perſonarum, quàm locorum dicti ordinis vna cum Viſitatore, & Patre principali præfato pro tempore eligentur, & eorum cuilibet efficacis defenſionis auxilio aſſiſtentes non permittatis eos, nec ipſorum aliquem coniunctim, vel diuiſim contra conceſſionem noſtram, atque literas huiuſmodi continentiam, atque formam per locorum ordinarios, aut quoſcūq; alios quomodolibet impediri, aut aliqualiter moleſtari. Et inſuper etiam vobis, & cuilibet veſtrum huiuſmodi Capitulum in loco congruo vbi vobis magis videbitur expedire tam pro hac prima vice, quàm etiam ſucceſſiuis tēporibus de triennio in triennium, & etiam quotiens opus fuerit, & neceſſitas exigerit conuocandi, mandandiq; & præcipiendi vniuerſis, & ſingulis Fratribus eiuſdem ordinis per Italiam dumtaxat conſtitutis, vt ad Capitulum, & locum huiuſmodi perſonaliter ſe conferre, & conuenire omnino debeant, auctoritate Apoſtolica tenore
C præſentiū facultatē cōcedimus, & ēt poteſtatē contradictores quoslibet, et rebelles in præmiſſis omnibus, et ſingulis per cenſuram Eccleſiaſticam, et alia iuris remedia opportuna appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtantibus omnibus ſupradictis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, illis præſertim quibus cauetur, ne quis extra ſuam Ciuitatem, & diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne Iudices à Sede Apoſtolica deputati extra Ciuitatem, & diœceſim in quibus deputati fuerint contra quoſcumq; procedere ſiue alij, vel alijs vices ſuas committere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis eorundem trahere præſumant, et de duabus dietis in Concilio generali editis, necnon alijs conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; aut ſi Epiſcopis locorum ordinarijs, et miniſtris præfatis, vel quibuſuis alijs communiter vel
D diuiſim ab eadem ſede indultum exiſtat, quod interdici ſuſpendi, vel excommunicari aut extra, vel vltra circa loca ad Iudicium euocari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, et expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud ſanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringēteſimo quadrageſimo ſeptimo tertiodecimo Calendas Auguſti Pontificatus noſtri anno primo. Poſt quarum quidem literarū Apoſtolicarum præſentationem, et receptionem fuimus pro parte vniuerſorum fratrum prædictorum debita cum inſtantia requiſiti quatenus ad executionem prædictarum literarum Apoſtolicarum, et cōtentorum in eiſdem procedere curaremus iuxta traditam, ſeu directam per eas à ſede Apoſtolica nobis formam. Nos

igitur Antonius Epiſcopus Iudex, & Commiſſarius prædictus volentes mandatum A
Apoſtolicum ſupradictum nobis in hac parte directum reuerenter exequi vt tenemur auctoritate Apoſtolica qua fungimur in hac parte vobis Dominis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Electis, locorum ordinarijs præſentibus, & futuris omnibuſq; alijs, & ſingulis ſupradictis per vniuerſam Italiam cõſtitutis, & quibus præſens noſter proceſſus dirigitur præfatas literas Apoſtolicas, & húc noſtrũ ꝓceſſum, ac omnia, & ſingula in eis cõtenta intimamus, inſinuamus, & notificamus, & ad veſtram, & cuiuſlibet veſtrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes voſq; nihilominus, & veſtrum quemlibet eadem auctoritate, tenore præſentium requirimus, & monemus primo, ſecundo, tertio & peremptoriè communiter, & diuiſim, ac vobis, & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis infraſcriptis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt præſentationem, ſeu notificationem prædictarum literarum Apoſtolicarum B
& præſentis noſtri proceſſus vobis factas immediatè ſequentes, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies vobis vniuerſis, & ſingulis ſupradictis pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica aſſignamus, eoſdem Viſitatorem & Patrem principalem vniuerſorum fratrum, necnon etiam quatuor fratres eiuſdem ordinis, qui per generale Capitulum eorundem fratrum nuper, & ſucceſſiuis temporibus per eos celebrandum ad conſeruationẽ, & augmentum tàm perſonarum, quàm locorum dicti ordinis vna cum Viſitatore, & Patre principali prædicto qui pro tempore eligentur, ac alios fratres eiuſdem ordinis pro tempore exiſtentes, aut ipſorum aliquem coniunctim, vel diuiſim contra conceſſionem Apoſtolicam, ac literarum Apoſtolicarum præinſertarum, ac proceſſuum noſtrorum huiuſmodi continentiam, atq; tenorem per ordinarios locorũ aut quoſcumq; alios directè, aut indirectè non permittatis quomodolibet impediri, C
ſeu aliqualiter moleſtari. Et nihilominus Capitulum generale huiuſmodi ordinis pro hac prima vice in loco Caſtri de Montefalco Fulginateñ diœc. videlicet in vigeſimaquinta menſis Iulij anni præſentis per vniuerſos miniſtros, & fratres ordinis præfati vt moris eſt in talibus celebrandum, auctoritate Apoſtolica præfata nobis in hac parte commiſſa inſtituimus, & ordinamus, atque omnes, & ſingulos fratres dicti ordinis per Italiam conſtitutos ad huiuſmodi Capitulum celebrandum conuocamus. Mandantes, & præcipientes eiſdem, & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis infraſcriptis, vt hac prima vice, & demum, & in futurũ de triennio in triennium ad huiuſmodi Capitulum per nos, vel ſubdelegatos noſtros, vel Capitulantes, & Præſidentes in eodem inſtituẽ in loco vbi pro tempore celebrabitur perſonaliter ſe transferre, & conuenire omnino debeant; monemus etiam vos omnes, & ſingulos ſupradictos quatenus de cætero poſt notificationem, & intimationem præſentium vobis factam ad omnia, & D
ſingula contenta in literis præfatis, & proceſſibus noſtris imò verius Apoſtolicis irrefragabiliter obediatis. Inhibemus præterea vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis ſub eiſdem pœnis ſententijs, & cenſuris infraſcriptis, ne præfatis fratribus tertij ordinis quominus omnia, & ſingula in prædictis literis, & proceſſibus noſtris huiuſmodi contenta ſuum debitum conſequantur, & ſortiantur effectum in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum impedimentum aliquod præſtetis, ſeu aliquis veſtrum præſtet per vos, vel alium ſeu alios, publicè, vel occultè, directè vel indirectè quouis quæſito colore præſtetis nec faciatis, ſeu permittatis, ſed in omnibus, et per omnia ſupra, et infraſcriptis mandatis, et nominationibus noſtris, imò verius Apoſtolicis

pareatis,

pareatis, & intendatis, ac quilibet veſtrum pareat, & intendat realiter, & cum effe-
A ctu. Quod ſi forte præmiſſa omnia, & ſingula prout vobis mandantur nõ adimple-
ueritis, ſeu aliquis veſtrum non adimpleuerit, & mandatis, & monitionibus noſtris
huiuſmodi imò verius Apoſtolicis non parueritis cum effectu nos in vos omnes, &
ſingulos qui culpabiles fueritis in præmiſſis, & generaliter in contradictores quoſli-
bet, & rebelles, ac impedientes ipſos vniuerſos fratres, vel procuratores ſuos in præ-
miſſis in aliquo, ac ipſos impedientes, dantes auxiliũ, conſiliũ, vel fauorẽ publicè, vel
occultè, directè, vel indirectè, cuiuſcũq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis,
vel cõditionis exiſtãt, ex nũc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc ſingulariter in
ſingulos prædicta canonica monitione præmiſſa excõmunicationis, in capitula verò
conuentus, congregationes, ac collegia quæcumq; , in his forſan, quod abſit, delin-
quentia ſuſpenſionis à diuinis, & in ipſorum Eccleſias, & Monaſteria interdicti ec-
cleſiaſtici ſentẽtias ferrimus in his ſcriptis, & etiam promulgamus, vobis verò DD.
B Patriarchis, Archiep̃is, Ep̃is præfatis, quibus, & veſtrum cuilibet ob reuerẽtiam ve-
ſtrarum Patriarchalium, & Pontificalium dignitatũ deferrimus in hac parte, ſi con-
tra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum feceritis, ſeu alter veſtrũ fecerit per vos vel
ſubmiſſas perſonas prædicta ſex dierum canonica monitione præmiſſa ingreſſum
eccleſiarũ interdicimus in his ſcriptis. Si verò huiuſmodi interdictum per alios ſex
dies præfatos ſex immediatè ſequentes ſuſtinueritis vos in his ſcriptis ſimili canoni-
ca monitione pręmiſſa ſuſpendimus à diuinis. Verũ ſi præfatas interdicti, & ſuſpen-
ſionis ſententias per alios ſex dies præfatos duodecim immediatè ſequentes animo,
quod abſit, ſuſtinueritis indurato vos in his ſcriptis eadem canonica monitione pre-
miſſa excommunicationis ſententia auctoritate Apoſtolica prædicta innodamus,
Cœterum cum ad executionem præmiſſorum vlterius faciendam quoad præſens
vacare nequeamus, pluribus alijs arduis negotijs in Romana Curia legitimè præ-
C pediti Vniuerſis, & ſingulis Dñis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archi-
diaconis, Cantoribus, Suuentoribus, Theſaurarijs, Sacriſtis, Scholaſticis, Cuſtodi-
bus, tàm Cathedralium, quàm Collegiatarũ Canonicis, Parrochialiũq; Eccleſiarũ
Rectoribus, Plebanis, Viceplebanis, Archipresbyteris, Vicarijs, Cappellanis, & be-
neficiatis perpetuis, Curatis, & non Curatis, Viſitatori, & patri principali, necnon
quatuor fratribus præfatis, qui per Concilium, vt præfertur eligentur, ac presbyte-
rijs Notarijs, Clericis, & Tabellionibus publicis per vniuerſam Italiam, & eorũ cui-
libet inſolidum ſuper vlteriori executione dicti mandati Apoſtolici, atque noſtri fa-
cienda auctoritate Apoſtolica ſupradicta tenore præſentium committimus plenariè
vices noſtras donec eas ad nos ſpecialiter, & expreſsè duxerimus reuocandas, quos
& eorum quemlibet inſolidum eiſdem auctoritate, & tenore requirimus, & mone-
D mus primò, ſecundo, tertio, et peremptoriè, communiter, et diuiſim, eiſq; nihilomi-
nus, et eorũ cuilibet in virtute ſanctæ obedientię, et ſub excõicationis pęna, quam in
eos, et eorum quemlibet niſi infra ſex dies poſtquam pro parte dictorum fratrũ, vel
eorum procuratoris fuerint ſuper hoc requiſiti quos dies eis, et eorũ cuilibet pro
termino perẽptorio, ac monitione canonica aſſignamus fecerint quę eis in hac parte
committimus, et mandamus, prędicta canonica monitione præmiſſa ex nunc prout
ex tunc, et è conuerſo ferimus in his ſcriptis, diſtrictè præcipiendo mandantes qua-
tenus ipſi, et eorum ſinguli qui ſuper hoc vt præmittitur fuerint requiſiti, vel alter
eorum fuerit requiſitus ita tamen quod in his exequendis alter eorum alterum
non expectet, nec vnus pro alio, ſeu per alium ſe excuſet ad vos Dños Patriarchas,
Archiepiſcopos, Epiſcopos, Conuentus, Domos, Collegia, et perſonas dicti tertij
ordinis

ordinis omnes alios, & ſingulos ſupradictos perſonaſq; & loca alia de quibus expediens fuerit, perſonaliter accedant, ſeu accedat, præfatas quoq; literas Apoſtolicas, & hunc noſtrum proceſſum ac omnia, & ſingula in eis contenta legant, intiment, inſinuant & fideliter publicare procurent vobis communiter vel diuiſim, ac Viſitatorem, et Patrem principalem vniuerſorum fratrum, necnon etiam quatuor fratres eiuſdem ordinis, qui per generale Capitulum eorundem fratrum nunc, et ſucceſſiuis temporibus per eos celebrandum, vt præfertur eligentur, aut ipſorum quemlibet, ac omnes alios, et ſingulos fratres ipſius ordinis, ac alios huiuſmodi negotium tangentes, coniunctim, vel diuiſim contra conceſſionem Apoſtolicam præfatam ac noſtram inſtitutionem, et ordinationem huiuſmodi, aut contra omnia et ſingula in literis præinſertas, et proceſſibus noſtris imò verius Apoſtolicis contenta per locorum ordinarios, aut quoſcumque alio quomodolibet impediri, ſeu aliqualiter moleſtari non permittant. Quinimò omnia, et ſingula præmiſſa obſeruent, et obſeruari mandent, et faciant, ipſique Viſitator Pater principalis, et quatuor fratres aut alij in Capitulo generali pro tempore exiſtentes aliud Capitulum de triennio in triennium, aut aliàs iuxta formam literarum prædictarum in loco, & tempore per eos eligendo inſtituent, & ordinent, ac fratres dicti ordinis in Italia dumtaxat conſtitutos vt præfertur iuxta formam literarum earundem conuocent, & ibidem pro tempore conuenire compellant ac omnia alia, & ſingula nobis in hac parte commiſſa faciant, & exequantur iuxta prædictarum literarum Apoſtolicarum, & præſentis noſtri proceſſus continentiam, atq; tenorem. Et ſi forſan aliqui contradictores, & rebelles huiuſmodi noſtris monitionibus, & mandatis imò verius Apoſtolicis in terminis eis vt præfertur præfixis non paruerint cũ effectu, dictam ſententiam excommunicationis damnabiliter incurrendo ex tunc omnes, & ſingulos ſubdelegatos noſtros ſub pęnis & ſententijs ſupra, & infraſcriptis requirimus, & monemus, ac diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus prima die Dominica ſeu feſtiua poſt lapſum dictorum ſex dierum immediatè ſequẽ, & alijs diebus dominicis, & feſtiuis, ipſos cõtradictores, aut rebelles in ſuis Eccleſijs, Monaſterijs, & Capellis quotiens pro parte dictorum fratrum fuerint requiſiti infra miſſarum ſolemnia, dum ibi populi multitudo congregata fuerit excommunicatos publicè denuncient tamdiù quouſq; beneficium abſolutionis à nobis, vel ſuperiori noſtro meruerint obtinere. Si verò præfati contradictores aut rebelles, huiuſmodi excommunicationem per decem dies ſuſtinuerint, ex tunc lapſis eiſdem decem diebus huiuſmodi denunciationem innouantes ipſos, & eorum quemlibet vt præmittitur denunciatos campanis pulſatis, candelis accenſis, & demum extinctis, & in terram proiectis, & cum omni alia ſolemnitate quæ circa hoc petitur adhiberi, excommunicatos, & denunciatos publicent. Verum ſi præfati contradictores, & rebelles huiuſmodi denunciationem, et publicationem per alios decem dies prædictos decem immediatè ſequentes animo quod abſit ſuſtinuerint indurato, ex tunc proceſſus noſtri reaggrauando omnes, et ſinguli Chriſtifideles vtriuſq; ſexus à participatione, & communicatione dictorum denunciatorum aggrauatorum, & reaggrauatorum penitus, & omnino deſiſtant, & quilibet eorum deſiſtat, nec cum eiſdem ſeruiendo, famulando, bibendo, comedendo, aut quæcumq; vitæ, ſeu victus neceſſaria quomodolibet miniſtrando, aut alio quouis humanitatis ſolatio participare præſumant. Præterea ſi præfati aggrauati huiuſmodi aggrauationem per alios decem dies dictos viginti dies immediatè ſequentes animi quod abſit ſuſtinuerint induratis nos enim elapſis diebus eiſdem loca, terras, domos, Conuentus,

uentus,& Capitula in quibus tales denunciati,aggrauati,& reaggrauati morari cõtigerit in his ſcriptis Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto mandantes modo, & forma præmiſſis in locis in quibus tales reaggrauati erunt, ſeu aliquis eorum erit Ianuis apertis in præſentia populi ceſſari à diuinis quam quidem ceſſionem per tres dies Dominicos poſt ipſorum aut alterius eorundem receſſum inuiolabiliter volumus obſeruari. Demùm verò ſi præfati excommunicati,denunciati, publicati, aggrauati,& reaggrauati adhuc nimium indurati,& ſuæ ſalutis æternæ immemores fuerint, oſtendentes ſe de huiuſmodi ſententijs antedictis non curare nos tunc attendentes quod tales non ſunt à Chriſtifidelibus tollerandi, & quod mucrone non proficiente eccleſiaſtico temporalis gladius non immerito ſuffragetur ea propter vos omnes & ſingulos Dominos temporales in Italia conſtitutos, ac alios iuriſdictionem ciuilem, & temporalem exercentes, & eorum quemlibet in ſolidum,qui ſunt religionis & fidei Chriſtianæ Principes, & defenſores ex parte Sedis Apoſtolicæ,& dicti Domini noſtri Papæ requirimus,& noſtra auctoritate rogamus, quatenus vos,& quilibet veſtrum ſi & prout pro parte dictorum fratrum tertij ordinis in Italia conſtitutorum ſuper hoc fueritis requiſiti, ſeu fuerit requiſitus per vos, vel alium, ſeu alios tanquàm veri Catholici veſtri in hac parte officij dexteram extendẽ infra ſex dies poſt præſentationem,ſeu notificationem præſentium, & requiſitionem vobis, & cuilibet veſtrum,vt præmittitur factas immediatè ſequentes omnes,& ſingulos contradictores,rebelles,& inobedientes,& eorum quemlibet aſtringatis, & compellatis veſtra potentia brachij ſæcularis etiam per captionem, & diſtractionem bonorum ſuorum mobilium,& immobilium, quæ ſi non ſufficerent, etiam per ipſarum perſonarum captionem, & detentionem, & quemcumq; alium modum Canonicum qui vobis videbitur expedire ad obedientiam omnium,& ſingulorum in literis Apoſtolicis, et proceſſibus noſtris huiuſmodi contentorum, necnon etiam ad obedientiam ſanctæ matris Eccleſiæ, et quouſq; de præfatis ſententijs abſolutionis beneficium meruerint obtinere,aut aliud à nobis vel à Superiori noſtro receperitis in mandatis. Super quibus omnibus, & ſingulis vobis, & veſtrum cuilibet licentiam, & mandatum auctoritate Apoſtolica concedimus per præſentes. Per proceſſum autem noſtrum huiuſmodi nolumus, nec intendimus noſtris in aliquo præiudicare Collegis, quominus ipſi, vel eorum alter ſeruato in hoc noſtro proceſſu in negotio huiuſmodi procedere valeant, prout ipſis, vel eorum alteri viſum fuerit expedire præfatas quoq; literas Apoſtolicas, & hunc noſtrum proceſſum, ac omnia, & ſingula huiuſmodi negotium tangentia, volumus penes dictos fratres,vel eorum procuratorem remanere, & nõ per vos aut aliquem veſtrum, ſeu quemcumq; alium ipſis inuitis quomodolibet detineri. Contrarium verò facientes præfatis noſtris ſententijs prout in his ſcriptis latæ ſunt ipſo facto volumus ſubiacere, Mandamus tamen copiam fieri de præmiſſis eam petentibus, & habere debentibus, Petentium quidem ſumptibus, & expenſis. Abſolutionem verò omnium,& ſingulorum,qui prædictas noſtras ſententias, vel earum aliquam incurrerunt,ſeu incurrerit,quoquomodo nobis,vel Superiori noſtro tantummodo reſeruamus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes noſtras literas, ſiuè præſens publicum inſtrumentum proceſſum noſtrum huiuſmodi in ſe continentes, ſiuè continens exinde fieri, & per notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi, & publicari mandauimus, ſigilliq; noſtri fecimus, & iuſſimus appenſione communiri. Datum & actum Romæ in domo habitationis noſtræ ſub anno à Natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo

dragesimo octauo Inditione vndecima die verò penultima mensis Aprilis Pontificatus præfati Domini nostri Domini Nicolai Papæ Quinti Anno secundo præsentibus ibidem venerabilibus & discretis viris Dominis Hieronymo de Eugubio, A Ioanne Martini de Pruica, Petro Bartholomei de Schiggia; & Petro Capello Clerico Constantieñ diœcesis cum pluribus alijs testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

Et ego Ioannes Grison Iunior Clericus Redoneñ diœcesis publicus auctoritate Imperiali Notarius, Quia dictarum literarum Apostolicarum præsentationem receptionem, requisitionem monitionibus, & mandatis, sententiarum excommunicationis aggrauatioñ, reaggrauatioñ, & interdicti fulminatioñ Auxilij brachij sæcularis inuocatioñ cæterisq; præmissis omnibus, & singulis dum sic vt præmittitur per Reuer. in Christo Patrem, & D. Dominum Antonium Episcopum Eugubinum Iudicem, & exequutorem præfatum, & coram eo agerentur, dicerentur, & fierent, vna cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque omnia, & singula B sic fieri vidi, & audiui, & exinde de mandato præfati Domini Iudicis, & Commissarij notam sumpsi, ex qua præsens publicum instrumentum, seu præsentes literas huiusmodi processum continentes, seu continens manu propria scriptum extraxi, & confeci meq; in eo subscripsi, & ipsum signo meo publico solito vna cum prælibati Domini executoris sigilli appensione signaui. In fidem, & testimonium omnium, & singulorum præmissorum requisitus, & rogatus.

Nicolaus Papa V.

SVMMARIVM.

C *Committit Prælatis quibusdam cognitionem petitionum Tertij Ordinis Fratrum diœcesis Leodieñ quas veras si repererint; concedit, quod declarent eos portare posse Caputium cum scapulari supra Mantellum. Et eligere posse Generalem vnum eorum, qui sit Sacerdos; qui per se, seu per alios absoluere possit Fratres, eorum familiares, & seruitores a peccatis; & a votis minoribus; & recipere ad trium votorum essentialium professionem venientes ad Religionem. Et Difinitores deputare, qui cum Generali statuta non obligantia ad culpam facere possint. Dat formam dicendi officium diuinum. Quodq; Superiores compellere possint subditos censuris, & pœnis ad statutorum obseruantiam, & quod declarent hunc ordinem, tamquam ordinem approbatum; eiusq; fratres esse vere religiosos realiter, & personaliter exemptos, & omnibus aliarum religionum priuilegijs gaudere.*

D NICOLAVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Ecclesiæ Cameracensis, & per Præpositum soliti gubernari Monasterij Sanctæ Gertrudis Louaniensis Leodiensis diœcesis Præpositis: ac officiali Leodiensi Salutem, & Apostolicam benedictionem. Apostolicæ Sedis benignitas, Deo deuotas, & assiduo piæ vitæ vacantes studio personas: quæ mundanis abdicatis illecebris, deuotum, & sedulum virtutum domino in humilitatis spiritu exhibent famulatum, congruo fauore prosequitur, vt sublatis quibusuis dispendijs quietius, ac securius sua in huiusmodi spiritu vota Altissimo reddere valeant. Necnon ea, quę ad earum pium desiderium consequendum præsertim eiusdem sedis literarum authoritate perinde

facta

facta ſunt, vt illibata permaneant libenter Apoſtolico mandat munimine robora-
A ri. Dudum ſiquidem pro parte dilectorum filiorum Miniſtri, & vniuerſorum fra-
trum tertij ordinis ſancti Franciſci de Pœnitentia nuncupati in certis domibus in
ciuitate, & diœceſi Leodienſi conſiſtentibus degentium nobis expoſito, quòd in ci-
uitate, & diœceſi prædictis erant quàmplures tàm eccleſiaſticæ, quàm ſeculares
perſonæ dictum ordinem profeſſæ: quarum aliquæ ſingulariter in earum proprijs,
quædam vero maioris religionis zelo ſuccenſæ inſimul cum certis domibus in
communi ſub obſeruantia regulari eidem altiſſimo famulabantur. Et pro eo quod
omnes, & ſingulæ perſonæ prædictæ vnum, & eundem, ac prorſus indifferentem
habitum gerebant, ſic quòd diſtinctè cognoſci nequibant. Ac quandoq; nonnulla
inhoneſta, & ſcandaloſa per perſonas in proprijs domibus abſq; obſeruantia de-
gentes prædictas committebantur. Itaq; earum aliquæ incontinentiæ vitio labora-
bant: aliquæ vero per mundum vagantes tranſibant inde plura ſub obſeruantia
B degentibus perſonis ſcandala, & inconuenientia ſubſequebantur. Ac pro parte eo-
rundem Miniſtri, & fratrum inſimul in eiſdem domibus ſub obſeruantia viuen-
tium nobis humiliter ſupplicato: Vt ei ſtatui ſuo ſub opportune prouidere de be-
nignitate Apoſtolica dignaremur. Nos dilecto filio Decano Eccleſiæ ſancti Se-
pulchri Leodienſis eius proprio nomine non expreſſo alijs noſtris literis dedimus
in mandatis, quatenus ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac eorum circunſtantijs
vniuerſis ſe diligenter informaret. Et ſi per informationem huiuſmodi ea fore
vera reperiret, ſuper quo illius conſcientiam onerauimus, præfatis in eiſdem domi-
bus in communi, & ſub obſeruantia viuentibus fratribus præſentibus, & futuris,
quòd eorum caputia admodum paruæ cucullæ ſupra mantellum cum ſcapulari
(quemadmodum fratres dicti ordinis in Zelandriæ & Hollandriæ partibus, nec-
non in diœceſi Maurienſi commorantes geſtabant, & portabant) geſtare, & porta-
C re libere & licite poſſent, concederet. Nec habitum ipſum per alias perſonas in
communi, & ſub obſeruantia non viuentes prædictas geſtari permitteret. Et ni-
hilominus, quòd omnes, & ſinguli fratres etiam ſub obſeruantia non viuentes præ-
dicti ſingulis annis, vel quoties generalia capitula per Miniſtrum, & fratres dicti or-
dinis in præfata diœceſi Leodienſi, ſeu alibi ſecũdum vſum, & conſuetudinem Re-
gulæ huiuſmodi celebrari contingeret, ad ipſa capitula accedere, illiſq; intereſſe
iuxta eiuſdem ordinis regularia inſtituta, ac priuilegia Apoſtolica ſuper eis conceſ-
ſa, tenerentur, & eſſent aſtricti. Quodq; eorum generalis Miniſter ſeu deputatus,
vel deputandus ab eis, aut à maiori parte eorum inobedientes, vel delinquentes fra-
tres iuxta terminum, & exceſſuum per eos pro tempore commiſſorum exigentiam
& inſtituta prædicta, corrigere, & incarcerare, & punire: ac eos, & eorum domos,
D ac loca viſitare, corrigere, & reformare: Necnon omnia, & ſingula in præmiſſis, &
circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna facere, & exequi. Quodq; omnes,
& ſinguli fratres ſub obſeruantia non viuentes prædicti vnum, & eundem in colore
habitum portare, nec alium habitum aſſumere valerent. Ac ſub obſeruantia, &
deuotione vnius generalis Miniſtri in charitate viuere deberent iuxta priuilegia per
bonæ memoriæ Ioannem de Cibel Epiſcopum Leodienſem conceſſa: & à felicis
recordationis Nicolao Papa Quarto prædeceſſore noſtro confirmata, ſtatuere, &
decernere, ipſoſq; fratres ad obſeruandum præmiſſa cogere, & compellere cura-
ret. Poſtmodum vero ſicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum Miniſtri, &
fratrum petitio continebat, quondam Nicolaus Ghepſter Decanus dictæ Eccleſiæ
ſancti Petri ad ipſarum literarum executionem legitime procedens, quia per infor-

rationem per eum deſuper habitam reperit fore vera omnia, & ſingula in prædi-
ctis literis contenta iuxta earum tenorem, atq; formam, conceſſit, ſtatuit, & decre- A
uit, prout plenius in dictis literis continetur, & in proceſſibus deſuper habitis dici-
tur contineri. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, nonnulli, & præſertim
ex fratribus dicti ordinis: qui ad ipſius religionis, ſeu modi beneuiuendi augmen-
tum, & animarum ſalutem nullum, ſeu valde modicum reſpectum habent, nec
quæ Dei ſunt cogitant, literas, & proceſſus prædictos (pro eo, quod in ipſis literis
huiuſmodi verba poſita extiterint, videlicet. Quòd ſub obedientia, & deuotione
vnius generalis Miniſtri in charitate viuere deberent iuxta priuilegia eis per bonæ
memoriæ Ioannem de Eiciel Epiſcopum Leodienſem conceſſa, & à felicis recor-
dationis Nicolao Papa Quarto prædeceſſore noſtro confirmata; & re vera præfa-
tus Ioannes de Eiciel Epiſcopus per multos annos poſt tempora dicti prædeceſſo-
ſoris fuerit: ſintq; priuilegia per ipſum Epiſcopum eiſdem fratribus conceſſa,
per præfatum prædeceſſorem confirmari non potuerint) de ſurreptionis vitio no- B
tari nituntur. Ac non in Hollandriæ, ſed in Flandriæ partibus fratres eiuſdem ordi-
nis mantellum cum ſcapulari portent: pro parte eorundem Miniſtri, & fratrum
nobis fuit humiliter ſupplicatum: Vt ne propterea literæ, ac proceſſus prædicti de
ſurreptionis, aut nullitatis vitio in poſterum impugnari poſſint, & vt dicti Miniſter,
& fratres ſublatis quibuſuis diſpendijs, quietius, & ſecurius in humilitatis ſpiritu al-
tiſſimo famulari valeant, ſuper præmiſſis prouidere: necnon infraſcripta ſtatuta, &
ordinationes ædere, & facere: ac conceſſiones, & gratias eis concedere, ſeu eiſdem
fieri, & concedi mandare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui
Religionem vigere vbilibet, & augeri intenſis deſiderijs affectamus huiuſmodi ſup-
plicationibus inclinati diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus; quate-
nus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios, ſi vobis ad anima- C
rum ſalutem, & aliàs expedire videbitur, quòd infraſcripta fiant, & concedantur:
ſuper quo conſcientias veſtras oneramus, quòd literæ, & proceſſus prædicti: & quę-
cunq; inde ſecuta valeant, plenamq; roboris, ac datarum præſentium firmitatem
obtineant: necnon per ipſos fratres obſeruari debeant. Ac Decanus præfatæ Ec-
cleſiæ ſancti Petri pro tempore exiſtens per ſe, vel alium, ſeu alios, fratres huiuſmo-
di ad illorum obſeruationem cogere, & compellere poſſit, & debeat iuxta ipſarum
literarum continentiam, atq; formam in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi in
eiſdem literis, quod dicti fratres ſub obedientia viuere deberent iuxta quondam
per prædictum Nicolaum prædeceſſorem confirmata, & alia priuilegia, ſtatuta, &
conceſſiones per Ioannem Epiſcopum conceſſa, & loca Hollandriæ nomine Flan-
driæ poſita fuiſſent. Quodq; omnes, & ſinguli fratres prædicti vnum presbyte-
rum dicti ordinis profeſſorem in eorum generalem Miniſtrum (qui quoties opus D
fuerit, per ſe, vel alium, ſeu alios ad id per eum deputandum, ſeu deputandos qui-
buſcunq; dicti ordinis fratribus, & ipſorùm familiaribus, ſeu ſeruitoribus eorum
confeſſionibus diligenter auditis in omnibus præterquàm ſedi prædictæ reſeruatis
caſibus debitam abſolutionem impendere, & iniungere pœnitentiam ſalutarem.
Ac ipſos fratres, familiares, & ſeruitores à votis minoribus abſoluere. Necnon
quoſcunq; dictum ordinem profiteri volentes ad profeſſionem huiuſmodi etiam
iuxta quædam indulta, ſiue conceſſiones per felicis recordationis Eugenium Pa-
pam Quartum prædeceſſorem noſtrum circa tria vota ſubſtantialia recipere poſſit,
& valeat) habere, & illi obedire perpetuo teneantur. Et ſi quo tempore appare-
ret vniuerſitati Miniſtrorum dicti ordinis præfatum generalem Miniſtrum non

fore

fore ſufficientem, teneantur fratres prædicti, ad quos electio huiuſmodi ſpectat,
A alium ſibi in generalem Miniſtrum in generali Capitulo, quod dicti Miniſtri, & fratres ſemel annis ſingulis in Conuentu Campi ſancti Hieronymi villæ de Zepperem præfatæ diœceſis abſq; ipſius conuentus onere conuenire, dictumq; Capitulum celebrare ſunt aſtricti, eligere debeant. Quodq; in huiuſmodi generali Capitulo, cui tàm generalis, quàm alij miniſtri, necnon etiam alij fratres in communi, & ſub obſeruantia non viuentes obedire teneantur. Nominentur etiam, & deputentur diffinitores ad inſtar Capitulorum generalium, Priores, & fratres ordinum regularium. Et quicquid per Deputatos huiuſmodi vnà cum generali Miniſtro cõcorditer diffinitum, ſeu ſtatutum fuerit, publicetur, & diligenter tam à Miniſtris, & fratribus, quàm alijs ſubditis primo anno obſeruetur, ſecundo anno examinetur, & tertio anno approbetur, ſi ad approbandum videbitur, & ſi approbare contigerit, in antea plenam habeat in omnibus Conuentibus eorum firmitatem. Ita tamen
B quod diffinitum, ſeu ſtatutum huiuſmodi quemquam ad culpam non obliget, ſed ad pœnam, niſi quis illud in contemptum ordinis tranſgredi præſumpſit. Præterea quod omnes clerici ordinati in omnibus Conuentibus, & domibus dicti ordinis eis colligatis, vel ſubiectis, aut in poſterum ſubijciendis omnes horas canonicas vniformiter obſeruent ſecundum ordinem Eccleſiæ Leodienſis, demptis quibuſdam hiſtorijs ſpecialibus, & alijs ordinatis, quas Romana Eccleſia non noſcitur obſeruare, abdicatis quoque, & reſecatis nonnullis alijs, prout diffinitores prędicti Religioni, & deuotioni fratrum eorum iudicauerint conuenire. Similiter & alij non ordinandi, vel ſcientes legere loco horarum huiuſmodi in Regula ipſius ordinis expreſſarum horas Beatæ Mariæ Virginis iuxta curſum prædictæ Eccleſiæ perſoluere poſſint, Secundum quòd eis viderint expedire. Illiterati vero alij quemadmodum
C in Regula prædicta continetur, Quodq; generalis Miniſter huiuſmodi, ſeu deputati, vel deputandi ab eo, aut à maiori parte ipſorum habeant plenariam poteſtatem quæcumq; iuſta & honeſta, ac religioni prædictæ conuenientia, & vtilia ſtatuendi, & ordinandi etiam inobedientes, & delinquentes fratres iuxta criminum, & exceſſuum per eos pro tempore commiſſorum exigentiam, & inſtituta, & ordinationes à generali Capitulo ordinata, atq; ordinanda corrigere, incarcerare, & punire, ac in abſtinentijs, & ieiunijs, auſteritatibus, cæteriſq; obſeruantijs in prędicta Regula contentis ex legitima cauſa cum expedire viderint, diſpenſare. Et fratres prædictos, & eorum domos, & loca viſitare, corrigere, punire, & reformare: Necnon omnia & ſingula in præmiſſis: & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna facere, & exequi. Nec alius quiſquam poſſit eis viſitationis officium huiuſmodi exhibere. Non obſtantibus, quòd in eorum Regula prædicta continetur: vide-
D licet, quòd Viſitatorem habeant Sacerdotem, qui alicuius approbatæ Religionis exiſtat. Quodq; fratres prædicti ad obſeruandum præmiſſa ſub excommunicationis, & alijs pœnis cogi, & compelli poſſint, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam: etiam inuocato ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis in perpetuum ſtatuere, decernere, & ordinare. Necnon prædictum ordinem de pœnitentia nuncupatum cum tribus votis ſubſtantialibus annexis, & alijs ſalutaribus obſeruantijs approbare, & confirmare, & tanquàm ordinem approbatum inſtituere: dictoſque fratres religioſos, & eccleſiaſticos fore, & eſſe. Ac illos eorumq; domos ab omnibus ſecularibus exactionibus, aſſiſijs, taleis, cæteriſq; ſeruitijs perſonalibus, & realibus, necnõ perturbationibus, & moleſtijs ſecularium Principum, Iudicum, Communitatum, Ciuitatum, Vniuerſitatum, oppidorum, caſtrorum, & villarum, cæte-

rorumq; locorum, necnon ſupportatione aliorum onerum ſecularium: & tanquàm ſuos ſubditos eos aggrauaminum liberos, exemptos, & immunes eſſe, ac omnibus, & ſingulis libertatibus, & immunitatibus, priuilegijs, & indultis alijs religioſis, & eccleſiaſticis perſonis tàm à iure, quàm ab homine quomodolibet conceſſis, vti, & gaudere poſſe, etiam ſtatuere, & decernere, ipſiſq; Miniſtro, & fratribus concedere (abſq; tamen matricis, ac parrochialium eccleſiarum præiudicio) eadem authoritate noſtra curetis, Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ in præfatis literis non obſtare voluimus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq;. Datum Romæ apud ſanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo, nono Calend. Maij, Pontificatus noſtri anno quarto. A

Aduerte candide lector num ſupplices libellos offerentium, an magis ſcriptorum errore, ſcriptum ſit, Decano, Eccleſiæ ſancti Sepulchri. Et poſtmodum Eccleſiæ ſancti Petri, An magis eadem Eccleſia duobus nominibus appelletur, Nos enim qui Flandriam non vidimus non ſat ſcimus, vtrum horum, an vtrumq; legi debeat. B

Paulus Papa II.

SVMMARIVM.

PRiuilegia ab Eug. IV. & Nic. V. Fratribus tertij ordinis Regnorum Caſtellæ, Legionis, & diœceſis Leodien. necnon omnia alia priuilegia dicto ordini quomodolibet conceſſa extendit ad fratres eiuſdem ordinis in Lombardia commorantes, ac ad alios fratres Congregationem Lombardiæ ingredientes. C

PAulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Excitat arcanum noſtræ mentis ſingularis affectio: qua religioſas perſonas ordinis cuiuſcumque deuotum, & ſedulum Altiſſimo famulatum exhibentes amplectimur: Vt gratias, priuilegia, & indulta aliquibus perſonis alicuius ordinis conceſſa, ad alias quoque eiuſdem ordinis perſonas extendamus. Dudum ſiquidem felicis recordationis Eugenius Quartus, & Nicolaus Quintus Summi Pontifices prædeceſſores noſtri volentes, quod tertius ordo ſancti Franciſci de pœnitentia nuncupatus in Regnis Caſtellæ, & Legionis, ac diœceſis Leodienſis felicioribus augeretur auſpicijs, & fratres ipſius ordinis tanto ſalubrius poſſent reddere vota ſua, quanto potioribus eſſent gratijs, & indulgentijs à Sede Apoſtolica communiti, per ſuas literas nonnulla priuilegia, facultates, indulta, & gratias eiſdem fratribus conceſſerunt: prout in eiſdem literis plenius continetur. Nuper vero pro parte dilectorum filiorum Viſitatoris, & Miniſtri principalis Fratrum dicti ordinis in diuerſis locis Lombardiæ, maxime in ſancta Maria de Pichitono, & de Vairano, ac de Piazano, necnon ſancti Saluatoris de Caſalbutano Laudenſis, & Cremonenſis diœceſis, ac ſancti Donati extra muros Comanos commorantium, ac ſub obſeruantia, & in communi viuentium, ac fratrum eorumdem nobis fuit humiliter ſupplicatum: vt priuilegia, facultates, indulta, & gratias fratribus Regnorum Caſtellæ, & Legionis, ac Leodienſis diœceſis præfatis ſic conceſſa ad ipſos fratres in dictis locis Lombardiæ ad præſens commorantes, & quos inibi in futurum commorari contigerit: D

Necnon

A Necnon ad alios fratres aliorum locorum dicti ordinis, qui de nouo congregationem ipſorum fratrum prædictorum ingreſſi fuerint, extendere, & etiam eis concedere: ac aliàs ſuper his opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur priuilegiorum, facultatum, indultorum, & gratiarum huiuſmodi tenores præſentibus pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati omnia, & ſingula priuilegia, facultates, indulta, & gratias fratribus Regnorum, & diœceſis huiuſmodi conceſſa prædicta ad eoſdem fratres in dictis locis Lombardiæ commorantes præſentes, & futuros: Ac alios fratres eiuſdem ordinis in Congregationem ipſorum fratrum Lombardiæ in poſterum ingredientes authoritate Apoſtolica extendimus, & etiam concedimus per præſentes ſine tamen præiudicio fratrum Regnorum, & diœceſis, prædictorum. Et inſuper quòd ipſi fratres dictæ Congregationis omnibus gratijs, indulgentijs, libertatibus, exemptionibus, & priuilegijs fratribus dicti ordinis quomodocumq; conceſſis in omnibus, & per om- B nia vti, & gaudere poſſint, ac gaudeant, & vtantur tenore præſentium etiam indulgemus. Non obſtantibus felicis recordationis Ioannis vigeſimi ſecundi, & dicti Nicolai Quinti ſummorum Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum illis præſertim, quibus cauetur expreſſe, ne fratres, vel ſorores dicti ordinis Congregationem faciant, & alijs Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ extenſionis, conceſſionis, & indulti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo, ſeptimo Calend. Iunij, Pontificatus noſtri anno tertio.

C

Sixtus Papa IV.

SVMMARIVM.

PRiuilegia Tertij ordinis confirmat. Conceditq; Generali facultatem viſitandi, & corrigendi fratres omnes habitum Eremiticum portantes. Et quod Sacerdotes dicti ordinis ſecularium confeſſiones audire poſſint.

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei ad perpetuam rei memoriam. Sedes Apoſtolica æqua in omnibus ſemper diſtributrix ea, quæ pro diuini cultus augmē- D to, & piorum locorum, ac perſonarum præſertim ſub religioſo habitu in eis degentium vtilitate prouide facta ſunt, libenter, cum ab ea petitur Apoſtolici roboris firmitate communiri: Necnon quicquid à perſonis religioſis, & diuino aſcriptis cultui contrarium eorum ordini, & honeſtati præſumitur ad Dei gloriam, & religionis augmentum ſalubriter corrigi opportune mandat, & benigno fauore ea, quæ ſunt pro animarum ſalute libenter concedit. Dudum ſiquidem felicis recordationis Paulus Papa Secundus prædeceſſor noſter omnia, & ſingula priuilegia, facultates, indulta, & gratias: quæ, & quas piæ memoriæ Eugenius Quartus, & Nicolaus Quintus Summi Pontifices etiam prædeceſſores noſtri dilectis filijs fratribus tertij ordinis ſancti Franciſci de Pœnitentia nuncupati in Regnis Caſtellæ, & Legionis, ac diœceſis Leodienſis commorantibus conceſſerant, ad dilectos filios fra-

tres congregationis Lombardiæ eiuſdem ordinis in diuerſis locis ipſius Lombardiæ ſub obſeruantia, & in communi, ac ſub habitu heremitico viuentes maxime in ſancta Maria de Pichitono: & de Vairano, ac de Piazano: necnon ſancti Saluatoris de Caſalbutano Laudenſis & Cremonenſis diœceſis: ac ſancti Donati extra muros Comanos commorantes, & quos inibi in futurum commorari contigerit: Necnon ad alios fratres aliorum locorum dicti ordinis eandem congregationem ipſorum fratrum Lombardiæ in poſterum ingredientes per ſuas literas extendit: & illa etiam eis conceſſit ſine tamen præiudicio fratrum Regnorum, & diœceſis Leodienſis prædictorum, Et inſuper quòd ipſi fratres dictæ Congregationis omnibus gratijs, Indulgentijs, libertatibus, exemptionibus, & priuilegijs fratribus dicti ordinis quomodocumq; conceſſis in omnibus, & per omnia uti, & gaudere poſſent, ac vterentur, & gauderent, indulſit, prout in literis dicti Pauli prædeceſſoris: quas cum alijs Eugenij, & Nicolai prædeceſſorum præfatorum literis ſuper his in Camera Apoſtolica exhiberi, & diligenter inſpici fecimus, plenius continetur. Et deinde exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Viſitatoris, & Miniſtri generalis, ac fratrum dictæ congregationis Lombardiæ petitio continebat. Quòd multi gerentes habitum heremiticum, ſimilem, vel quaſi ſimilem habitui ipſorum fratrum dictæ congregationis male viuentes, & per mundum vagantes in propria libertate plurima ſcandala faciunt in præiudicium maximum, & infamiam ipſorum fratrum dictæ congregationis: cum illius eſſe credantur: & ſcandalum plurimorum. Quodq; ad ipſos fratres dictæ congregationis in locis eorum huiuſmodi vndique Chriſti fideles ex deuotione confluunt pro confeſſione, & pœnitentia ſalutari. Quare pro parte ipſorum Viſitatoris, & Miniſtri principalis, ac fratrum dictæ congregationis nobis fuit humiliter ſupplicatum: vt priuilegia, facultates, indulta, & gratias prædictas; necnon omnes, & ſingulas prædictorum, & aliorum locorum, quæ hactenus pacifice poſſederunt, prout poſſident de præſenti receptiones hactenus per eos factas approbare, & confirmare. Ac ipſi Viſitatori, ſeu Miniſtro principali omnia loca fratrum dicti ordinis habitum heremiticum gerentium etiam non dictæ congregationis vbicumq; ſint in Italia viſitandi, ac reformandi, ac etiam omnes perſonas eorum tam in capite, quàm in membris in ſpiritualibus, & temporalibus corrigendi, ac delinquentes puniendi, & ſi expedierit, exinde amouendi: Necnon omnes portantes dictum habitum heremiticum vagantes caſtigandi, habitu prædicto ſpoliandi, & aliàs etiam corrigendi, & puniendi licentiam: Necnon ipſis fratribus dictæ congregationis in Sacerdotio conſtitutis quòd omnes, & ſingulas vtriuſq; ſexus perſonas ad eos pro confeſſione, & pœnitentia confluentes audire, & abſoluere, ac pœnitentiam ſalutarem iniungere libere, & licite valeant, facultatem concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ad commoda, profectum, & ſalutem fratrum dicti ordinis operoſa meditatione intendentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati priuilegia, facultates, indulta, & gratias fratribus antedictis (vt præmittitur) conceſſa, ac omnes, & ſingulas locorum receptiones per eos factas authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus. Ac Viſitatori, ſeu Miniſtro principali prædicto omnia loca fratrum dicti ordinis habitum heremiticum gerentium, etiam ſi non dictæ congregationis fuerint, vbicumq; ſint in Italia, viſitandi, & reformandi, ac etiam omnes perſonas eorum tàm in capite, quàm in membris in ſpiritualibus, & temporalibus corrigendi, & delinquentes puniendi, & ſi expediens fuerit, exinde amouendi: Necnon omnes portantes dictum habitum heremiticum vagantes caſtigandi, & habitu prædicto ſpo-

A ſto ſpoliandi, ac alias etiam (vt præfertur) corrigendi, & puniendi licentiam: Necnon ipſis fratribus dictæ congregationis in Sacerdotio conſtitutis, quòd omnes, & ſingulas vtriuſq; ſexus perſonas ad eos pro confeſſione, & pœnitentia accedentes audire, & abſoluere (exceptis caſibus epiſcopalibus) & pœnitentiam ſalutarem iniungere poſſint, facultatem dicta authoritate elargimur (iure tamen parochialis Eccleſiæ cuiuſlibet in omnibus ſemper ſaluo.) Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, & elargitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo, tertio Calend. Decembris, Pontificatus noſtri anno primo.

B

Sixtus Papa IV.

SVMMARIVM.

DEterminat poteſtatem fratrum Regularis obſeruantiæ ſuper fratres, & ſorores tertiæ Regulæ.

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Zaneto de Vtino, generali, & vniuerſis Prouincialibus miniſtris, ordinis fratrum Minorum, per vniuerſum orbem conſtitutis. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Romani Pontificis C prouidentia circunſpecta, perſonas, ſub religionis habitu, diuinis vacantes beneplacitis, ſtudio piæ vitæ, diuino fauore proſequitur, & quæ pro ipſarum perſonarum augmento, prouidè facta ſunt, vt illibata perſiſtant, Apoſtolico conſueuit munimine roborare. Dudum ſiquidem, per fœlicis recordationis, Innocentium Papam Quartum, prædeceſſorem noſtrum: accepto, quod miniſtri, & fratres tertij ordinis ſancti Franciſci de Pœnitentia, in Italia, & Regno Siciliæ conſtituti, cupiebant ad illa deuotionis augmenta procedere, per quæ fœlicitatis æternæ præmium eis poſſet fœlicius prouenire. Idem prædeceſſor, eorum Miniſtrorum, & fratrum ſupplicationibus inclinatus, vniuerſis Miniſtris prouincialibus, veſtri ordinis fratrum Minorum, per Italiam, & Regnum præfatum conſtitutis, ſuis literis mandauit, vt opportunis temporibus, per vos, aut dicti eorum ordinis fratres, ad hoc idoneos, Miniſtros, & fratres dicti ordinis tertij, in Italia, & Regno prædicto conſiſten- D tes, pro tempore viſitarent: & eos Regularibus diſciplinis inſtruerent, corrigerentque, & reformarent ibidem, tàm in capite, quàm in membris, quæ correctionis, & reformationis officio, cognoſcerent indigere, prout in eiſdem literis plenius continetur. Cùm autem, ſicut exhibita nobis nuper, pro parte veſtra, petitio continebat, vos cupiatis, prædictas & quaſcunque alias Apoſtolicæ Sedis literas, vobis aliquam ſuperioritatem, poteſtatem, & auctoritatem, in eoſdem miniſtros, & fratres tertij ordinis, de pœnitentia nuncupatos, quomodolibet concedentes, & in illis contenta, pro eorum ſubſiſtentia, firmiori noſtræ approbationis munimine roborari: & ad Miniſtros, & fratres dicti ordinis, extra Italiam conſiſtentes, extendi pro parte veſtra, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt prædictas literas Innocentij prædeceſſoris

c. ſſoris præfati, necnon omnia, & ſingula alia priuilegia, vobis in dictos miniſtros, ac fratres dicti ordinis tertij, poteſtatem, & authoritatem aliquam quomodolibet concedentes, approbare, roburque perpetuæ firmitatis obtinere debere, decernere, ac aliàs vobis, & eorundem fratrum tertij ordinis, proſperiori, ac fœliciori regimini oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati: prædictas, atq; quaſcunq; literas alias huiuſmodi, per quas vobis aliqua ſuperioritas, præeminentia, & authoritas, in eiuſdem tertij ordinis fratres, & ſorores tribuitur, authoritate Apoſtolica, præſentium tenore, approbamus, & robur perpetuæ firmitatis, obtinere debere decernimus: & ad vos miniſtros, Generalem, & Prouinciales, ac Vicarios fratrum dicti ordinis veſtri, & de obſeruãtia nuncupatorum, necnon miniſtros frates dicti tertij ordinis, etiam extra Italiam, & Regnum Siciliæ huiuſmodi, per vniuerſum orbem conſiſtentes, eadem authoritate extendimus, necnon vobis, & ſucceſſoribus veſtris, pro tempore exiſtentibus, generali, ac prouincialibus miniſtri, & vicarijs prænominatis, de obſeruantia dicti ordinis fratrum Minorum, ac eoſdem miniſtros, fratres, & ſorores tertij ordinis, vbilibet infra prouincias, vobis, & eiſdem ſucceſſoribus veſtris generali, & prouincialibus miniſtris, & Vicarijs, commiſſas conſiſtentes charitatiuè, in capite, & in membris viſitandi, & iuxta regularia inſtituta dicti ordinis inſtituendi, reformatione, & correctione indigentia, etiam per ablationem mantelli, & habitus tertij ordinis, ſi id qualitas exceſſus exegerit corrigendi, & reformandi. Volenteſq;, ad ipſum tertium ordinem, & illius viuendi modum aggregari, recipiendi, & habitum, ſiue mantellum, iuxtà morem dicti ordinis, eis exhibendi, ac ipſis miniſtris, fratribus, & ſororibus tertij ordinis, viſitatorem, ſiue confeſſorem dicti ordinis fratrum Minorum Conuentualium, vel de obſeruantia nuncupatorum, prout eis plus placuerit, ad id, moribus, vitæ ſanctimonia, & ætate idoneum, qui etiam illis Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare habeant, pro tempore, in veſtris prouincialibus capitulis, vel congregationibus dictorum fratrum, de obſeruantia nuncupatorum, vel extra, prout oportunum videbitur, aſſignandi, eadem authoritate, licentiam concedimus, & etiam facultatem, diſtrictius inhibentes locorum ordinarijs, & alijs quibuſcunq; perſonis cuiuſuis ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtant, & quacunq; authoritate fungantur, nè prætextu quarumuis literarum, & facultatum eiſdem forſan conceſſarum, & pro tempore concedendarum, de præmiſſis, quæ ad vos ſpectant, ſe quomodolibet impedire præſumant; ac decernentes, ex nunc, irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his, per quoſcunque, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſcunq; alijs, forſan circa præmiſſa, eis per ſedem Apoſtolicam, conceſſis facultatibus, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ante dictorum ordinum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, ſtatutis, conſuetudinis, priuilegijs, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumq; tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, veſtræ facultatis, explicatio huiuſmodi impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcumque tenoribus, de verbo ad verbum, præſentibus habenda eſſet mentio ſpecialis, quibus omnibus, quoad præmiſſa illa hic pro expreſſis habitis, etiam ſi in eis, illa videlicet, quibus per huiuſmodi generales clauſulas; non intelligeretur derogatum, vel aliæ clauſulæ derogatoriæ continerentur, quoad præmiſſa, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumq;. Nulli ergò omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, ſuppletionis, ordinationis, conſtitutionis, conceſſionis, & decre-

& decreti,infringere,vel ei,auſu temerario, contraire. Si quis autem hoc attentare
A præſumpſerit,indignationem Omnipotentis Dei,& Beatorum,Petri,& Pauli Apoſtolorum eius,ſe nouerit incurſurum. Dat.Romæ,apud S.Petum,anno Incarnationis Dominicæ,1471.Pont.noſtri, anno primo.

Sixtus Papa IV.

SVMMARIVM.

Decreuit,quod fratres,& ſorores tertij ordinis gaudeant priuilegijs, & immunitatibus eccleſiaſticis,tàm fori, quàm perſonæ, & rerum,ſicut aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ. Datq; eis Conſeruatores, & Defenſores contra quoſdam eorum perſecutores, &
B *moleſtatores in Italia.*

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Sacroſancta Romana Eccleſia,ſub religionis habitu Domino famulantes, ex aſſuetæ pietatis officio propenſius diligere conſueuit,ne indebitis agitentur moleſtijs,tanquam pia mater opportunis fauoribus confouere. Sane pro parte dilectorum filiorum, vniuerſorum fratrum, & dilectarum in Chriſto filiarum, vniuerſarum ſororum tertij ordinis Beati Franciſci de pœnitentia nuncupati, per Italiam conſiſtentium, nobis nuper,exhibita petitio continebat,quod licet plures Summi Pontifices prędeceſſoris noſtri,diuerſa, & plura, pro immunitatibus eorum conceſſerint priuilegia, & plures ſolemniſſimi vtriuſq; iuris Doctores teneant, quod ipſi fratres, & ſorores
C debeant gaudere libertate,& immunitate eccleſiaſtica,vt perſonæ religioſæ: nihilominus communitates ciuitatum, poteſtates, alijq; officiales ſeculares locorum Italiæ,non ceſſant in dies noua eis,tàm in rebus, quàm in perſonis inducere grauamina,libertati Eccleſiaſticæ contraria. Quare pro parte eorumdem fratrum, & ſororum,nobis fuit ſupplicatum humiliter, vt eiſdem communitatibus,poteſtatibus,& officialibus,ne huiuſmodi grauamina inferant,inhibere,aliaſq; eis ſuper hoc opportunè prouidere,de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, communitatibus, poteſtatibus, & officialibus præfatis,ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna,eo ipſo per poteſtates,& officiales ipſos,ac ſingulares perſonas earumdem communitatum,ſi contra fecerint, incurrenda, ne eiſdem fratribus,& ſororibus, grauamina aliqua libertati Eccleſiæ contraria, inducere,aut ipſos fratres,& ſorores,quo minus gaudeant priuilegijs, & immunitatibus
D tàm fori,quàm perſonæ,& rerum, ſicut aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, quomodolibet impedire præſumant,Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium inhibemus. Et nihilominus vniuerſis,& ſingulis Patriarchis,Archiepiſcopis,Epiſcopis, & alijs locorum Ordinarijs, ac quibuſcumq; perſonis, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon Patriarchalium,Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarũ, Canonicis pro tempore exiſtentibus,in ciuitatibus,& locis prædictis,& cuilibet eorum,qui deſuper fuerint requiſiti ab aliquo fratrum, ſeu ſororum prædictorum, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præmiſſa, vbi, & quando eis expedire videbitur,ſolemniter publicantes,non permittant eoſdem fratres,& ſorores, contra inhibitionis noſtræ huiuſmodi tenorem,per quoſcumq; quauis auctoritate, indebitè moleſtari, & eos,quos propterea huiuſmodi excommunicationis ſententiam, eſs

conſtiterit incurriſſe, excommunicatos nuntient, faciantq; ab alijs nuntiari, ac ab omnibus arctius euitari, donec ab huiuſmodi indebitis moleſtijs per eos dictis fratribus, & ſororibus illatis, cum effectu deſtiterint, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon municipalibus ſtatutis, iuramento, conſuetudine, conſtitutione, ſeu confirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate vallatis, contrarijs quibuſcumq; ſeu aliquibus communiter, vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, ac expreſſam, & de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Cæteum, quia difficile foret præſentes literas, ad ſingula loca, in quibus fratres, & ſorores prædictis illis indigerent, deferre: volumus, & præfata auctoritate decernimus, quod earum tranſumpto, manu notarij publici, ac curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, aut alicuius Epiſcopalis, vel Archiepiſcopalis ſigillo munito, ea prorſus in iudicio, vel extra, vbicumq; exhibitum, vel oſtenſum fuerit, fides adhibeatur, ac ſi ipſæ originales literæ forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ inhibitionis, mandati, voluntatis, & conſtitutionis infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dom. 1473. 12. Kal. Decemb. Pont. noſtri anno tertio.

A

B

Sixtus Papa IV.

SVMMARIVM.

C

Communicat priuilegia omnia fratrum Minorum conceſſa, & concedenda fratribus, & ſororibus Tertii ordinis, ac ſi eis nominatim, & expreſſe forent conceſſa. Et incipit. Sacri Prædicatorum, & Minorum fratrum ordines, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno 1479. ſeptimo Kal. Aug. Pontif. ſui anno octauo. Ponitur ab Emanuele Roderic. fol. 158.

Sixtus Papa IV.

SVMMARIVM.

D

Conſtituit, & declarauit, quod votum obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis emiſſum in ordine tertio S. Franciſci ſit votum ſolemne, ac votum cuiuſcumq; probatæ Religionis.

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ad Chriſti Vicarij præſidentis in ſpecula Apoſtolicæ dignitatis prouiſa circumſpectione pertinere dignoſcitur quarumlibet perſonarum Altiſſimo, ſub regulari habitu, mundanis oblectationibus abiectis, ſedulo famulantium, qualitatis attendere, ſicque feruenter inuigilare profectibus, vt ab eis omnis dubietatis materia, quæ ſalutem animarum, obnubilare videtur, auferatur, & contemplationis ſuauitate quieſcere valeant:

A valeant, ac tranquillum reddere Domino famulatum. Sanè iam dudum accepimus, quod quidam fratres, & ſorores tertij ordinis Beati Franciſci, ex ſpeciali conceſſione noſtra, & prædeceſſorum noſtrorum, collegialiter viuentes, poſt annum probationis, in manibus ſui miniſtri, vel miniſtræ, ab eorum collegio canonice electi, vel electæ, vouent, & promittunt obedientiam, paupertatem, & caſtitatem perpetuam ſolemniter, coram toto ſuo collegio, dubitaturq; à pleriſq;, an tale votum ſit ſolemne, & obliget, ſicut tale. Nos igitur, qui ordini prædicto, & in illo, Altiſſimo famulantibus perſonis, vt vota ſua firmiori ſtatu Chriſto cui vouerunt quietius perſoluere valeant, & animarum periculis, quantum poſſumus prouidere, intenſis deſiderijs, affectamus, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, decernimus, & ſtatuimus, votum præfatum, ſic (vt præmittitur) emiſſum, vel quod emittetur in futurum, de cætero habeat vim, & valitudinem voti ſolemnis, ac omnem inducat

B effectum, quem inducit votum ſolemne; factum cuicumq; de religionibus à Sede Apoſtolica probatis: diſtrictè præcipiendo mandantes, omnibus, & ſingulis cuiuſcumq; gradus, dignitatis, ordinis, aut conditionis fuerint, ſub quorum cura, aut iuriſdictione fratres, vel ſorores prædicti degunt, vel morantur, aut degere, aut morari contigerit in futurum: ne de cætero, fratres, vel ſorores prænominatos, præfatum votum, modo prædicto emittentes, matrimonium contrahere de cætero, ſeu ante contractum conſummare, aut religionem ipſam dimittere, aut ad ſecularem vitam redire permittant: Quodque, ſi ipſi fratres, vel ſorores contrarium fecerint, matrimonium huiuſmodi nullum fuiſſe, & eſſe, eadem auctoritate decernant: ac ipſos fratres, vel ſorores id facientes, excommunicationis ſententiam innodatos fore, tandiu denuntient, donec ad cor reuertentes, habitum dictæ religionis reaſſumant, & votum, ac profeſſionem ſuam, iuxta ſtatuta, & conſuetudines dicti ordinis, præ-

C dicto modo collegialiter viuentes, obſeruent: meruerintq; ab huiuſmodi excommunicationis ſententia à ſuis ſuperioribus abſolutionem obtinere. Non obſtantibus conſtitutionibus fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, & alijs quibuſcunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ ordinationis, inhibitionis, & conſtitutionis, infringere, vel ei, auſu temerario contraire, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1480. Cal. Decemb. Pontificatus noſtri anno decimo.

Innoc. papa VIII.

SVMMARIVM.

D

Declarat, quod ſorores tertij Ordinis ſancti Franciſci non includuntur in Conſtitutione Ioan. 22. incipiente. Sancta Romana, &c.

Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dudum per fœl. rec. Ioannem Papam XXII. prædeceſſorem noſtrum, accepto, quod nonnulli fraticeli, ſeu fratres de paupere vita, ſeu Bizocho, vel alijs nominibus nuncupati, habitum veræ Religionis aſſumentes, conuentiones, & conuenticula facere, & ſuperiores ſibi eligere, plurimos ad eorum ſtatum recipere, loca de nouo conſtruere, & in illis, in communi habitare, publicè mendicare, quaſi ſi eorum ficta foret vna de religionibus approbatis, temeritate damnabili præſumpſerint, & præſumebant inceſſanter.

Quorum primi tūc regulam, quam B. Franciſcus inſtituerat, profiteri, & ad literam obſeruare, & à Generalis, & Prouincialium miniſtrorum Ordinis fratrum Minorum, ſuperioritate, per Celeſtinum Papam V. prædeceſſorem noſtrum, exemptos eſſe, nonnulli verò ſe de tertio ordine B. Franciſci de Pœnitentia nuncupati, fore ſe aſſerebant, & ſub velamine huiuſmodi eorum ſtatum, ritum, & ſectam palliare ſatagebant, idem Ioannes prædeceſſor, in conſtitutione ſua incipienti, Sancta Romana & Vniuerſalis Eccleſia, ſectam, ritum, & ſtatum eorumdem improbans, & ſub excommunicationis pœna, eo ipſo incurrenda, eis, & omnibus alijs perſonis inhibuit, ne ſectam, ritum, ſiue ſtatum huiuſmodi ſectarentur vlterius, vel ipſum de nouo aſſumere, quoquomodo præſumerent, prout in eadē conſtitutione plenius continetur. Et nonnulli timoratæ conſcientiæ, vt aſſeritur, dubitant, an ſorores veræ de tertio ordine prædictæ exiſtētes, iuxta illius regularia inſtituta, in communi domo, ſub vnius ſuperioris earum matris ſuæ obedientia, cura, & directione prælatorum veſtri ordinis, aut aliorum proborum religioſorum, vitam ducentes in conſtitutione prædicta includantur, paci conſcientiarum ſit dubitantium conſulere, & ſcrupulum de illis remouere cupientes, ſorores prædictas, vbilibet per vniuerſum mundum conſiſtentes, etiamſi in communi viuentes, ad plura alia, quam ordo ipſe exigat, ſe propria voluntate aſtringant, & tria vota eſſentialia emittant, in conſtitutione prædicta non includi, auctoritate Apoſtolica, præſentium tenore declaramus, vt eis, vt velum nigrum aſſumere, & ſub perpetua clauſura manere, liberè, & licitè valeant, quoties eis placuerit, & vobis, aut alijs earum ſuperioribus videbitur earum ſtatui expedire, eadem auctoritate concedimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq;. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, anno Domini 1487. die 22. Ianuarij, Pontificatus noſtri anno tertio.

Alex Papa VI.

SVMMARIVM.

Concedit ſuperioribus Minorum de obſeruantia, quod poſſint aſſignare tertiarijs Confeſſores ſeculares, vel alterius religionis.

Alexander Papa ſextus. Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis feciſtis, quòd licet auctoritate Apoſtolica vobis fuerit conceſsū, quòd fratres, & ſorores tertij ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia nuncupati cōfeſſorem habere debeant per Generalem, & Prouinciales pro tempore Vicarios, & Cuſtodes ordinis fratrum Minorum de obſeruantia nuncupatorum reſpectiue deputandum: qui ſit de ordine fratrum Minorum Conuentualium, vel de obſeruantia cum facultate etiam dandi ſacramenta eccleſiaſtica dictis fratribus, & ſororibus tertij ordinis. Tamen propter locorum diſtantiam ſæpè euenit, quòd commode prædictum confeſſorem iuxta conceſſionem Apoſtolicam deputare non poteſtis: & propterea aliquod inconueniens in animarum ſuarum periculum contingere poſſet. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum: vt in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos ſupplicationibus huiuſmodi inclinati: diſcretioni veſtræ, & cuilibet veſtrum decreto perpetuis futuris temporibus

A poribus in locis in quibus fratres Conuentuales, vel de Obſeruantia prædicti commode haberi non poſſunt: fratribus & ſororibus præfati tertij ordinis vbicumq; vltra montes commorantibus de conſilio aliquorum fratrum confeſſores presbyteros ſeculares, vel aliorum ordinum regulares, honeſtos deputare valeatis: quibus eorum, & earum peccata confiteri, & ab eis quæcumq; eccleſiaſtica ſacramenta recipere poſſint: illoſq; in eorum monaſterijs, & domibus iuxta mores dicti tertij ordinis ſecum habere. Ita tamen quòd confeſſores ipſi dictarum ſororum: clauſtra, ſeu interiores officinas abſq; alterius perſonę bonę vitę, & famę ſocietate nullo modo debeant ingredi: locorum ordinariorum ſeu cuiuſuis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita libere, & licite valeatis licentiam concedimus pariter, & facultatem. Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis necnon in prouincialibus, & ſynodalibus concilijs, & veſtri ordinis Minorum capitulis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus ſtatutis quoq; & conſuetudinibus dicti ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis cæteriſq; contrarijs quibuſcumq;. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die ſextadecima Maij, milleſimo quingenteſimo Pontificatus noſtri anno octauo.
B

Alex. Papa VI.

SVMMARIVM.

C *MOniales tertij ordinis non tenentur ſoluere decimam, neq; collectas. Bulla incipit. Intelleximus aliquos &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die 24. Iulij 1501. & habetur in Monum. Ord. Min. fol. 56.*

Iul. Papa II.

SVMMARIVM.

DEclarat fratres Conuentuales curam debere habere fratrum, locorum, Monaſteriorum, & Congregationum tertij ordinis, quorum tunc temporis curam gerebant, & ita fratres de obſeruãtia fratrum. Bulla incipit. Cum multa, & graues, &c. Datum Romæ apud S. Petrum die 16. Iunij 1506. Pont. ſui anno tertio. Habetur in Monum. ordin. Minorum fol. 220.
D

Iul. Papa II.

SVMMARIVM.

SVbdit fratres, & ſorores tertij ordinis per vniuerſum orbem fratribus Conuentualibus, & de Obſeruantia.

DIlectis filijs Generali, & Prouincialibus miniſtris, & Vicarijs generalibus, & prouincialibus de obſeruantia nuncupatis Vniuerſi orbis ordinis Minorum,

Iulius

Iulius Papa Secundus. Dilecti filij ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exponi
nobis feciſtis, quod & ſi felicis recordationis. Innocentius Papa Quartus prædeceſ- A
ſor noſter vniuerſis miniſtris prouincialibus ordinis fratrum Minorum Conuen-
tualium per Italiam, & Regnum Siciliæ conſtitutis ſuis literis mandauerit, vt per ſe
aut dicti ordinis fratres idoneos miniſtri, & fratres tertij ordinis ſancti Franciſci in
Italia, & Regno prædicto pro tempore conſiſteñ. perpetuo viſitarentur, & eos regu-
laribus diſciplinis inſtruerent, ac tàm in capite quàm in membris corrigerent, &
reformarent ea quæ correctionis, & reformationis officio cognoſcerentur indigere,
& recolendæ memoriæ Sixtus Papa Quartus, & prædeceſſor noſter eaſdem ſupe-
rioritatemq́, præeminentiam & auctoritatem in fratres, & ſorores dicti tertij ordinis
per dictas litteras Innocentij eiſdem miniſtris prouincialibus Italiæ, & Regni prædi-
cti conceſſas, & attributas approbaſſet, & illas robur perpetuę firmitatis obtinere
decreuiſſet, & eaſdem litteras ad miniſtros generales, & prouinciales ac Vicarios fra-
trum dicti ordinis Conuentuales, & de Obſeruantia nuncupatos ac miniſtros, & fra- B
tres dicti tertij ordinis etiam extra Italiam, & Regnum Siciliæ per vniuerſum or-
bem conſiſteñ. eadem auctoritate extendiſſet ac tunc & pro tempore Generali, &
Prouincialibus miniſtris, & Vicarijs Conuentualium, & de obſeruantia prædictis di-
cti ordinis fratrum minorum eoſdem miniſtros, fratres & ſorores tertij ordinis vbi-
libet infra prouincias eis eorumq; ſucceſſoribus Generali, & Prouincialibus mini-
ſtris & vicarijs prædictis commiſſis conſiſteñ. in capite, & in membris charitatiue
viſitañ. & iuxta regularia inſtituta dicti ordinis inſtrueñ. reformatioñ. & correctioñ.
indigentia etiam per ablatioñ. mantelli & habitus dicti tertij ordinis ſi id qualitas
exceſſus exegerit corrigendi, & reformandi, ac volentes ad ipſum tertium ordinem
& illius viuendi modum aggregari recipiendi, & habitum ſiue mantellum iuxta di-
cti ordinis morem eis exhibendi ipſis miniſtris, fratribus & ſororibus tertij ordinis
Viſitatoris, Confeſſorem dicti ordinis fratrum Minorum Conuentualium ſeu de C
Obſeruantia nuncupatorum prout eis plus placuit ad id moribus, vita, ſanctimonia,
& ætate idoneum qui illis & omnia eccleſiaſtica ſacramenta miniſtret pro tempore
in ſuis Prouincialibus Capitulis vel Congregationibus dictorũ fratrum Conuẽtua-
lium vel de obſeruantia nuncupatorum vel extra prout opportunum videbitur cõ-
ſignandi licentiam conceſſiſſet & facultatem diſtrictius inhibendo locorum ordina-
rijs, & alijs quibuſcumq; perſonis cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exi-
ſteñ, ac quacumq; auctoritate fungeñ. ne prætextu quarumcumq; litterarum, & fa-
cultatum eis conceſſarum, & pro tempore forſan concedendarum de præmiſſis ad
vos ſpectañ. ſe quomodolibet intromittere præſumant, decernens irritum & inane
ſi ſecus fieret prout hæc & alia in Innocentij, & Sixti prædeceſſorum prædictorum
litteris plenius continetur. Et nihilominus nonnulli dilecti filij miniſtri, fratres, ſo-
rores dicti tertij ordinis prouinciæ veſtræ ſancti Iacobi contra litteras prædictas ve- D
nieñ. ab obedientia, ſuperioritate correctioñ. & coarctioñ. veſtris ſe ſubtrahunt, neq;
vobis conuentualibus aut vobis de obſeruantia nuncupatis fratribus ac veſtræ obe-
dieñ. correctioñ. & coarctioni aut alias iuxta dictarum litterarum Sixti formam, &
tenorem ſubeſſe nolunt ſed ex ſeipſis ſuperiorem inter ſe non ſine magno dicti
ordinis ſcandalo habere præſumunt. Super quibus vt aſſeritur vltra ſcandala præ-
dicta magnę, & immortales lites inter vos, & prædictos tertij ordinis fratres exoriri
formidantur prout in dicta prouincia ſancti Iacobi inter eos, & vos deſuper exortæ
ſunt. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum vt Innocentij & Sixti
prædeceſſorum litteras prædictas auctoritate Apoſtolica confirmare, & approbare

ac vo-

A ac vobis in præmiſſis de opportuno remedio prouidere dē benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui religioſorum quietem, & tranquillitatem vt altiſſimi ſeruitio promptiores ſe exhibeant intimis deſideramus affectibus omnes & ſingulas cauſas ſuper præmiſſis tam inter ipſos miniſtros fratres, & ſorores dicti tertij ordinis prædictæ prouinciæ ſancti Iacobi quam quoſcumq; alios eiuſdem tertij ordinis, miniſtros, fratres, & ſorores vniuerſi orbis, & vos coram quibuſcumq; iudicibus quacumq; auctoritate fungeñ. & in quibuſuis inſtañ. pendeñ. quorum nomina, & cognomina ac ipſarum ſtatus præſentibus pro ſufficienter, expreſſis habemus ad nos & ſedem prędictam aduocañ. & lites penitus extingueñ. dictas Innocentij & Sixti & quaſcumq; alias Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum litteras, & prout illa cōcernunt omnia & ſingula in eiſdē litteris cōtenta perpetuò cōfirmamus ac illis robur ꝑpetuæ firmitatis adijcimus ſupplemuſq; omnes & ſingulos earum iuris, & facti defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Necnon omnes, &

B ſingulos miniſtros, fratres, & ſorores dicti tertij ordinis vbiq; locorum per vniuerſum orbem conſiſteñ. ac iuxta dictarū litterarum Sixti Quarti formam, & tenorem ſubditos ſub correctioñ. Coarctioñ. ſuperioritate, & obedientia veſtris perpetuo ſubijcimus, & vos in eos ſuperioritatis, iuriſdictioñ. viſitatioñ correctioñ. & coarctioñ. exercitare poſſe, & debere iuxta formam dictarum litterarum Sixti decernimus, & declaramus, & pro potiori cautela vobis in miniſtros, fratres, & ſorores dicti tertij ordinis ſuperioritatem iuriſdictioñ. viſitatioñ. correctioñ. & coarctioñ perpetuis, futuris temporibus damus. Et vniuerſis, & ſingulis miniſtris, fratribus, & ſororibus dicti tertij ordinis prædictis, per vniuerſum orbem conſtitutis ſub excommunicationis latæ ſententiæ ac priuatioñ. mantelli ſiue habitus, & domorum quas obtinent pœna eo ipſo niſi paruerint ea effectu incurreñ. mandamus quatenus infra ſex mē-

C ſes à die generalis intimationis in qualibet dicti ordinis vniuerſi orbis prouinciæ computañ. obedientiam veſtrā miniſtrorū generaliū, & prouincialiū, conuentualiū, vel de obſeruātia nuncupatorū eligant, & obedieñ. ſe ſubiaceant. Quo circa venerabilib' fratrib' Burgeñ. & Hilopotanieñ. Epiſcopis ac dilecto filio Priori monaſterij Sācti Vincentij Salamañ & eorū cuilibet mandamus quatenus per ſe vel alium ſeu alios faciant, vos confirmatione, approbatione, & defectum ſuppletioñ. prædictis, pacifice vti, frui & gaudere ac ad miniſtros, fratres, & ſorores dicti tertij ordinis, vt vobis obedientiā, & reuerentiā præſtare cogant contradictores ſub pœnis, & cenſuris eccleſiaſticis, & alia iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Inuocato etiam ad omnia præmiſſa ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtañ. præmiſſis ac conſtitutioñ. & ordinatioñ. Apoſtolicis ſtatutis, quo & conſuetudinibus dicti ordinis iuramēto, & cōfirmatione Apoſtolica roboratis, noſtris &, piç me-

D moriæ Bonifacij Papæ VIII. de vna, & duabus dietis ac quibuſuis litteris Apoſtolicis per nos aut ſedem prædictam quomodolibet conceſſiſſet concedendum, & ſi de eis omnibus, & ſingulis ſpecialis, & expreſſa ac de verbo ad verbum non autem per generales clauſulas mentio præſentibus habenda foret.. Quibus ſpecialiter, & expreſsè ſufficienter derogamus cæteriſq; contrarijs quibuſcumq;. Datum Romæ die decima quinta Octobris. Milleſimo quingenteſimo ſeptimo, Pontificatus noſtri anno quarto.

Iul. Papa II.

A

SVMMARIVM.

COnfirmat priuilegia Eug. IV. Nic. V. & Sixt. IV. & inſuper ad tertium ordinem extendit priuilegia omnia fratrum Minorum, etiam regularis obſeruātiæ. Et quod Capitula generalia celebrentur ad morem fratrum Minorum, prohibetq; tertiarijs tranſitum ad alias religiones.

IVlius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem ea, quæ per prædeceſſores ſuos pro religioſorum ordinum quorumlibet incremento, ac perſonarum ſub ſuaui religionis iugo, ac regulari obſeruantia Altiſſimo famulantium conceſſa ſunt, approbare, & confirmare, ſuarumq; literarum præſidio communire, vt eo firmius maneant, quò maiori fuerint munimine roborata, & alia de nouo concedere, prout cognoſcit in Domino ſalubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum moderni Viſitatoris generalis, & fratrum domorum tertij ordinis ſancti Franciſci ſub habitu heremitico de Pœnitentia nuncupati per totam Italiam nobis nuper exhibita petitio continebat. Quòd aliàs felicis recordationis Eugenius Quartus, Nicolaus Quintus, Paulus Secundus, & Sixtus Quartus Romani Pontifices prædeceſſores noſtri diuerſa priuilegia, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta fratribus dicti tertij ordinis ſub habitu heremitico, & regulari obſeruantia viuentibus conceſſerunt, prout in diuerſis literis deſuper confectis dicitur plenius contineri. Quare pro parte Viſitatoris, & fratrum prædictorum aſſerentium priuilegia, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta huiuſmodi eſſe in vſu, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt illis robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, aliaſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaq; huiuſmodi ſupplicationibus inclinati omnes, & ſingulas domorum receptiones per eos iuxta dicta priuilegia factas, ſeu aliàs tam ordinaria, quàm Apoſtolica authoritate eis conceſſas: Necnon exemptiones, libertates, immunitates, indulgentias (non tamen plenarias) & peccatorum remiſſiones, aliaſq; conceſſiones, priuilegia, & indulta illorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur pro expreſſis habentes, quatenus ſint in vſu (vt præfertur) authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus reſpectiue, & perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decernimus. Et nihilominus pro potiori cautela illa de nouo, ac omnia, & ſingula priuilegia, indulta ſpiritualia, & temporalia, exemptiones, libertates, immunitates, & peccatorum remiſſiones, aliaſq; gratias, & conceſſiones Ordinis Fratrum Minorum etiam regularis Obſeruantiæ, & illius domibus, & fratribus in genere, vel in ſpecie quomodolibet conceſſa, eidem Ordini de Pœnitentia nuncupato, illiuſq; domibus, & Fratribus præſentibus, & futuris eadem authoritate concedimus, & ad Ordinem de Pœnitentia, illiuſq; domos, & Fratres prædictos extendimus, & eis ſuffragari debere in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi ſpecialiter conceſſa fuiſſent, decernimus. Ac quòd in Capitulis generalibus dictorū Ordinū procedatur ad electionem Viſitatoris generalis ſecundum morem, & ordinationes regulares dicti Ordinis Fratrum Minorum. Quodq; Fratres dicti Tertij Ordinis ad alium Ordinem etiam mendicantium ſub excommunicationis latæ ſententiæ

B

C

D

pœna

A pœnas tranſire non poſſint, niſi prius petita licentia à Viſitatore generali, ſeu eius Vicario Prouinciali pro tempore exiſtente authoritate, & tenore præmiſſis ſtatuimus, & ordinamus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſuis literis Apoſtolicis etiam noſtris, illis præſertim, quibus inter alia caueri dicitur expreſſe. Quòd Fratres dicti Tertij Ordinis non poſſint retinere domos ſub nomine dicti Tertij Ordinis huiuſmodi, ſed ſe conformare alijs dicti Ordinis de obſeruantia nuncupati. Quibus etiam ſi ad illorum derogationē de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clauſulas id importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, illorum tenores pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ B approbationis, confirmationis, decreti, conceſſionis, extenſionis, ſtatuti, ordinationis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octauo, ſexto Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Aduerte ad illud verbum de obſeruantia, quod in diplomate appoſitum eſt, nam de Pœnitentia legi debet. Pontifex enim ibi loquitur (vt intelligenti patet) de tertiarijs illis, qui in eorum domibus cum proprijs vxoribus habitant, qui quidem tertiarij de Pœnitentia, non autem de obſeruantia nominantur: vt ſatis conſtat ex Regula Nicolai Papæ IV. quæ de Pœnitentia nuncupatur. Vtrum autem hoc verbum de obſeruantia ſcrip- C *torum, an ſupplicantium errore poſitum fuerit, tu diiudices.*

Iul. Papa II.

SVMMARIVM.

PRohibet ne fratres Minores, eorumq; Conſeruatores ſe intromittant de Domibus tertij ordinis, illarumq; fratribus. & dat Defenſores Archiepiſcopum Florentiæ, & Epiſcopos Cremonæ, & Imolæ.

D IVlius Papa ſecundus. Ad futuram rei memoriam. Romani Pontificis prouida circunſpectio nonnunquàm geſta per eam, ne ſub ignorantia facti moleſtationibus affligantur indebitis, & ſcandalorum fomentū parturiant, dilucidat, prout negotiorum, & perſonarum qualitate inſpecta conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem certos conſeruatores dilectis filijs Fratribus Ordinis Minorum Sancti Franciſci nuncupatorum: qui eoſdem Fratres Minores à manifeſtis iniurijs defenderent, & contra ſubtrahentes ſe ab eorum obedientia cogerent, & compellerent ad eis parendum, & obediendum conſtituimus, & deputauimus, prout in noſtris inde confectis literis: quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, plenius continetur. Cum autem nunquàm fuerit, nec ſit noſtræ intentionis, quòd dicti conſeruatores

de domibus dilectorum filiorum Fratrum Tertij Ordinis eiuſdem Sācti Franciſci de Pœnitentia nuncupati regularis obſeruantiæ ſub habitu heremitico congregationis Lombardiæ degentium, quæ per diuerſa Priuilegia Apoſtolicā etiam per nos conceſſa, & approbata ab alijs, quàm à Viſitatore generali dictæ congregationis viſitari, aut earundem domorum Fratres coram alijs, quàm dicto Viſitatore ad iudicium trahi non poſſint, ſic intromitterent, ac ad inſtantiam ſupradictorū Fratrum Ordinis Minorum nūcupatorum contra dictos Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia nuncupati regularis obſeruantiæ cōgregationis huiuſmodi procedere poſſent. Volenteſq; pro debito paſtoralis officij nobis diuinitus iniuncti eiſdem Fratribus Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia nuncupati ſuper his ſalubriter prouidere authoritate Apoſtolica tenore præſentium eiſdem conſeruatoribus, & iudicibus nunc, & pro tempore à dictis Fratribus Ordinis Minorum à nobis, vel à Sede Apoſtolica contra eoſdem Fratres Tertij Ordinis huiuſmodi pro tempore impetratis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnā, quam ſi contrafecerint eo ipſo incurrant, diſtricte præcipiendo mandamus, ne aliqui prædictorum, aut quorumcunq; aliorum forſan in poſterum ſub quibuſuis verborum formis, & clauſulis etiam derogatoriarum derogatorijs concedendorum de domibus dicti Tertij Ordinis, & illarum Fratribus intromittere, aut illos ad inſtantiam dictorum Fratrum Ordinis Minorum directe, vel indirecte moleſtare præſumant, ſed onus viſitandi domos, & Fratres Tertij Ordinis huiuſmodi, & de illis, eorumq; rebus, & negotijs cognoſcendi Viſitatori dictæ congregationis Tertij Ordinis huiuſmodi, & deputatis ab eo relinquant. Quocirca venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Florentino, & Cremonenſi, ac Imolenſi Epiſcopis per præſentes mandamus. Quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, aut alios eiſdem Fratribus Tertij Ordinis in præmiſſis omnibus ad omnem Viſitatoris congregationis Tertij Ordinis, & illius Fratrum prædictorum requiſitionem efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittant eos per dictos conſeruatores à dictis Fratribus Minorum pro tempore deputatos, ſeu aliquem ex eis contra priuilegia ipſis Fratribus Tertij Ordinis (vt præfertur) conceſſa, quomodolibet moleſtari contradictores authoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictorum ordinum iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia, roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon priuilegijs, & indultis illis ſub quibuſcunque tenoribus conceſſis: quibus hac vice ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die octauo Februarij milleſimo quingenteſimo octauo, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Aduerte lector ad diem & annum huius conceſſi diplomatis, nam in exemplaribus, quæ inter nos circumferuntur die 26. Februarij, & Anno nono poſt M. D. illud datum fuiſſe legitur, quod etiam in priuilegio Caroli V. nunc inuictiſſimi Imperatoris ita habetur. Nos autem ad antiquius, & autenticum reſpicientes die octauo eiuſdem menſis, non autem, XXVI. Anno verò octauo, non autem nono legi debere atteſtamur.

A

Iul. Papa II.

SVMMARIVM.

Confirmat conſtitutiones Fratrum de obſeruantia factas in Capitulo generali Vallis Oleti. Inter quas reperitur hæc vna. Quod Fratres Tertiarij portent habitum diſtinctum à Fratribus primi Ordinis; & ad minus habeant Caparonem deſcendentem ſuper ſcapulas per quatuor digitos, qui ſit tam longus à parte anteriori, & poſteriori, vt deſuper eum cingulum cingi poſſit, & color habitus tendat magis ad nigredinem, quàm ad albedinem. Bulla incipit. Viſis, & diligenter conſideratis &c. Dat. Romæ apud S. Petrum die 25. Maij 1508. Pontificatus ſui anno Sexto. Habetur in Monum. Ord. Min. fol. 214.

B

Iul. Papa II.

SVMMARIVM.

Mandat Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, qui obedientiam Fratrum Minorum elegerunt, in eadem manere, & qui electam dimiſerunt, ad eam infra decem dierum ſpacium reuerti, qui autem nundum elegerunt, intra idem ſpacium eligere debere.

C Dilectis filijs Miniſtro Prouinciali, & Vicario Prouinciali Ordinis Minorum Prouinciæ Sancti Iacobi, vel eorum alteri. Iulius Papa ſecundus. Dilecti filij ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis feciſtis quod felicis recordationis Innocentius quartus prædeceſſor noſter vniuerſis miniſtris Prouincialibus Ordinis Fratrum Minorum per Italiam, & regnum Siciliæ conſiſten. ſuis literis mandauit, vt per ſe, aut dicti Ordinis Fratres ad hoc idoneos miniſtros, & Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia nuncupatos in Italia, & Regno prædicto conſiſten. pro tempore viſitarent, & eos regularibus diſciplinis inſtruerent, ac tam in capite, quam in membris corrigerent, & reformarent quodq; recolendæ memoriæ Sixtus Papa etiam quartus ſimiliter prædeceſſor, & ſecundum carnem patruus noſter literas Innocentij prædeceſſoris huiuſmodi approbando eaſdem ad Miniſtros, & Vicarios generales, & Prouinciales dicti Ordinis Conuentuales, & de obſeruantia reſpectiue ad Miniſtroſq; & Fratres dicti Tertij Ordinis D extra Italiam, & Regnum prædictum per vniuerſum orbem conſiſtentes auctoritate Apoſtolica extendit in prædicti Miniſtri, & Vicarij Ordinis Minorum prædictos Fratres, & Sorores Tertij Ordinis regularibus diſciplinis inſtruerent charitatiue viſitarent, & tam in capite, quam in membris corrigerent, & etiam per oblationem mantelli, vel habitus ſi dignum ſibi videretur caſtigarent, & prædictum Tertium Ordinem recipere volen. habitum, ſiue mantellum iuxta morem dicti Tertij Ordinis exhiberent, & alia ad conſeruationem dicti Tertij Ordinis facerent, inhibendo locorum ordinarijs, & alijs quibuſcunq; perſonis ne prætextu quarumcunq; literarum apoſtolicarũ de præmiſſis ſe intromittere præſumerent, decernendo irritum, & inane quicquid ſecus fieret. Sed quoniam aliqui de prædicto Ter-

tio Ordine maxime in veſtra præfata Prouincia Sancti Iacobi prædictis literis non obtemperabant. Nos quieti, & tranquillitati prædicti Tertij Ordinis conſulen. vt ſuperioritatem, & præeminentiam prædictis Miniſtris, & Vicarijs, per prædictos prædeceſſores cõceſſam ſalubrius exercere valerent prędictas literas confirmamus, ac potiori pro cautela de nouo conceſſimus, & vt præfati Tertij Ordinis Fratres, & Sorores infra ſex menſium ſpacium à die intimation. obedientiam Fratrum Conuentualium ſiue de obſeruantia iuxta prædeceſſorum prædictorum literas eligerent, ac certis ibidem deputatis iudicibus, vt prædictas noſtras literas certo modo, & forma executioni demandarent commiſimus, & mandauimus aduocationem, & extinguen. omnes cauſas, & lites inter vos, & præfatos Tertij Ordinis Fratres, & Sorores penden. prout hac & alia tam in prædeceſſorum noſtrorum, quam in noſtris literis plenius continetur. Verum quia poſtmodum ad ſupplication. Viſitatoris, Miniſtrorum, & Fratrum, ac Abbatiſſarum, ſeu Matruum, & Monialium Monaſteriorum, ſeu domorũ prædicti Tertij Ordinis veſtræ præfatæ Prouinciæ Sancti Iacobi in Compoſtella ortas, Nicolai quarti, & Eugenij etiam quarti, aliorumq; prædeceſſorum noſtrorum Apoſtolicas literas, ac indulta priuilegia, & gratias tam modum viuendi, & temporalitatem, quam etiam ſpiritualitatem concernendo, eidem Tertio Ordini illiuſq; Fratribus, Abbatiſſis, & Sororibus conceſſa, ac omnia, & ſingula ſtatuta, & ordinatum prædictorum Pontificum auctoritate edita, & facta regulari obſeruantiæ non derogantia, & inde ſecuta quæcunq; approbauimus, & confirmauimus, ac potiori pro cautela de nouo conceſſimus, & regulam Tertij Ordinis prædicti, prout Sanctus Franciſcus inſtituit, & prædicti prædeceſſores declararunt ab omnibus in dicto Tertio Ordine pro tempore profitentibus abſq; alia cõparatione cum alijs duabus regulis dicti Sancti ſub excommunicationis latę ſententię, & alijs pœnis obſeruare debere ſimiliter iuſſimus, & mandauimus cum certis derogation. & corroborationibus prout in literis ad ſupplicationem prædictorum Viſitatoris Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis habitis etiam plenius continetur: prædicti Viſitatorũ Fratres, & Sorores Tertij Ordinis præfati, vel aliqui eorum in prædicta veſtra Prouincia veſtram obedientiam præfatam eligere noluerunt, neq; à vobis reſpectiue viſitari, corrigi, & reformari iuxta prædeceſſorum noſtrorum, & prædictas noſtras literas permiſerunt, neq; de præſenti permittunt prætenden. prætextu confirmationis noſtræ prædictæ eis factæ, & in eadem confirmatione contentarum derogationum, vel aliarum literarum eis forte conceſſarũ ab obedientia viſitatione, correctione prædictis eſſe liberatos, ex quo ſi permitteretur non ſolum in prædicta prouincia viſitation. & correction. huiuſmodi fructus iuxta intentionem prædeceſſorum præfatorum, & noſtram ceſſaret, ſed etiam vt ſimiliter in alijs prouincijs quod viſitation. & correctionis iugum ſubterfugeretur per ſimilem, & per alias vias præberetur occaſio. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis paterna cura iuxta prædicti Tertij Ordinis conſeruationem prouidere dignaremur. Nos igitur qui dum Cardinalatus fungebamur honore prædicti veſtri Ordinis Protector fuimus, & inde de omnibus tribus Sancti Franciſci Ordinibus multa tractauimus, vidimus, & intelleximus, quiq; illa quæ per prædictos prædeceſſores noſtros, & maxime per præfatum Sixtum quartum qui non ſolum dum ad Cardinalatus honorem aſſumptus fuit veſtri prædicti Ordinis Generalis Miniſtri fungebatur officio, ſed etiã ab ineunte eius ætate in prædicto Ordine fuit nutritus. Vnde oportunitatum, pacis, quietis, & augmenti trium præfatorum ordinum in diuerſis ſtatibus, & temporibus

bus veriſimiliter eſt certam ſcientiam habuiſſe circa prædictas viſitationem, & cor-
A rectionem ordinata fuerunt ſalubria vtilia, & neceſſaria, & nullatenus alterando
prædicto Ordini, ac alijs duobus eſſe putantes. tenore præſentium declaramus no-
ſtræ intention. fuiſſe, & eſſe per prædictas noſtras, & alias quaſcunq; ad ſupplica-
tionem prædictorum Viſitatoris, Miniſtrorum, Fratrum, & Sororum, vel cuiuſli-
bet eorum, aut alterius cuiuſcunq; perſonæ in ſui fauorem habitas litteras modum
viuendi, ſeu regulam prædictorum Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis tam circa
ſpiritualitatem, quam circa temporalitatem, ac eorum conſtitution. & ſtatuta quæ
auctoritate Apoſtolica vigore litterarum prædictarum Nicolai, Eugenij, & aliorũ
Summorum Pontificum facta fuerunt, & per præfatum Sixtum rerum huiuſmodi
exp. rtiſſimum, & per nos non fuerunt immutata dumtaxat fuiſſe per nos confirma-
ta, & de nouo conceſſa. Et ideo locorum ordinarijs prout prædictus Sixtus præ-
deceſſor inhibuit maxime venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchæ Alexandriñ.
B & Archiepiſcopo Compoſtellañ. ac Epiſcopo Salamañ. auctoritate, & tenore præ-
fatis inhibentes, ac lites inter vos, & prædictos Tertij Ordinis Fratres, & Sorores
ſuper viſitatioñ. & reformatione præfatis prout in prædictis noſtris literis ad nos ad-
uocauimus, & extinximus, nunc ſimiliter aduocañ. & extingueñ. auctoritate, & te-
nore præſentium prædictorum Innocentij quarti, & Sixti etiam quarti, & noſtras
literas ſuperioritatem, viſitationem, & reformationem, & correctionem præfatas
concerneñ. confirmamus, & approbamus, ac omnia in eis, & eorum ſingulis cõ-
tenta potiori pro cautela nunc de nouo concedimus. Mandañ. quod omnes dicti
Tertij Ordinis Fratres, & Sorores qui virtute prædictarum Sixti quarti præfati, &
noſtrarum literarum, vel quarumlibet earum, aut alio quouis modo in veſtra prę-
dicta Prouincia obedietiam cuiuſlibet veſtrum elegerunt in eiſdem iuxta earum-
dem literarum tenorem reſpectiuè perpetuæ remaneant. Illi vero qui obedietiam
C alterius veſtrum ſemel electam dimiſerunt ad eamdem intra ſpacium decem dierũ
à die intimationis præſentium reuertantur in ea ſimiliter iuxta dictarum literarum
tenorem permanſuri, Fratres, autem & Sorores qui obedientiam cuiuſlibet ve-
ſtrum iuxta formam dictarum Sixti, & noſtrarum literarum, ſeu alio quouis mo-
do hucuſq; non elegerint infra prædictorum decem dierum ſpacium alterius veſtrũ
obedientiam eligere, & in eiſdem iuxta prædictarum Sixti, & noſtrarum literarũ
tenorem ſub pœnis in eiſdem cõtentis: ſimili modo perpetue remanere reſpectiue
teneantur. Quo circa venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Sipoñ. & Epiſcopo
Leſineñ. ac dilecto filio priori Sancti Vincentij Ordinis Sancti Benedicti Salamañ.
Ciuitatis, per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum
per ſe, vel alium, ſeu alios in præmiſſis efficaci deſenſioñ. præſidio aſſiſten. faciant
D omnia, & ſingula præmiſſa firmiter obſeruari. Contradictores per cenſuras Ec-
cleſiaſticas, & alia iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad
hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus conſtitutionibus felicis
recordationis Bonifacij Papæ VIII. quibus cauetur ne quis extra ciuitatem, diœce-
ſim, niſi in certis caſibus expreſſis, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ Diœ-
ceſis ad iudicium euocetur, ſed omnia iudices apoſtolici extra ciuitatem, & diœce-
ſim in qua videlicet deputati fuerint contra quoſcumq; procedere, aut alij, vel alijs
vices ſuas committere præſumant, & de duabus dietis in concilio generali, necnon
omnibus, & alijs conſtitutionibus, & ordinatioñ. alijſq; literis apoſtolicis præfatis
Fratribus, & Sororibus dicti Tertij Ordinis, vel cuilibet eorum, aut alijs quibuſuis
perſonis in eorum fauorem, tam ſuper dicta confirmatione, quam alias conceſſis, ac

etiam

nitis, in iudicio, & alibi, vbi opus fuerit, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, & oſtenſæ. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 27. Maij, 1517. Pontificatus noſtri anno 5. A

Leo Papa X.

SVMMARIVM.

DEclarat Sorores Tertiæ Regulæ eſſe verè religioſas, & gaudere poſſe priuilegijs Fratrum Minorum.

DIlecto filio noſtro Chriſtophoro tituli S. Mariæ de Aracœli Presbytero Cardinali. Leo Papa X. Dilecto filio noſtro, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ea, quæ per ſedem Apoſtolicam prouidè ſtatuta, & ordinata, ac declarata eſſe noſcuntur, nonnunquam Romanus Pontifex illa, ſucceſſu temporis impugnationi ſubiacerent, cum ab eo petitur approbare, ac alias deſuper ordinare, & diſponere conſueuit, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem, fœl. rec. Sixtus IV. prædeceſſor noſter, fuit, & ordinauit, Sorores Tertij Ordinis ſancti Franciſci, tria eſſentialia vota emittendo, collegialiter viuentes, verè religioſas eſſe, & votum, obedientię, paupertatis, & caſtitatis, à Sororibus Tertij Ordinis ſancti Franciſci, collegialiter viuentibus, in manibus ſuorum ſuperiorum, tunc emiſſum, aut ab ipſis, pro tempore exiſtentibus ex tunc in futurum emittendum, habere vim, & validitatem voti ſolemnis, ac omnem inducere effectum, quem inducit votum ſolemne factum cuicumque ex religionibus approbatis à Sede Apoſtolica, ac impedire matrimonium contrahendum, & dirimere iam contractum. Et licet nos in ſacro Concilio Lateranenſi, nouiſſime celebrato, pro pace, & vnitate, inter prelatos, & perſonas religioſas conſeruanda, eodem ſacro approbante Concilio, ſalubriter ordinauerimus, voluerimus, & decreuerimus, quod Fratres, & Sorores Tertij Ordinis prędicti, illius habitum deferentes, ac collegialiter virginalem, ac vidualem caſtitatem, ſeu cœlibem vitam, expreſſo voto ducentes, omnibus priuilegijs Fratrum Minorum gaudere deberent, prout in noſtris, & pręfati prędeceſſoris literis, plenius reſpectiuè continetur. Nihilominus, ſicut tua circunſpectio nobis nuper retulit, nonnulli pręlati, & Rectores parochialium Eccleſiarum, maximè in Gallijs, & Germania, dictas ſorores aſſerunt, non eſſe Religioſas, & eas propterea priuilegijs prędictis gaudere non poſſe, ac oratoria, & cœmeterium, & in ipſis oratorijs Sacramentum Euchariſtię, & oleum ſanctum habere, ac miſſas decantari, & aquam benedictam benedici facere, non permittunt, ſed vt meras ſæculares, ad audiendum miſſas, & ſuſcipienda Eccleſiaſtica Sacramenta in parochialibus Eccleſijs compellere nituntur, in ipſarum ſororum maximam perturbationem, & ſcandalum plurimorum. Quare tu, qui officio generalis miniſtri dicti Ordinis Fratrum Minorum, ex conceſſione Apoſtolica, fungeris, nobis humiliter ſupplicaſti, quatenus declarationem dicti Sixti prædeceſſoris huiuſmodi, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, authoritate Apoſtolica, tenore preſentium approbamus, & innouamus, ac perpetuę firmitatis robur obtinere debere decernimus. Et inſuper omnibus, & ſingulis prę latis,

B C D

tera

tam regularibus, quam ſæcularibus, & parochialium Eccleſiarum Rectoribus,
A ceteriſque perſonis eccleſiaſticis, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pena, inhibemus, ne dictas ſorores, quas conformiter ad præfati prædeceſſoris noſtri ordinationem, veras Religioſas declaramus, de cætero quomodolibet impedire præſumant, quominus ipſæ ſorores, iuxta priuilegia dictorum Fratrum, Oratoria cum campanili humili, & campana, ac in illis Sacramentum Euchariſtiæ, in loco decenti, & honeſto, necnon oleum ſanctum, pro ipſarum vſu tantum, & cœmiterium benedictum habere, in quo ſororum decedentium corpora, per earum confeſſorem ſepeliri poſſint, ac in eiſdem Oratorijs, aquam benedictam, ſolemniter benedici, miſſaſque, ſecundum earum deuotionem cantari, & celebrari facere, liberè, & licitè poſſint. Quodque, ad audiendum miſſas, & alia diuina officia, in alio loco, quam in dictis oratorijs, aut ſuſcipiendum Eccleſiaſtica Sacramenta, ab alio, quam à confeſſore ſæculari, vel regulari, eis per earum ſuperiores aſſignando,
B nullatenus per dictos Prælatos, & Rectores, aut quoſuis alios, compelli, aut deſuper, quoquo modo moleſtari valeant: ipſeque confeſſor, ſi ſæcularis fuerit, quandiu officium confeſſionis huiuſmodi, à dictis ſuperioribus ſibi impoſitum, continuauerit, per locorum ordinarios, in præmiſſis, impediri nequaquam poſſit. Et nihilominus, vniuerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & perſonis, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon Metropolitanis, ſeu Cathedralium Eccleſiarum Canonicis, qui deſuper, pro parte dictarum ſororum requiſiti fuerint, per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, eiſdem ſororibus, aut eorum domibus, in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eas, pacifica poſſeſſione priuilegiorum huiuſmodi gaudere, non permittentes eas deſuper, per ordinarios, & prælatos, ac Rectores
C prædictos, aut quoſcumque alios, indebitè moleſtari, contradictores, inobedientes, & rebelles, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunq;. Et quia difficile foret, præſentes literas ad ſingulas prouincias originaliter deſtinare, volumus, quod tranſumptis earum, manu notarij publici ſubſcriptis, & alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę, ſigillo munitis, ea prorſus fides, in iudicio, & extra adhibeatur, ac ſi præſentes originales exhibitæ forent, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die vltima Auguſti, 1517. Pontificatus noſtri anno Quinto.

Leo Papa X.

D *SVMMARIVM.*

EXimit Moniales tertij ordinis à ſolutione cuiuſcumq; decimæ, vel taxæ, aut collectæ. Bulla incipit. Dudum felicis record. Alexandri, &c. Datum Romæ apud S. Petrum die 24. Maij 1519. Pontif. ſui anno ſeptimo. Et ponitur ab Eman. Roderic. f. 295.

Leo Papa X.

SVMMARIVM.

COncedit quod de conſenſu duarum partium Monialium cuiuſlibet Conuentus tertij Ord. poſſint alienari eorum bona. Bulla incipit. Cum ſæpe &c. Dat. Romæ apud

S. Petrum die 17. Nouemb. 1519. Pontif. ſui anno ſeptimo. Et ponitur ab Eman. Roderic. fol. 297. A

Leo Papa X.

SVMMARIVM.

PRiuilegia conceſſa, & concedenda Minoribus. Eremitis S. Aug. Carmelitis, & Prædicatoribus, vult inter eos, & inter fratres, & ſorores tertij ordinis eſſe communia. Eaſq; Religiones dumtaxat, & earum familiares gaudere poſſe Indulgentijs S. Mariæ de Populo de Vrbe conceſſis. Bulla incipit. Dudum per Nos &c. Dat. Romæ apud S. Petrum die 10. Decembr. Pontif. ſui anno 7. & ponitur ab Eman. Roder. fol. 300

Leo Papa X. B

SVMMARIVM.

COnſtituit Regulam Nic. IV. vſui, & ſtatui profitentium tria vota eſſentialia, Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis, &c. Quare & eorumdem Regula appellatur.

DIlectis filijs Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis Beati Franciſci, ſub tribus Votis eſſentialibus in Congregatione viuentibus. Leo Papa Decimus. Dilecti filij, ac filiæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Inter cętera noſtro regimini credita, ea nos potiſſimè ſollicitos reddunt, per quæ frenatis mundi, carniſque concupiſcentijs, innocentiæ, primæq; pacis celitus collatę tranquillus ſtatus ad ſuam primeuam reduci cognoſcitur originem. Dudum ſi quidem huius gratia Nicolaus Papa IV. prædeceſſor noſter, tertiam Regulam Beati Franciſci, quam de Pœnitentia appellauit, per quam almus Confeſſor homines vtriuſq; ſexus fideles, Spiritu Dei plenus ſaluare contendebat confirmauit, & approbauit. Verum quia temporis decurſu, ſpirante illo Spiritu Sancto, non ſolum viri coniugati, mundiq; huius incolę, pro quibus à Beato Franciſco præfata tertia Regula edita fuerat, verum etiam, innumerarum Virginum Chori, tribus eſſentialibus, & à quibuſdam etiam clauſuræ, noſtra auctoritate aſſumptis votis, conſtructiſq; Monaſterijs quamplurimis, non ſine militantis Eccleſiæ fructu multiplici, & ædificatione, præfati Tertij Ordinis iugo ſua colla ſubdiderunt. Et quoniam in dicta Tertia Regula, quædam Maritatis accommoda, Celebi verò, Virgineoq; ſtatui, ſub huiuſmodi Tertia Regula Domino famulantibus, nullatenus decentia innectuntur, ob quod caſtorum animorum nitidi affectus, ab ingreſſu dicti Ordinis, nonnunquam auertuntur; nos iuxta Domini voluntatem pretioſum à vili ſeparantes, eandem Tertiam Regulam in medium, qui ſequitur diſtinctam, de nouo confirmamus, & approbamus, ac vobis, ac ſucceſſoribus veſtris ſeruandam tranſmittimus, cuius tenor ſequitur, & eſt talis. C D

De Nouitiorum, ſeu Nouitiarum ingreſſu. Cap. I.

FRatres, ſeu Sorores ad hunc Tertium Ordinem recipiendi, debent eſſe fideles Catholici, de hæreſi non ſuſpecti, in obedientia Romanæ Eccleſiæ firmi, ma-

A trimonio non ligati, debitis expediti, corpore ſani, animo prompti, nulla vulgari infamia maculati, cum proximis reconciliati. Et de ijs omnibus antequam recipiantur, ab eo qui recipiendi habet facultatem, ſunt diligenter examinandi.

De his, quæ habent promittere Fratres, & Sorores in profeſſione. Cap. II.

FRatres, & Sorores poſtquam per vnum integrum annum habitum probationis detulerint (qui de vili panno, arbitrio Viſitatoris eſſe debet) ſi conuerſatio laudabilis fuerit apud Conuentum in quo quis, vel quæ habitum probationis portauerit, de conſilio diſcretorum dicti Conuentus, ad Profeſſionem dicti Ordinis recipiatur. In qua Profeſſione promittat ſeruare mandata Dei, ac ſatisfacturum de transgreſſionibus quas facere poſſet in futurum cõtra hanc Tertiam Regulam, vbi à Prælatis requiſitus fuerit, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.

B

De Ieiunio. Cap. III.

FRatres, & Sorores, perpetuis temporibus feria ſecunda, quarta, ſexta, & Sabbato (excepto Dominicæ Natiuitatis feſto) carnes non comedant. Et à feſto omnium Sanctorum vſq; ad Reſurrectionem Domini, omni feria quarta, & ſexta ieiunare teneantur. Ac ſimiliter qualibet ſexta feria totius anni. Item à feſto Beati Martini, vſq; ad Natiuitatem Domini ieiunent quotidie, iniuncta Quadrageſima vniuerſalis Eccleſiæ, vſq; ad Reſurrectionem Domini, quam tamen à Quinquageſima incipere debent. Diebus verò, quibus non ieiunatur, bis tantum die dumtaxat comedant. Excepto, quod à feſto Paſchæ vſq; ad menſem Octobris, laborantes penoſo, ſeu graui labore, ter in die reſici poterunt, ieiuniorum ſemper die-

C bus exceptis. Poterunt autem itinerantes, infirmi, debiles, tempore neceſſitatis ieiunium ſoluere.

De diuino officio, & oratione. Cap. IV.

FRatres, & Sorores in Eccleſia ſeruent ſilentium, præſertim quando miſſa celebratur, vel ſermo Dei proponitur. De alijs verò locis, ſeruent quod per ſuos Superiores circa ſilentium illis fuerit ordinatum. Debent etiam quolibet die in ſero, intra ſe, & Deum, cogitare quid fecerint, dixerint, vel cogitauerint. Quolibet autem die (ſi potuerint commodè) debeant audire Miſſam. Et procurare debent, quod habeāt virum religioſum, qui illis verbum Dei certis diebus proponat,

D & eos ad pœnitentiam, & virtutes inducat. Illi autem, vel ille, qui, vel quæ horas canonicas ſciunt per ſe dicere, debent horas canonicas ſecundum vſum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ perſoluere. Qui verò horas canonicas neſciunt dicere, dicant duodecim Pater noſter pro matutino, & pro qualibet aliarum horarum ſeptem, addito Gloria Patri, in fine cuiuſlibet Pater noſter, addito etiam Credo, & Miſerere mei Deus, in principio Primæ, & Completorij. Et qui præmiſſa neſcierit, ter Pater noſter, pro pœnitentia dicere debeat. Quoties autem prandium, vel cibum ſumunt, gratias Deo reddere debent. De Confeſſione verò Sacramentali, & Sacra communione ſumenda, ſeruabunt Ordinationem Nicolai Papæ IV. quod ter in anno confiteantur, atque communicent, vel etiam Statuta à ſuis Superioribus ſuper hoc ordinata.

Iulius Papa Secundus. Dilecti filij ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis feciſtis, quod & ſi felicis recordationis. Innocentius Papa Quartus prædeceſſor noſter vniuerſis miniſtris prouincialibus ordinis fratrum Minorum Conuentualium per Italiam, & Regnum Siciliæ conſtitutis ſuis literis mandauerit, vt per ſe aut dicti ordinis fratres idoneos miniſtri, & fratres tertij ordinis ſancti Franciſci in Italia, & Regno prædicto pro tempore conſiſteñ. perpetuo viſitarentur, & eos regularibus diſciplinis inſtruerent, ac tàm in capite quàm in membris corrigerent, & reformarent ea quæ correctionis, & reformationis officio cognoſcerentur indigere, & recolendæ memoriæ Sixtus Papa Quartus, & prædeceſſor noſter eaſdem ſuperioritatemq́, præeminentiam & auctoritatem in fratres, & ſorores dicti tertij ordinis per dictas litteras Innocentij eiſdem miniſtris prouincialibus Italiæ, & Regni prædicti conceſſas, & attributas approbaſſet, & illas robur perpetuę firmitatis obtinere decreuiſſet, & eaſdem litteras ad miniſtros generales, & prouinciales ac Vicarios fratrum dicti ordinis Conuentuales, & de Obſeruantia nuncupatos ac miniſtros, & fratres dicti tertij ordinis etiam extra Italiam, & Regnum Siciliæ per vniuerſum orbem conſiſteñ. eadem auctoritate extendiſſet ac tunc & pro tempore Generali, & Prouincialibus miniſtris, & Vicarijs Conuentualium, & de obſeruantia prædictis dicti ordinis fratrum minorum eoſdem miniſtros, fratres & ſorores tertij ordinis vbilibet infra prouincias eis eorumq; ſucceſſoribus Generali, & Prouincialibus miniſtris & vicarijs prædictis commiſſis conſiſteñ. in capite, & in membris charitatiue viſitañ. & iuxta regularia inſtituta dicti ordinis inſtrueñ. reformatioñ. & correctioñ. indigentia etiam per ablatioñ. mantelli & habitus dicti tertij ordinis ſi id qualitas exceſſus exegerit corrigendi, & reformandi, ac volentes ad ipſum tertium ordinem & illius viuendi modum aggregari recipiendi, & habitum ſiue mantellum iuxta dicti ordinis morem eis exhibendi ipſis miniſtris, fratribus & ſororibus tertij ordinis Viſitatoris, Confeſſorem dicti ordinis fratrum Minorum Conuentualium ſeu de Obſeruantia nuncupatorum prout eis plus placuit ad id moribus, vita, ſanctimonia, & ætate idoneum qui illis & omnia eccleſiaſtica ſacramenta miniſtret pro tempore in ſuis Prouincialibus Capitulis vel Congregationibus dictorū fratrum Conuētualium vel de obſeruantia nuncupatorum vel extra prout opportunum videbitur cōſignandi licentiam conceſſiſſet & facultatem diſtrictius inhibendo locorum ordinarijs, & alijs quibuſcumq; perſonis cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſteñ, ac quacumq; auctoritate fungeñ. ne prætextu quarumcumq; litterarum, & facultatum eis conceſſarum, & pro tempore forſan concedendarum de præmiſſis ad vos ſpectañ. ſe quomodolibet intromittere præſumant, decernens irritum & inane ſi ſecus fieret prout hæc & alia in Innocentij, & Sixti prædeceſſorum prædictorum litteris plenius continetur. Et nihilominus nonnulli dilecti filij miniſtri, fratres, ſorores dicti tertij ordinis prouinciæ veſtræ ſancti Iacobi contra litteras prædictas venieñ. ab obedientia, ſuperioritate correctioñ. & coarctioñ. veſtris ſe ſubtrahunt, neq; vobis conuentualibus aut vobis de obſeruantia nuncupatis fratribus ac veſtræ obedieñ. correctioñ. & coarctioni aut alias iuxta dictarum litterarum Sixti formam, & tenorem ſubeſſe nolunt ſed ex ſeipſis ſuperiorem inter ſe non ſine magno dicti ordinis ſcandalo habere præſumunt. Super quibus vt aſſeritur vltra ſcandala prædicta magnę, & immortales lites inter vos, & prædictos tertij ordinis fratres exoriri formidantur prout in dicta prouincia ſancti Iacobi inter eos, & vos deſuper exortæ ſunt. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum vt Innocentij & Sixti prædeceſſorum litteras prædictas auctoritate Apoſtolica confirmare, & approbare A B C D

ac vo-

ac vobis in præmiſſis de opportuno remedio prouidere de benignitate Apoſtolica
A dignaremur. Nos igitur qui religioſorum quietem, & tranquillitatem vt altiſſimi
ſeruitio promptiores ſe exhibeant intimis deſideramus affectibus omnes & ſin-
gulas cauſas ſuper præmiſſis tam inter ipſos miniſtros fratres, & ſorores dicti tertij
ordinis prædictæ prouinciæ ſancti Iacobi quam quoſcumq; alios eiuſdem tertij or-
dinis, miniſtros, fratres, & ſorores vniuerſi orbis, & vos coram quibuſcumq; iudici-
bus quacumq; auctoritate fungeñ. & in quibuſuis inſtañ. pendeñ. quorum nomina,
& cognomina ac ipſarum ſtatus præſentibus pro ſufficienter, expreſſis habemus ad
nos & ſedem prędictam aduocañ. & lites penitus extingueñ. dictas Innocentij & Six-
ti & quaſcumq; alias Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum litteras,
& prout illa cõcernunt omnia & ſingula in eiſdẽ litteris cõtenta perpetuò cõfirma-
mus ac illis robur ꝑpetuæ firmitatis adijcimus ſupplemuſq; omnes & ſingulos ea-
rum iuris, & facti defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Necnon omnes, &
B ſingulos miniſtros, fratres, & ſorores dicti tertij ordinis vbiq; locorum per vniuer-
ſum orbem conſiſteñ. ac iuxta dictarũ litterarum Sixti Quarti formam, & tenorem
ſubditos ſub correctioñ. Coarctioñ. ſuperioritate, & obedientia veſtris perpetuo ſu-
bijcimus, & vos in eos ſuperioritatis, iuriſdictioñ. viſitatioñ. correctioñ. & coarctioñ.
exercitare poſſe, & debere iuxta formam dictarum litterarum Sixti decernimus, &
declaramus, & pro potiori cautela vobis in miniſtros, fratres, & ſorores dicti tertij
ordinis ſuperioritatem iuriſdictioñ. viſitatioñ. correctioñ. & coarctioñ perpetuis, fu-
turis temporibus damus. Et vniuerſis, & ſingulis miniſtris, fratribus, & ſororibus
dicti tertij ordinis prædictis, per vniuerſum orbem conſtitutis ſub excommunica-
tionis latæ ſententiæ ac priuatioñ. mantelli ſiue habitus, & domorum quas obtinent
pœna eo ipſo niſi paruerint ea effectu incurreñ. mandamus quatenus infra ſex mẽ-
C ſes à die generalis intimationis in qualibet dicti ordinis vniuerſi orbis prouincia
computañ. obedientiam veſtrã miniſtrorũ generaliũ, & prouincialiũ, conuentualiũ,
vel de obſeruãtia nuncupatorũ eligant, & obedieñ. ſe ſubiaceant. Quo circa venera
bilib' fratrib' Burgeñ. & Hilopotanieñ. Epiſcopis ac dilecto filio Priori monaſterij
Sãcti Vincentij Salamañ. & eorũ cuilibet mandamus quatenus per ſe vel alium ſeu
alios faciant, vos confirmatione, approbatione, & defectum ſuppletioñ. prædictis,
pacifice vti, frui & gaudere ac ad miniſtros, fratres, & ſorores dicti tertij ordinis, vt
vobis obedientiã, & reuerentiã præſtare cogant contradictores ſub pœnis, & cenſu-
ris eccleſiaſticis, & alia iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Inuo-
cato etiam ad omnia præmiſſa ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtañ.
præmiſſis ac conſtitutioñ. & ordinatioñ. Apoſtolicis ſtatutis, quo & conſuetudini-
bus dicti ordinis iuramẽto, & cõfirmatione Apoſtolica roboratis, noſtris &, piæ me-
D moriæ Bonifacij Papæ VIII. de vna, & duabus dietis ac quibuſuis litteris Apoſtolicis
per nos aut ſedem prædictam quomodolibet conceſſiſſet concedendum, & ſi de eis
omnibus, & ſingulis ſpecialis, & expreſſa ac de verbo ad verbum non autem per
generales clauſulas mentio præſentibus habenda foret. Quibus ſpecialiter, & ex-
preſsè ſufficienter derogamus cæteriſq; contrarijs quibuſcumq;. Datum Romæ
die decima quinta Octobris. Milleſimo quingenteſimo ſeptimo, Pontificatus
noſtri anno quarto.

Iul. Papa II.

A

SVMMARIVM.

Confirmat priuilegia Eug. IV. Nic. V. & Sixt. IV. & inſuper ad tertium ordinem extendit priuilegia omnia fratrum Minorum, etiam regularis obſeruãtiæ. Et quod Capitula generalia celebrentur ad morem fratrum Minorum, prohibetq; tertiarijs tranſitum ad alias religiones.

IVlius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem ea, quæ per prædeceſſores ſuos pro religioſorum ordinum quorumlibet incremento, ac perſonarum ſub ſuaui religionis iugo, ac regulari obſeruantia Altiſſimo famulantium conceſſa ſunt, approbare, & confirmare, ſuarũq; literarum præſidio communire, vt eo firmius maneant, quò maiori fuerint munimine roborata, & alia de nouo concedere, prout cognoſcit in Domino ſalubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum moderni Viſitatoris generalis, & fratrum domorum tertij ordinis ſancti Franciſci ſub habitu heremitico de Pœnitentia nuncupati per totam Italiam nobis nuper exhibita petitio continebat. Quòd aliàs felicis recordationis Eugenius Quartus, Nicolaus Quintus, Paulus Secundus, & Sixtus Quartus Romani Pontifices prædeceſſores noſtri diuerſa priuilegia, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta fratribus dicti tertij ordinis ſub habitu heremitico, & regulari obſeruantia viuentibus conceſſerunt, prout in diuerſis literis deſuper confectis dicitur plenius contineri. Quare pro parte Viſitatoris, & fratrum prædictorum aſſerentium priuilegia, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta huiuſmodi eſſe in vſu, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt illis robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, aliaſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaq; huiuſmodi ſupplicationibus inclinati omnes, & ſingulas domorum receptiones per eos iuxta dicta priuilegia factas, ſeu aliàs tam ordinaria, quàm Apoſtolica authoritate eis conceſſas: Necnon exemptiones, libertates, immunitates, indulgentias (non tamen plenarias) & peccatorum remiſſiones, aliaſq; conceſſiones, priuilegia, & indulta illorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur pro expreſſis habentes, quatenus ſint in vſu (vt præfertur) authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus reſpectiue, & perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decernimus. Et nihilominus pro potiori cautela illa de nouo, ac omnia, & ſingula priuilegia, indulta ſpiritualia, & temporalia, exemptiones, libertates, immunitates, & peccatorum remiſſiones, aliaſq; gratias, & conceſſiones Ordinis Fratrum Minorum etiam regularis Obſeruantiæ, & illius domibus, & fratribus in genere, vel in ſpecie quomodolibet conceſſa, eidem Ordini de Pœnitentia nuncupato, illiuſq; domibus, & Fratribus præſentibus, & futuris eadem authoritate concedimus, & ad Ordinem de Pœnitentia, illiuſq; domos, & Fratres prædictos extendimus, & eis ſuffragari debere in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi ſpecialiter conceſſa fuiſſent, decernimus. Ac quòd in Capitulis generalibus dictorũ Ordinũ procedatur ad electionem Viſitatoris generalis ſecundum morem, & ordinationes regulares dicti Ordinis Fratrum Minorum. Quodq; Fratres dicti Tertij Ordinis ad alium Ordinem etiam mendicantium ſub excommunicationis latæ ſententiæ

B C D

A pœna tranſire non poſſint, niſi prius petita licentia à Viſitatore generali, ſeu eius Vicario Prouinciali pro tempore exiſtente authoritate, & tenore præmiſſis ſtatuimus, & ordinamus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſuis literis Apoſtolicis etiam noſtris, illis præſertim, quibus inter alia caueri dicitur expreſſe. Quòd Fratres dicti Tertij Ordinis non poſſint retinere domos ſub nomine dicti Tertij Ordinis huiuſmodi, ſed ſe conformare alijs dicti Ordinis de obſeruantia nuncupati. Quibus etiam ſi ad illorum derogationẽ de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clauſulas id importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, illorum tenores pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ
B approbationis, confirmationis, decreti, conceſſionis, extenſionis, ſtatuti, ordinationis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octauo, ſexto Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Aduerte ad illud verbum de obſeruantia, quod in diplomate appoſitum eſt, nam de Pœnitentia legi debet. Pontifex enim ibi loquitur (vt intelligenti patet) de tertiarijs illis, qui in eorum domibus cum proprijs vxoribus habitant, qui quidem tertiarij de Pœnitentia, non autem de obſeruantia nominantur: vt ſatis conſtat ex Regula Nicolai Papæ IV. quæ de Pœnitentia nuncupatur. C *Vtrum autem hoc verbum de obſeruantia ſcriptorum, an ſupplicantium errore poſitum fuerit, tu diiudices.*

Iul. Papa II.

SVMMARIVM.

PRohibet ne fratres Minores, eorumq; Conſeruatores ſe intromittant de Domibus tertij ordinis, illarumq; fratribus. & dat Defenſores Archiepiſcopum Florentiæ, & Epiſcopos Cremonæ, & Imolæ.

D IVlius Papa ſecundus. Ad futuram rei memoriam. Romani Pontificis prouida circunſpectio nonnunquàm geſta per eam, ne ſub ignorantia facti moleſtationibus affligantur indebitis, & ſcandalorum fomentũ parturiant, dilucidat, prout negotiorum, & perſonarum qualitate inſpecta conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem certos conſeruatores dilectis filijs Fratribus Ordinis Minorum Sancti Franciſci nuncupatorum: qui eoſdem Fratres Minores à manifeſtis iniurijs defenderent, & contra ſubtrahentes ſe ab eorum obedientia cogerent, & compellerent ad eis parendum, & obediendum conſtituimus, & deputauimus, prout in noſtris inde confectis literis: quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, plenius continetur. Cum autem nunquàm fuerit, nec ſit noſtræ intentionis, quòd dicti conſeruatores

de domibus dilectorum filiorum Fratrum Tertij Ordinis eiuſdem Sãcti Franciſci de Pœnitentia nuncupati regularis obſeruantiæ ſub habitu heremitico congregationis Lombardiæ degentium, quæ per diuerſa Priuilegia Apoſtolica etiam per nos concesſa, & approbata ab alijs, quàm à Viſitatore generali dictæ congregationis viſitari, aut earundem domorum Fratres coram alijs, quàm dicto Viſitatore ad iudicium trahi non poſſint, ſic intromitterent, ne ad inſtantiam ſupradictorũ Fratrum Ordinis Minorum nũcupatorum contradictos Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia nuncupati regularis obſeruantiæ cõgregationis huiuſmodi procedere poſſent. Volenteſq; pro debito paſtoralis officij nobis diuinitus iniuncti eiſdem Fratribus Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia nuncupati ſuper his ſalubriter prouidere authoritate Apoſtolica tenore præſentium eiſdem conſeruatoribus, & iudicibus nunc, & pro tempore à dictis Fratribus Ordinis Minorum à nobis, vel à Sede Apoſtolica contra eoſdem Fratres Tertij Ordinis huiuſmodi pro tempore impetratis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quam ſi contrafecerint eo ipſo incurrant, diſtricte præcipiendo mandamus, ne aliqui prædictorum, aut quorumcunq; aliorum forſan in poſterum ſub quibuſuis verborum formis, & clauſulis etiam derogatoriarum derogatorijs concedendorum de domibus dicti Tertij Ordinis, & illarum Fratribus intromittere, aut illos ad inſtantiam dictorum Fratrum Ordinis Minorum directe, vel indirecte moleſtare præſumant, ſed onus viſitandi domos, & Fratres Tertij Ordinis huiuſmodi, & de illis, eorumq; rebus, & negotijs cognoſcendi Viſitatori dictæ congregationis Tertij Ordinis huiuſmodi, & deputatis ab eo relinquant. Quocirca venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Florentino, & Cremonenſi, ac Imolenſi Epiſcopis per præſentes mandamus. Quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, aut alios eiſdem Fratribus Tertij Ordinis in præmiſſis omnibus ad omnem Viſitatoris congregationis Tertij Ordinis, & illius Fratrum prædictorum requiſitionem efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittant eos per dictos conſeruatores à dictis Fratribus Minorum pro tempore deputatos, ſeu aliquem ex eis contra priuilegia ipſis Fratribus Tertij Ordinis (vt præfertur) concesſa, quomodolibet moleſtari contradictores authoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictorum ordinum iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia, roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon priuilegijs, & indultis illis ſub quibuſcunque tenoribus conceſſis: quibus hac vice ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die octauo Februarij milleſimo quingenteſimo octauo, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Aduerte lector ad diem & annum huius conceſſi diplomatis, nam in exemplaribus, quæ inter nos circunferuntur die 26. Februarij, & Anno nono poſt M. D. illud datum fuiſſe legitur, quod etiam in priuilegio Caroli V. nunc inuictiſſimi Imperatoris ita habetur: Nos autem ad antiquius, & autenticum reſpicientes die octauo eiuſdem menſis, non autem, XXVI. Anno vero octauo, non autem nono legi debere atteſtamur.

A

Iul. Papa II.

SVMMARIVM.

COnfirmat conſtitutiones Fratrum de obſeruantia factas in Capitulo generali Vallis Oleti. Inter quas reperitur hæc vna. Quod Fratres Tertiarij portent habitum diſtinctum à Fratribus primi Ordinis; & ad minus habeant Caparonem deſcendentem ſuper ſcapulas per quatuor digitos, qui ſit tam longus à parte anteriori, & poſteriori vt deſuper eum cingulum cingi poſſit, & color habitus tendat magis ad nigredinem, quàm ad albedinem. Bulla incipit. Viſis, & diligenter conſideratis &c. Dat. Romæ apud S. Petrum die 25. Maij 1508. Pontificatus ſui anno Sexto. Habetur in Monum. Ord. Min. fol. 214.

B

Iul. Papa II.

SVMMARIVM.

MAndat Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, qui obedientiam Fratrum Minorum elegerunt, in eadem manere, & qui electam dimiſerunt, ad eam infra decem dierum ſpacium reuerti, qui autem nundum elegerunt, intra idem ſpacium eligere debere.

C DIlectis filijs Miniſtro Prouinciali, & Vicario Prouinciali Ordinis Minorum Prouinciæ Sancti Iacobi, vel eorum alteri. Iulius Papa ſecundus. Dilecti filij ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis feciſtis quod felicis recordationis Innocentius quartus prædeceſſor noſter vniuerſis miniſtris Prouincialibus Ordinis Fratrum Minorum per Italiam, & regnum Siciliæ conſiſten. ſuis literis mandauit, vt per ſe, aut dicti Ordinis Fratres ad hoc idoneos miniſtros, & Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia nuncupatos in Italia, & Regno prædicto conſiſten. pro tempore viſitarent, & eos regularibus diſciplinis inſtruerent, ac tam in capite, quam in membris corrigerent, & reformarent quodq; recolendæ memoriæ Sixtus Papa etiam quartus ſimiliter prædeceſſor, & ſecundum carum patruus noſter literas Innocentij prædeceſſoris huiuſmodi approbando eaſdem ad Miniſtros, & Vicarios generales, & Prouinciales dicti Ordinis Conuentuales, & de obſeruantia reſpectiue ad Miniſtroſq;, & Fratres dicti Tertij Ordinis D extra Italiam, & Regnum prædictum per vniuerſum orbem conſiſtentes auctoritate Apoſtolica extendit in prædicti Miniſtri, & Vicarij Ordinis Minorum prædictos Fratres, & Sorores Tertij Ordinis regularibus diſciplinis inſtruerent charitatiue viſitarent, & tam in capite, quam in membris corrigerent, & etiam per ablationem mantelli, vel habitus ſi dignum ſibi videretur caſtigarent, & prædictum Tertium Ordinem recipere volen. habitum, ſiue mantellum iuxta morem dicti Tertij Ordinis exhiberent, & alia ad conſeruationem dicti Tertij Ordinis facerent, inhibendo locorum ordinarijs, & alijs quibuſcunq; perſonis ne prætextu quarumcunq; literarum apoſtolicarũ de præmiſſis ſe intromittere præſumendo decernendo irritum, & inane quicquid ſecus fieret. Sed quoniam aliqui de prædicto Ter-

tio Ordine maxime in veſtra præfata Prouincia Sancti Iacobi prædictis literis non obtemperabant. Nos quieti, & tranquillitati prædicti Tertij Ordinis conſulen. vt A ſuperioritatem, & præeminentiam prædictis Miniſtris, & Vicarijs, per prædictos prædeceſſores cōceſſam ſalubrius exercere valerent prędictas literas confirmamus, ac potiori pro cautela de nouo conceſſimus, & vt præfati Tertij Ordinis Fratres, & Sorores infra ſex menſium ſpacium à die intimation. obedientiam Fratrum Conuentualium ſiue de obſeruantia iuxta prædeceſſorum prædictorum literas eligerent, ac certis ibidem deputatis iudicibus, vt prædictas noſtras literas certo modo, & forma executioni demandarent commiſimus, & mandauimus aduocationem, & extinguen. omnes cauſas, & lites inter vos, & præfatos Tertij Ordinis Fratres, & Sorores penden. prout hac & alia tam in prædeceſſorum noſtrorum, quam in noſtris literis plenius continetur. Verum quia poſtmodum ad ſupplication. Viſitatoris, Miniſtrorum, & Fratrum, ac Abbatiſſarum, ſeu Matruum, & Monialium Monaſteriorum, ſeu domorū prædict. Tertij Ordinis veſtræ præfatæ Pro- B uinciæ Sancti Iacobi in Compoſtella ortas, Nicolai quarti, & Eugenij etiam quarti, aliorumq; prædeceſſorum noſtrorum Apoſtolicas literas, ac indulta priuilegia, & gratias tam modum viuendi, & temporalitatem, quam etiam ſpiritualitatem concernendo, eidem Tertio Ordini illiuſq; Fratribus, Abbatiſſis, & Sororibus conceſſa, ac omnia, & ſingula ſtatuta, & ordinatum prædictorum Pontificum auctoritate edita, & facta regulari obſeruantiæ non derogantia, & inde ſecuta quæcunq; approbauimus, & confirmauimus, ac potiori pro cautela de nouo conceſſimus, & regulam Tertij Ordinis prædicti, prout Sanctus Franciſcus inſtituit, & prædicti prædeceſſores declararunt ab omnibus indicto Tertio Ordine pro tempore profitentibus abſq; alia cōparatione cum alijs duabus regulis dicti Sancti ſub excommunicationis latę ſententię, & alijs pœnis obſeruare debere ſimiliter iuſſimus, & mandauimus cum certis derogation. & corroborationibus prout in literis C ad ſupplicationem prædictorum Viſitatoris Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis habitis etiam plenius continetur: prædicti Viſitatorū Fratres, & Sorores Tertij Ordinis præfati, vel aliqui eorum in prædicta veſtra Prouincia veſtram obedientiam præfatam eligere noluerunt, neq; à vobis reſpectiue viſitari, corrigi, & reformari iuxta prædeceſſorum noſtrorum, & prædictas noſtras literas permiſerunt, neq; de præſenti permittunt prætenden. prætextu confirmationis noſtræ prædictæ eis factæ, & in eadem confirmatione contentarum derogationum, vel aliarum literarum eis forte conceſſarū ab obedientia viſitatione, correctione prædictis eſſe liberatos, ex quo ſi permitteretur non ſolum in prædicta prouincia viſitation. & correction. huiuſmodi fructus iuxta intentionem prædeceſſorum præfatorum, & noſtram ceſſaret, ſed etiam vt ſimiliter in alijs prouincijs quod viſitation. & correctionis iugum D ſubterfugeretur per ſimilem, & per alias vias præberetur occaſio. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis paterna cura iuxta prædicti Tertij Ordinis conſeruationem prouidere dignaremur. Nos igitur qui dum Cardinalatus fungebamur honore prædicti veſtri Ordinis Protector fuimus, & inde de omnibus tribus Sancti Franciſci Ordinibus multa tractauimus, vidimus, & intelleximus, quiq; illa quæ per prædictos prædeceſſores noſtros, & maxime per præfatum Sixtum quartum qui non ſolum dum ad Cardinalatus honorem aſſumptus fuit veſtri prædicti Ordinis Generalis Miniſtri fungebatur officio, ſed etiā ab ineunte eius ætate in prædicto Ordine fuit nutritus. Vnde oportunitatum, pacis, quietis, & augmenti trium præfatorum ordinum in diuerſis ſtatibus, & temporibus

A bus veriſimiliter eſt certam ſcientiam habuiſſe circa prædictas viſitationem, & correctionem ordinata fuerunt ſalubria vtilia, & neceſſaria, & nullatenus alterando prædicto Ordini, ac alijs duobus eſſe putantes, tenore præſentium declaramus noſtræ intention. fuiſſe, & eſſe per prædictas noſtras, & alias quaſcunq; ad ſupplicationem prædictorum Viſitatoris, Miniſtrorum, Fratrum, & Sororum, vel cuiuſlibet eorum, aut alterius cuiuſcunq; perſonæ in ſui fauorem habitas litteras modum viuendi, ſeu regulam prædictorum Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis tam circa ſpiritualitatem, quam circa temporalitatem, ac eorum conſtitution. & ſtatuta quæ auctoritate Apoſtolica vigore litterarum prædictarum Nicolai, Eugenij, & aliorũ Summorum Pontificum facta fuerunt, & per præfatum Sixtum rerum huiuſmodi expertiſſimum, & per nos non fuerunt immutata dumtaxat fuiſſe per nos confirmata, & de nouo conceſſa. Et ideo locorum ordinarijs prout prædictus Sixtus prædeceſſor inhibuit maxime venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchæ Alexandriñ.

B & Archiepiſcopo Compoſtellañ. ac Epiſcopo Salamañ. auctoritate, & tenore præfatis inhibentes, ac lites inter vos, & prædictos Tertij Ordinis Fratres, & Sorores ſuper viſitation. & reformatione præfatis prout in prædictis noſtris literis ad nos aduocauimus, & extinximus, nunc ſimiliter aduocañ. & extingueñ. auctoritate, & tenore præſentium prædictorum Innocentij quarti, & Sixti etiam quarti, & noſtras litteras ſuperioritatem, viſitationem, & reformationem, & correctionem præfatas concerneñ. confirmamus, & approbamus, ac omnia in eis, & eorum ſingulis cõtenta potiori pro cautela nunc de nouo concedimus. Mandañ. quod omnes dicti Tertij Ordinis Fratres, & Sorores qui virtute prædictarum Sixti quarti præfati, & noſtrarum literarum, vel quarumlibet earum, aut alio quouis modo in veſtra prędicta Prouincia obediẽtiam cuiuſlibet veſtrum elegerunt in eiſdem iuxta earumdem literarum tenorem reſpectiuè perpetuæ remaneant. Illi vero qui obediẽtiam

C alterius veſtrum ſemel electam dimiſerunt ad eamdem intra ſpacium decem dierũ à die intimationis præſentium reuertantur in ea ſimiliter iuxta dictarum literarum tenorem præmanſuri, Fratres, autem & Sorores qui obedientiam cuiuſlibet veſtrum iuxta formam dictarum Sixti, & noſtrarum literarum, ſeu alio quouis modo hucuſq; non elegerint infra prædictorum decem dierum ſpacium alterius veſtrũ obedientiam eligere, & in eiſdem iuxta prædictarum Sixti, & noſtrarum literarũ tenorem ſub pœnis in eiſdem cõtentis: ſimili modo perpetue remanere reſpectiue teneantur. Quo circa venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Sipoñ. & Epiſcopo Leſineñ. ac dilecto filio priori Sancti Vincentij Ordinis Sancti Benedicti Salamañ. Ciuitatis, per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios in præmiſſis efficaci defenſioñ. præſidio aſſiſten. faciant

D omnia, & ſingula præmiſſa firmiter obſeruari. Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus conſtitutionibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. quibus cauetur ne quis extra ciuitatem, diœceſim, niſi in certis caſibus expreſſis, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ Diœceſis ad iudicium euocetur, ſed omnia iudices apoſtolici extra ciuitatem, & diœceſim in qua videlicet deputati fuerint contra quoſcunq; procedere, aut alij, vel alijs vices ſuas committere præſumant, & de duabus dietis in concilio generali, necnon omnibus, & alijs conſtitutionibus, & ordinatioñ. alijſq; literis apoſtolicis præfatis Fratribus, & Sororibus dicti Tertij Ordinis, vel cuilibet eorum, aut alijs quibuſuis perſonis in eorum fauorem, tam ſuper dicta confirmatione, quam alias conceſſis, ac

etiam illis quas prædeceſſoris noſtri, & nos in omnibus in veſtrum fauorem conceſſis literis volumus non obſtare ceteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Quæ omnia, & inde ſecuta quæcunq;, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus insererentur quatenus prædictorum Innocentij, & Sixti, ac noſtris in veſtrum fauorem conceſſis literis ſunt contraria caſſamus, reuocamus, & annullamus, ac nullius eſſe momenti iubemus. Decernen. irritum, & inane quicquid ſecus à quoquam ſcienter, vel ignoranter factum fuerit. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die VII. Ianuarij M. D. IX. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Leo Papa X.

SVMMARIVM.

Communicat Sororibus Tertij Ordinis priuilegia conceſſa, & concedenda Monialibus Sanctæ Claræ, eiſq; aſſignat Conſeruatores.

Dilectis filijs, Vicarijs Generalibus Ordinis Fratrum Minorum Regularis obſeruantiæ Ciſmontanis, & Vltramontanis. LEO PAPA DECIMVS. Dilecti filij, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dudum Fęlicis recordationis, Sixtus Papa Quartus, prædeceſſor noſter, volens Sancti Damiani, & Minoriſſarum Sanctæ Claræ Ordinis eiuſdem Sanctæ Claræ, ſub Generalis Miniſtri, aliorumq; officialium Ordinis Fratrum Minorum cura vbilibet conſtitutarum viuentium, ſpiritualibus fauoribus, & gratijs proſequi, ſtatuit, & ordinauit, ipſiſque Abbatiſſis, & Monialibus, quod ipſę etiam de quibuſcumque terris, & poſſeſſionibus ad eas pertinentibus, & legitimè ſpectantibus, quas etiam per alios, quàm eorundem Monaſteriorum ſeruitores, & ſubditos, excoli, & cultiuari faciebant, & pro tempore facient, decimas, primitias aut cenſus (non tamen authoritate Apoſtolica impoſitas quibuſuis perſonis, cuiuſcumq; dignitatis, gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis forent,ſoluere minimè tenerentur, nec ipſæ, aut ipſarũ terrarum, aut poſſeſſionum coloni, ſeu cultores ad ſolutionem decimarum, primitiarum, aut cenſuum huiuſmodi, per quoſcumque moleſtari, aut propterea contra eos prodedi, & pęnæ aliquæ promulgari poſſint, prout in ipſis Sixti prædeceſſoris literis deſuper confectis, plenius continetur. Nos volentes dilectas in Chriſto filias, Abbatiſſas, ſeu matres, Moniales, ſiue ſorores vniuerſorum Monaſteriorum, ſeu domorum, tàm præſentium, quàm futurorum Tertiæ Regulæ Sancti Franciſci, aliàs de pœnitentia nuncupatas, in communi ſub veſtra, & aliorum prælatorum Ordinis Minorum Regularis obſeruantiæ, in vltra, citraque montanis partibus, viuentes, quæ ſicut aſſeritur, in ſpiritu paupertatis, lilio caſtitatis, & alijs bonæ famæ odoribus viuunt, ſpiritualibus fauoribus, & gratijs proſequi, omnia, & ſingula priuilegia, gratias, prærogatiuas, exemptiones, & indulta eiſdem Monialibus Sancti Damiani & Minoriſſarum Monaſteriorũ Sanctę Claræ huiuſmodi, vbilibet conſiſtentium, per quoſcumq; Romanos Pontifices, præſertim fœlicis recordationis, Eugenium Quartum, Nicolaum etiam Quartum, Bonifacium Octauum, Ioannem vigeſimum ſecundum, Clementem Sextum, Alexandrum Quintum, & Benedictum Vndecimum, prædeceſſores noſtros, ſub quibuſuis verborum formis, & clauſulis, conceſſas, & conceſſa, etiamſi minus, aut aliud, vel

vltrà,

A vltrà, quàm ſuperius eſt expreſſum, contineatur, ad Abbatiſſas, ſeu matres, ac moniales, ſiue Sorores tertiæ Regulæ huiuſmodi, & ſub dicta obedientia in communum viuentes, etiamſi inter dilectas in Chriſto filias Abbatiſſam, ſeu matrem, & Moniales Monaſterij Sancti Michaelis, ſeu matris Dei, oppidi de Talauera, Toletanæ diœceſis, & venerabilem Fratrem Archiepiſcopum, ac dilectos filios, Decanum, & Capitulum Eccleſiæ Toletanæ, ſuper ſolutione decimarū, & primitiarum prædictarum, coram certo cauſarum Palatij Apoſtolici Auditore, ac eius locum tenente, cuius ſtatum, & nomen, aut cognomen dicti Auditoris, ſeu locum tenentis, pro expreſſis habentes, lis pendeat indeciſa authoritate Apoſtolica, tenore præſentium extendimus, & ampliamus, illaque omnia, etiam per præfatum Sixtum prædeceſſorem, conceſſum priuilegium huiuſmodi de nouo, ſpecialiter, & expreſsè prout per eoſdem, Eugenium, Nicolaum, Bonifacium, & Ioannem, Clementem, Alexandrum, Benedictum, & Sixtum, prædeceſſores huiuſmodi, B conceſſa fuerunt, eiſdem Abbatiſſis, ſeu matribus, ac Monialibus, ſeu ſororibus, ſpecialiter, & expreſsè concedimus. Inſuperque omnibus, & ſingulis priuilegijs, gratijs, prærogatiuis, exemptionibus, & indultis, ſub quibuſuis verborum formis, in poſterum concedendis per ſedem Apoſtolicam, prædictis Abbatiſſis, ac Monialibus Sancti Damiani, & Minoriſſarum Sanctæ Claræ, Ordinis eiuſdem ſanctæ, prædictis Abbatiſſis, ſeu matribus, ac Monialibus, ſiue ſororibus dictæ tertiæ Regulæ Sancti Franciſci, ſeu de Pœnitentia nuncupatorum, modo prædicto viuentes, vti, potiri, & gaudere, liberè, & licitè poſſint, & valeant, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, de ſpeciali dono gratiæ indulgemus. Et nihilominus, vniuerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorumque Vicarijs, & officialibus Generalibus, & alijs perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon Canonicis Metropolitanenſium, ſeu aliarum Cathedralium Eccleſiarum, mandamus, quatenus C ipſi, & eorum quilibet, eiſdem Abbatiſſis, ſeu matribus, ac Monialibus, ſiue ſororibus, efficacis defenſionis, auxilio aſſiſtentes, & poſtquam pro parte Abbatiſſarum, ſeu matrum, ſiue ſororum prædictarum, fuerint requiſiti, faciant per ſe, vel alium, ſeu alios Abbatiſſas, ſeu matres, ſiue ſorores prædictas, ſingulis priuilegijs, gratijs, prærogatiuis, exemptionibus, fauoribus, & indultis prædictis, pacificè frui, & gaudere; non permittentes eas deſuper, per quoſcumque, etiam Parochialium Eccleſiarum Rectores, quomodolibet moleſtari; Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris remedia compeſcendo, inuocato ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus felicis recordationis, Bonifacij Papæ Octaui, prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij Generalis de duabus dietis, & perſonis, vltrà certum numerū ad iudicium non vocandis, & alijs cōſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ſeu aliorū D locorum, ſub quorum limitibus monaſteria, ſiue domus huiuſmodi fuerint iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis; priuilegijs quoque & indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Eccleſijs, Monaſterijs, & locis cōceſſis, confirmatis, & approbatis, quibus tenores illorum, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus infererentur, pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus; cæteriſq; contrarijs quibuſcumque. Cæterum, quia difficile foret, præſentes ad ſingula, in quibus de eis fides forſan facienda foret, loca deferre volumus, & dicta authoritate decernimus, quod ipſarum trāſumptis, manu publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ac Curiæ Eccleſiaſticæ munitis,

nitis, in iudicio, & alibi, vbi opus fuerit, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, & oſtenſæ. Datum Romæ, apud **A**
Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 27. Maij, 1517. Pontificatus noſtri anno 5.

Leo Papa X.

SVMMARIVM.

DEclarat Sorores Tertiæ Regulæ eſſe verè religioſas, & gaudere poſſe priuilegijs Fratrum Minorum.

DIlecto filio noſtro Chriſtophoro tituli S. Mariæ de Aracœli Presbytero Cardinali. Leo Papa X. Dilecto filio noſtro, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ea, quæ per ſedem Apoſtolicam prouidè ſtatuta, & ordinata, ac declarata eſſe noſcuntur, nonnunquam Romanus Pontifex illa, ſucceſſu temporis impugnationi ſubiaceant, cum ab eo petitur approbare, ac alias deſuper ordinare, & diſponere conſueuit, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem, fœl. rec. Sixtus IV. prædeceſſor noſter, fuit, & ordinauit, Sorores Tertij Ordinis ſancti Franciſci, tria eſſentialia vota emittendo, collegialiter viuentes, verè religioſas eſſe, & votum, obedientię, paupertatis, & caſtitatis, à Sororibus Tertij Ordinis ſancti Franciſci, collegialiter viuentibus, in manibus ſuorum ſuperiorum, tunc emiſſum, aut ab ipſis, pro tempore exiſtentibus ex tunc in futurum emittendum, habere vim, & validitatem voti ſolemnis, ac omnem inducere effectum, quem inducit votum ſolemne factum cuicumque ex religionibus approbatis à Sede Apoſtolica, ac impedire matrimonium contrahendum, & dirimere iam contractum. Et licet nos in ſacro Concilio Lateranenſi, nouiſſime celebrato, pro pace, & vnitate, inter prælatos, & perſonas religioſas conſeruanda, eodem ſacro approbante Concilio, ſalubriter ordinauerimus, voluerimus, & decreuerimus, quod Fratres, & Sorores Tertij Ordinis prędicti, illius habitum deferentes, ac collegialiter virginalem, ac vidualem caſtitatem, ſeu cœlibem vitam, expreſſo voto ducentes, omnibus priuilegijs Fratrum Minorum gaudere deberent, prout in noſtris, & pręfati prędeceſſoris literis, plenius reſpectiuè continetur. Nihilominus, ſicut tua circunſpectio nobis nuper retulit, nonnulli pręlati, & Rectores parochialium Eccleſiarum, maximè in Gallijs, & Germania, dictas ſorores aſſerunt, non eſſe Religioſas, & eas propterea priuilegijs prędictis gaudere non poſſe, ac oratoria, & cœmeterium, & in ipſis oratorijs Sacramentum Euchariſtię, & oleum ſanctum habere, ac miſſas decantari, & aquam benedictam benedici facere, non permittunt, ſed vt meras ſæculares, ad audiendum miſſas, & ſuſcipienda Eccleſiaſtica Sacramenta in parochialibus Eccleſijs compellere nituntur, in ipſarum ſororum maximam perturbationem, & ſcandalum plurimorum. Quare tu, qui officio generalis miniſtri dicti Ordinis Fratrum Minorum, ex conceſſione Apoſtolica, fungeris, nobis humiliter ſupplicaſti, quatenus declarationem dicti Sixti prædeceſſoris huiuſmodi, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, authoritate Apoſtolica, tenore pręſentium approbamus, & innouamus, ac perpetuę firmitatis robur obtinere debere decernimus. Et inſuper omnibus, & ſingulis prę latis,

tam

tam regularibus, quam ſæcularibus, & parochialium Eccleſiarum Rectoribus, A cęteriſque perſonis eccleſiaſticis, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pęna, inhibemus, ne dictas ſorores, quas conformiter ad præfati prædeceſſoris noſtri ordinationem, veras Religioſas declaramus, de cætero quomodolibet impedire præſumant, quominus ipſæ ſorores, iuxta priuilegia dictorum Fratrum, Oratoria cum campanili humili, & campana, ac in illis Sacramentum Euchariſtiæ, in loco decenti, & honeſto, necnon oleum ſanctum, pro ipſarum vſu tantum, & cœmiterium benedictum habere, in quo ſororum decedentium corpora, per earum confeſſorem ſepeliri poſſint, ac in eiſdem Oratorijs, aquam benedictam, ſolemniter benedici, miſſaſque, ſecundum earum deuotionem cantari, & celebrari facere, liberè, & licitè poſſint. Quodque, ad audiendum miſſas, & alia diuina officia, in alio loco, quam in dictis oratorijs, aut ſuſcipiendum Eccleſiaſtica Sacramenta, ab alio, quam à confeſſore ſæculari, vel regulari, eis per earum ſuperiores aſſignando, B nullatenus per dictos Prælatos, & Rectores, aut quoſuis alios, compelli, aut deſuper, quoquo modo moleſtari valeant: ipſeque confeſſor, ſi ſæcularis fuerit, quandiu officium confeſſionis huiuſmodi, à dictis ſuperioribus ſibi impoſitum, continuauerit, per locorum ordinarios, in præmiſſis, impediri nequaquam poſſit. Et nihilominus, vniuerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & perſonis, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon Metropolitanis, ſeu Cathedralium Eccleſiarum Canonicis, qui deſuper, pro parte dictarum ſororum requiſiti fuerint, per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, eiſdem ſororibus, aut eorum domibus, in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eas, pacifica poſſeſſione priuilegiorum huiuſmodi gaudere, non permittentes eas deſuper, per ordinarios, & prælatos, ac Rectores C prædictos, aut quoſcumque alios, indebitè moleſtari, contradictores, inobedientes, & rebelles, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunq;. Et quia difficile foret, præſentes literas ad ſingulas prouincias originaliter deſtinare, volumus, quod tranſumptis earum, manu notarij publici ſubſcriptis, & alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę, ſigillo munitis, ea prorſus fides, in iudicio, & extra adhibeatur, ac ſi præſentes originales exhibitæ forent, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die vltima Auguſti, 1517. Pontificatus noſtri anno Quinto.

Leo Papa X.

D *SVMMARIVM.*

EXimit Moniales tertij ordinis à ſolutione cuiuſcumq; decimæ, vel taxæ, aut collectæ. Bulla incipit. Dudum felicis record. Alexandri, &c. Datum Romæ apud S. Petrum die 24. Maij 1519. Pontif. ſui anno ſeptimo. Et ponitur ab Eman. Roderic. f. 295.

Leo Papa X.

SVMMARIVM.

COncedit quod de conſenſu duarum partium Monialium cuiuſlibet Conuentus tertij Ord. poſſint alienari eorum bona. Bulla incipit. Cum ſæpe &c. Dat. Romæ apud

S.Petrum die 17.Nouemb.1519.Pontif.ſui anno ſeptimo. Et ponitur ab Eman. Roderic.fol.297. A

Leo Papa X.

SVMMARIVM.

PRiuilegia conceſſa, & concedenda Minoribus. Eremitis S. Aug. Carmelitis, & Prædicatoribus, vult inter eos, & inter fratres, & ſorores tertij ordinis eſſe communia. Eaſq; Religiones dumtaxat, & earum familiares gaudere poſſe Indulgentijs S.Mariæ de Populo de Vrbe conceſſis. Bulla incipit. Dudum per Nos &c. Dat. Romæ apud S.Petrum die 10.Decembr.Pontif.ſui anno 7.& ponitur ab Eman.Roder. fol.300

Leo Papa X. B

SVMMARIVM.

COaptauit Regulam Nic.IV. vſui, & ſtatui profitentium tria vota eſſentialia, Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis, &c. Quare & eorumdem Regula appellatur.

DIlectis filijs Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis Beati Franciſci, ſub tribus Votis eſſentialibus in Congregatione viuentibus. Leo Papa Decimus. Dilecti filij, ac filiæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Inter cætera noſtro regimini credita, ea nos potiſſimè ſollicitos reddunt, per quæ frenatis mundi, carniſque concupiſcentijs, innocentiæ, primæq; pacis cœlitus collatę tranquillus ſtatus ad ſuam primeuam reduci cognoſcitur originem. Dudum ſi quidem huius gratia Nicolaus Papa IV. prædeceſſor noſter, tertiam Regulam Beati Franciſci, quam de Pœnitentia appellauit, per quam almus Confeſſor homines vtriuſq; ſexus fideles, Spiritu Dei plenus ſaluare contendebat confirmauit, & approbauit. Verum quia temporis de curſu, ſpirante illo Spiritu Sancto, non ſolum viri coniugati, mundiq; huius incolę, pro quibus à Beato Franciſco præfata tertia Regula edita fuerat, verum etiam, innumerarum Virginum Chori, tribus eſſentialibus, & à quibuſdam etiam clauſuræ, noſtra auctoritate aſſumptis votis, conſtructiſq; Monaſterijs quamplurimis, non ſine militantis Eccleſiæ fructu multiplici, & ædificatione, præfati Tertij Ordinis iugo ſua colla ſubdiderunt. Et quoniam in dicta Tertia Regula, quædam Maritatis accommoda, Celebi verò, Virgineoq; ſtatui, ſub huiuſmodi Tertia Regula Domino famulantibus, nullatenus decentia innectuntur, ob quod caſtorum animorum nitidi affectus, ab ingreſſu dicti Ordinis, nonnunquam auertuntur; nos iuxta Domini voluntatem pretioſum à vili ſeparantes, eandem Tertiam Regulam in medium, qui ſequitur diſtinctam, de nouo confirmamus, & approbamus, ac vobis, ac ſucceſſoribus veſtris ſeruandam tranſmittimus, cuius tenor ſequitur, & eſt talis. C D

De Nouitiorum, ſeu Nouitiarum ingreſſu. Cap. I.

FRatres, ſeu Sorores ad hunc Tertium Ordinem recipiendi, debent eſſe fideles Catholici, de hæreſi non ſuſpecti, in obedientia Romanæ Eccleſiæ firmi, ma-

trimonio non ligati, debitis expediti, corpore ſani, animo prompti, nulla vulgari in-
A famia maculati, cum proximis reconciliati. Et de ijs omnibus antequam reci-
piantur, ab eo qui recipiendi habet facultatem, ſunt diligenter examinandi.

De his, quæ habent promittere Fratres, & Sorores in profeſſione. Cap. II.

FRatres, & Sorores poſtquam per vnum integrum annum habitum probationis detulerint (qui de vili panno, arbitrio Viſitatoris eſſe debet) ſi conuerſatio laudabilis fuerit apud Conuentum in quo quis, vel quæ habitum probationis portauerit, de conſilio diſcretorum dicti Conuentus, ad Profeſſionem dicti Ordinis recipiatur. In qua Profeſſione promittat ſeruare mandata Dei, ac ſatisfacturum de transgreſſionibus quas facere poſſet in futurum cōtra hanc Tertiam Regulam, vbi à Prælatis requiſitus fuerit, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.

B

De Ieiunio. Cap. III.

FRatres, & Sorores, perpetuis temporibus feria ſecunda, quarta, ſexta, & Sabbato (excepto Dominicæ Natiuitatis feſto) carnes non comedant. Et à feſto omnium Sanctorum vſq; ad Reſurrectionem Domini, omni feria quarta, & ſexta ieiunare teneantur. Ac ſimiliter qualibet ſexta feria totius anni. Item à feſto Beati Martini, vſq; ad Natiuitatem Domini ieiunent quotidie, iniuncta Quadrageſima vniuerſalis Eccleſiæ, vſq; ad Reſurrectionem Domini, quam tamen à Quinquageſima incipere debent. Diebus verò, quibus non ieiunatur, bis tantum die dumtaxat comedant. Excepto, quod à feſto Paſchæ vſq; ad menſem Octobris, laborantes penoſo, ſeu graui labore, ter in die reſici poterunt, ieiuniorum ſemper diebus exceptis. Poterunt autem itinerantes, infirmi, debiles, tempore neceſſitatis ieiunium ſoluere.

C

De diuino officio, & oratione. Cap. IV.

FRatres, & Sorores in Eccleſia ſeruent ſilentium, præſertim quando miſſa celebratur, vel ſermo Dei proponitur. De alijs verò locis, ſeruent quod per ſuos Superiores circa ſilentium illis fuerit ordinatum. Debent etiam quolibet die in ſero, intra ſe, & Deum, cogitare quid fecerint, dixerint, vel cogitauerint. Quolibet autem die (ſi potuerint commodè) debeant audire Miſſam. Et procurare debent, quod habeāt virum religioſum, qui illis verbum Dei certis diebus proponat, & eos ad pœnitentiam, & virtutes inducat. Illi autem, vel ille, qui, vel quæ horas canonicas ſciunt per ſe dicere, debent horas canonicas ſecundum vſum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ perſoluere. Qui verò horas canonicas neſciunt dicere, dicant duodecim Pater noſter pro matutino, & pro qualibet aliarum horarum ſeptem, addito Gloria Patri, in fine cuiuſlibet Pater noſter, addito etiam Credo, & Miſerere mei Deus, in principio Primæ, & Completorij. Et qui præmiſſa neſcierit, ter Pater noſter, pro pœnitentia dicere debeat. Quoties autem prandium, vel cibum ſumunt, gratias Deo reddere debent. De Confeſſione verò Sacramentali, & Sacra communione ſumenda, ſeruabunt Ordinationem Nicolai Papæ IV. quod ter in anno confiteantur, atque communicent, vel etiam Statuta à ſuis Superioribus ſuper hoc ordinata.

D

De Prælatorum, & officiorum ordinatione. Cap. V. A

QVælibet domus, ſi Monaſterium virorum fuerit, habebit Superiorem iſtius fraternitatis, qui Miniſter localis appellabitur. Si verò mulierum, mater dicetur. Et eligentur per ſuos Conuẽtus, vel inſtituentur per ſuos Prouinciales Superiores, ſeu Viſitatorem Generalem. Ita tamen, quòd nullus ſit perpetuus, ſed certi temporis. Qui Miniſtri, & matres obedient per omnia, quæ ad præſentem Regulam ſpectant, Prouincialibus Miniſtris Ordinis Minorum Beati Franciſci, & Viſitatoribus deputatis ab ipſis Miniſtris, quamdiù in dictis officijs fuerint. Quò verò ad alia officia intra domum, ſeruabunt ſtatuta ſua.

De modo interius, exteriusq; conuerſandi. Cap. VI. B

CVm Fratres, & Sorores huius fraternitatis dicantur de Pœnitentia, oportet eos ab omni curioſitate, tàm in veſtibus, quàm ab alijs quibuſcunq; abſtinere. Et iuxta Apoſtolicum Principis B. Petri ſalubre conſilium, depoſitis cæteris vanis huius ſeculi ornamentis, nullum ornamentum corporale portare debent, niſi ſolum humile, & neceſſarium tegumentum corporis ſui. Debent etiam ab acceſſu Curiarum Principum, Dominorum, ſeu Dominarum, vbi mollia huius mundi (Domino teſtante) habentur, omninò cauere. Nec vllo vnquam tempore choreis, ludis, iocis, & alijs hyſtrionum vanitatibus intereſſe. Debent quoq; eſſe parci in verbis, & locutionibus, quæ raro ſine peccato multiplicantur. Et ſuper omnia ab omni mendatio, & iuramento quocunq; iuxta mandatum Domini, niſi pro pace, fide, calumnia, & teſtimonio perhibendo, cauere debent. Et omni die in ſero, inter cętera, debent examinare ſe, ſi vel mendacium, vel iuramentum aliquod fecerint, C & pro quolibet, ter Pater noſter dicere debent.

De viſitatione, & cura infirmorum. Cap. VII.

SI quis Frater, vel Soror huius fraternitatis in infirmitate ceciderit, Miniſter domus, vel mater, ſemel quotidie per ſe, vel per aliam perſonam viſitare teneatur. Et de bonis communibus, omnia neceſſaria diligenter faciat illi miniſtrari. Teneatur quoq; infirmum, vel infirmam monere ad pœnitentiam acceptandam, veramq; conuerſionem ad Deum faciendam, mortis propinquitatem, & iudicij diuini diſtrictionem, ſimulq; diuinam miſericordiam proponendo.

De viſitatione, quam Prælati debent facere circa Fratres, & Sorores. Cap. VIII. D

MIniſter Prouincialis Fratrum Minorum, vel Viſitator eiuſdem Ordinis cui ipſe commiſerit, viſitabit quolibet anno, ſemel tantum in qualibet domum, cum præſentia ſeniorum. Et facta viſitatione, non debet intrare officinas, nec alia interiora Sororum. Ipſe autem Viſitator nunquam ſolus maneat, & ſeparatus cum aliqua Sorore. Debent autem Miniſtri, & matres dicere Viſitatori defectus, qui correctione indigent. Similiter, & alij Fratres, & Sorores. Et ſi aliqui fuerint incorrigibiles iudicio diſcretorum, vel diſcretarum domus, tanquam morbida pecora eijciantur de Congregatione.

De

A *De officijs mortuorum. Cap. IX.*

POſtquam aliquis Frater, vel Soror ab hac luce migrauerit, curabit Miniſter, ſeu Mater, quòd eius exequiæ ſolemniter celebrentur. Quibus exequijs omnes Fratres, vel Sorores alicuius domus, vbi ipſum mori contigerit, perſonaliter intereſſe debent, nec recedere, donec corpus traditum ſit ſepulturæ. Et pro anima cuiuſlibet defuncti, vel defunctæ, infra octo dies, quilibet Sacerdos vnam Miſſam, ſcientes autem pſalterium, quinquaginta pſalm. neſcientes verò pſalm. quinquaginta Pater noſter, & in fine cuiuſlibet, Requiem æternam dicere teneantur. In fine autẽ cuiuſlibet anni, ſeu infra quemlibet annum, quilibet Sacerdos tres Miſſas pro defunctis, ſcientes pſalterium, vnum pſalterium; neſcientes verò pſalterium, centũ Pater noſter, cum requiem æternam, in fine cuiuſlibet dicere debeant. B Et circa iſta officia pro defunctis, & alia officia diuina, in præſenti ſerie annexa, cura imponitur Miniſtris, & Matribus, vt fideliter perſoluantur.

De obligatione contentorum in Regula. Cap. X.

OMnia, & ſingula in præſenti Regula contenta, ſunt conſilia ad facilius ſaluandas animas viatorum. Et nulla ſunt obligatoria ad peccatũ mortale, vel veniale, niſi humano, vel diuino iure aliquis alias eſſet obligatus. Obligantur tamen Fratres, & Sorores facere pœnitentias ſibi à Superioribus impoſitas, quando ſuper hoc requiruntur. Obligantur etiam, ad tria Vota eſſentialia, paupertatem, nihil habendo in ſpeciali. Caſtitatem, quia poſt Votum non poſſunt matrimonium C contrahere, nec ſine tranſgreſſione vitijs carnis ſe immiſcere. Et obedientiam, quantum ad illa, ſine quibus non poteſt commodè iſta fraternitas manu teneri. Tenentur etiam ad clauſuram ſeruandã illę, quæ ipſam expreſsè ſeruare vouerint. Quòd omnibus, & ſingulis Conuentibus concedimus, dummodò hoſpitalitas, & charitas, quam exercere ſolent apud infirmos, nullum cum honeſtate patiatur detrimentum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 20. Januarij. 1521. Pontificatus noſtri Anno octauo.

Clemens Papa VII.

SVMMARIVM.

D *PRoponitur Regula Tertij Ordinis tàm in communitate, quàm in proprijs domibus viuentium, & referuntur multa Priuilegia. Eidemq; Ordini communicantur priuilegia omnia Mendicantium, conceduntur q; alia notatu digna.*

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad vberes fructus, quos ſacer ordo de pęnitentia, quem Seraphicus ille hominũ verè piſcator, vt animas omnes lucrifaceret Creatori, nemoque ſe abſconderet à Charitatis calore, Spiritu Sancto illum in actus B. Franciſcus inſtituit, in horreum Domini hactenus adduxit, & in dies fertiliori manu afferre non ceſſat, noſtræ dirigentes conſiderationis intuitu, & intra noſtræ mentis arcana reuoluentes, quod ipſe

ordo,

ordo, nedum coniugatis vtriuſque ſexus, verum etiam fratribus, & Monialibus in Communi viuentibus, ac tria vota ſubſtantialia ſolemniter emittentibus, florere iam diu cępit, & in dies magis effloreſcit, ipſorumq; Fratrum, & Monialium vita, eſt adeò exemplaris, vt cum virtus laudata creſcat, prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærendo, cogamur ipſum ordinem, ſpecialibus prærogatiuis extollere, & ea quæ pro conſeruatione, & augmento regularis obſeruantiæ, in eodem Ordine prouidè conceſſa, prout in Domino conſpicimus expedire, ac ſtatuta & ordinata eſſe dicuntur, vt firma & illibata perpetuò perſiſtant, libenter cum à nobis petitur, Apoſtolico munimine roborare, & ne quærentes, quæ Ieſu Chriſti non ſunt, & ſub prætextu contemptus mundi, falcem in alienam meſſem ponere, ac præeſſe omnibus, anhelantes ipſos Fratres, & Moniales in huiuſmodi ſuo ſancto opere perturbare, ſalubriter prouidere poſſint. Sanè pro parte dilecti filij Antonij de Tablada, moderni Viſitatoris Generalis, & Magiſtri principalis perſonarum dicti ordinis Caſtellæ Legionis, Galiciæ, Andaluciæ, ſeu Vandaliæ, etiam Regnis, & partibus degentium, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudùm fœlicis recordationis, Nicolaus Papa Quartus, prædeceſſor noſter, inter alia, vt recipiendus in dicto Ordine, ante receptionem huiuſmodi de fide Catholica, & erga Romanam Eccleſiam obedientia, diligenter examinaretur, eique onera eiuſdem Ordinis apertius exponerentur, & poſt vnius anni ſpatium, ſi idoneus reperiretur, promitteret ſe omnia diuina præcepta ſeruaturum, ac etiam vt conueniret ſatisfacturum de transgreſſionibus, quas contra hunc viuendi modum committeret, cum interpellatus, ad viſitatoris exiſteret voluntatem, & huiuſmodi ab eo facta promiſſio, per manum publicam, in ſcriptis redigeretur, & Fratres, ac Sorores dicti Ordinis, veſtibus colore non prorſus albo, vel nigro, non pompoſis, ſed honeſtis certo modo, tunc deſignatis vterentur, & ab inhoneſtis conuiuijs, & ſpectaculis, ſiue choreis, penitùs abſtinerent, & Secunda, Sexta, & Quarta ferijs, dieque Sabbati, carnibus, non veſcentur, niſi aliud, infirmitatis, vel debilitatis inſtantia ſuaderet, & à feſto omnium Sanctorum, vſq; ad Paſcha Reſurrectionis Dominicæ, Quarta, & Sexta ferijs huiuſmodi, & à feſto S. Martini, vſq; ad diem Natiuitatis Domini, & à Dominica Quinquageſimæ, vſque ad Paſcha, diebus ſingulis exceptis Dominicis, ieiunarent, niſi aliud fortaſſis, infirmitas, vel alia neceſſitas ſuaderet, & ter in anno, videlicet, in Natiuitatis, ac Reſurrectionis Dominicæ, ac Pentecoſtes feſtiuitatibus, peccata propria confiteri, & Euchariſtiam deuotè ſuſcipere, & horas Canonicas, videlicet, ſcientes Pſalterium, pro prima, Deus in nomine tuo, & Beati immaculati, vſque ad legem pone, ac alios horarum Pſalmos, iuxta clericorum ordinem, cum Gloria Patri, illiterati verò, pro matutinis, duodecim, & pro qualibet alia hora, ſeptem vicibus, Pater noſter, cum Gloria Patri, dicere non omitterent, additis ad Primam, & Completorium, ſymbolo Minori, & qui velint, Pſalmo, Miſerere mei Deus, & qui horas, huiuſmodi temporibus ad id ſtatutis, non recitarent, dicere deberent tribus vicibus, Pater noſter, infirmi verò ad horas huiuſmodi, niſi vellent, non tenerentur, & quilibet infra tres menſes, poſt eius in ordine huiuſmodi ingreſſum, immediatè ſequentes conderet teſtamentum, & viſitator pro tempore, cum Fratribus, & Sororibus vniuerſis, ſuper ieiunijs, abſtinentijs, auſteritatibus ordinis huiuſmodi, ex cauſa legitima diſpenſare, ipſique Viſitator, ac Miniſtri, & congregatio Ordinis huiuſmodi, Fratres, & Sorores incorrigibiles, ab eadem congregatione expellere poſſent, nullus tamen ipſorum, ob transgreſſionē Regulæ Ordinis huiuſmodi, ad mortalem culpam remaneret obligatus, ſtatuit

per

per quaſdam. Et deinde piæ memoriæ, Eugenius etiam Quartus, attendens, quod
A Fratres dicti Ordinis, in dictis Regnis conſiſtentes, domos, & loca communia habebant, ac communiter, & laudabiliter viuebant, & in eorum Generali capitulo,
per eos tunc vltimo loco celebrato, nonnulla ſtatuta, & ordinationes ediderunt,
tunc præſentibus, & futuris dicti Ordinis Fratribus, degentibus in domibus, & locis infra dicta regna, pro tempore conſiſtentibus, vt eorum generale capitulum,
perpetuis futuris temporibus celebrare, & in eo, vnum ex ipſis in ſacerdotio conſtitutum, in eorum, ac huiuſmodi domorum, & locorum viſitatorem, iuxta eorũ
ſtatuta eligere, ac deputare, & ipſe viſitator ſic electus, ac deputatus omnibus, &
ſingulis domibus, ac locis, & Fratribus, tum præſentibus, & futuris, eorumque
bonis præeſſe, & ipſorum curam gerere, & exercere, ac de conſilio aliquorum Fratrum dicti Ordinis, ad id per huiuſmodi capitulum pro tempore deputandorum,
B omnes, & ſingulos vagantes, ac ſtatutis, & ordinationibus dicti Ordinis, tunc editis, & edendis contrauenientes, ſecundum eorum delicta, punire, & incarcerare,
& quæcumque alia deſuper oportuna facere, & exequi, etiam per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia iuris remedia, inuocato etiam auxilio brachij ſæcularis, ac per
ſe ipſum capitulum generale huiuſmodi congregare, illique præeſſe, ac idoneos
ex dictis Fratribus, ad officia domorum, & locorum prædictorum, deputare, ac
omnes, & ſingulos Fratres, & Sorores dicti Ordinis, ab omnibus, & ſingulis excommunicationis, & ſuſpenſionis, & interdicti, ſententijs, & pœnis, quibus pro
tempore irretiti forent, in foro conſcientiæ abſoluere, & eum clericis, & presbyteris, ex eis ſuper irregularitate, ſi qua ſententijs huiuſmodi ligati, miſſas & alia
diuina officia, non tamen in contemptum clauium, celebrando, vel ſe illis immiſcendo, pro tempore contraherent, diſpenſare, ac etiam per ſe, vel alios, ex ipſis
C Fratribus præsbyteris idoneis, omnium, & ſingulorum Fratrum, & Sororum
prædictorum, ac illorum, & illarum ſeruitorum pro tempore, confeſſiones audire, & eis pro commiſſis, debitæ abſolutionis beneficium, in caſibus Sedi Apoſtolicæ non reſeruatis, impendere, & Sacramenta Eccleſiaſtica, miniſtrare valeret,
licentiam, & facultatem conceſſit, ac quod officium Viſitatoris, pro tempore electi huiuſmodi, ad Triennium duntaxat, à die ſuæ electionis computandum, duraret, ac omnes, & ſinguli Fratres, & Sorores Ordinis huiuſmodi, pro tempore,
eidem Viſitatori, tanquam eorum ſuperiori, in omnibus, iuxta eadem ſtatuta,
plenariè obedire, & intendere tenerentur, quodque omnia eorum, & cuiuſlibet
ipſorum bona, in domibus, in quibus profeſſionem pro tempore facerent, illis, de
quibus infrà tres menſes à die illorum, in dicto Ordine ingreſſus computandos,
teſtati fuiſſent, duntaxat exceptis, & iure vxorum, & filiorum eorundem, pro tempore in dicto Ordine, poſt obitum parentum ſuorum huiuſmodi remanere volen-
D tium, in omnibus ſaluo, communia exiſterent, & ad domos, & loca huiuſmodi, liberè pertinerent. Nulluſque ex eis, poſt profeſſionem per eum emiſſam, Matrimonium contrahere, ac abſq; licentia ſpeciali dicti Viſitatoris, ſibi ex neceſſitate,
& ad tempus duntaxat, & non aliàs concedenda, extra domos, ſeu loca huiuſmodi, reſidere, vel alicui beneficio Eccleſiaſtico, inſeruire poſſet, & commorantes, vel
inſeruientes pro tempore extra domos, cum licentia huiuſmodi, id totum, quod
interim licitè acquirerent, ac eis ſupereſſet, domibus, in quibus profeſſionem feciſſent, integrè dare deberent, etiam ſtatuit, ac decreuit, & conceſſit per alias. Et
poſtmodum, recolendæ memoriæ, Sixtus ſimiliter Quartus, quod Ordinis prædicti loca, & vtriuſq; ſexus perſonæ, eiſdem priuilegijs, immunitatibus, gratijs, ſuab-

 ſidijs.

tribus, conceſſionibus, facultatibus, & indultis, ſpiritualibus, & temporalibus Fratrum Prædicatorum, & Minorum Ordinibus, ac illorum profeſſoribus, domibus, locis, & perſonis, quomodolibet conceſſis, & in poſterum concedendis, quatenus earum ſtatui, & ſexui non contradicerent, liberè, & vti licitè poſſent, & deberent, in omnibus, & per omnia prorſus, & ſine vlla penitùs differentia, perindè, ac ſi locis, ac perſonis vtriuſq; ſexus Ordinis de pœnitentia huiuſmodi nominatim conceſſa fuiſſent, & concederentur, expreſsè ſtatuit per alias. Et ſucceſſiuè cum Viſitator, & Miniſtri, ac Fratres, necnon Abbatiſſæ, ſeu Matres, & Moniales, aliæque perſonæ dicti Ordinis, de pęnitentia, Monaſteriorum, ac domorum Prouinciæ S. Iacobi in Compoſtella, eo quod ſub obedientia Fratrum dicti Ordinis Minorum nunquam fuerant, nec exiſtebant, ſed ſub ſui Prælati Viſitatoris, quæ iuxta regularia inſtituta dicti Ordinis de pœnitentia, de triennio in triennium, obedientia degebant, ac illi, & Miniſtris ſingulorum Monaſteriorum, ac domorum Ordinis de pœnitentia huiuſmodi, ſuberant, dubitarent, ſtatuto Sixti prædeceſſoris huiuſmodi poſſe vti, Sanctæ memoriæ Iulius II. omnia, & ſingula priuilegia, gratias, & indulta per Sixtum prædictum, ac alios Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos, & Sedem Apoſtolicam, Ordini Fratrum Minorum, & illius Fratribus conceſſa ad Monaſteria, ac domos prouinciæ, ac Ordinis de pœnitentia huiuſmodi, illorumque Fratres, & perſonas, iuxta ſtatutum Sixti prædeceſſoris huiuſmodi, extendit, & pro potiori cautela illa eis de nouo conceſſit, per reliquas Apoſtolicas, & idem Iulius, per alias ſuas in forma Breuis, Fratribus, & Sororibus prouinciæ Ordinis de pœnitentia huiuſmodi, vt domos & oratoria, & loca, quæ publicè poſſidebant, & in poſterum adquirerent, recipere, & perpetuò retinere, ac in illis reſidere. & in communi viuere, & eorum conſuetum habitum, videlicet tunicam, & mantellum, cum caputio, ante & retrò, acuto, & chorda, ſub dicto mantello, prout omnes, & Sorores eiuſdem Ordinis de pęnitentia, eatenus geſtare conſueuerant, geſtare liberè, & licitè valerent, conceſſit, ac diſtrictius ſub excommunicationis latæ ſententiæ pęna ne Miniſtri, Abbatiſſę, & Fratres Prouinciæ, & Ordinis de pœnitentia huiuſmodi, domos, quas eatenus poſſederant, & in futurum poſſiderent, illarumq; ac perſonarum earundem obedientiam, abſque dicti Viſitatoris licentia ſpeciali, vel alienare, vel alijs ad inhabitandū concedere, ne ve illas alij recipere, aut inhabitare valerent, ſub ſimili pęna inhibuit, & per quaſdam alias Apoſtolicas, dictum Ordinem de pęnitentia, Fratribus Ordinis Minorum ſubijcientes à Sede prædicta emanatas, reuocauit, & in ipſum Ordinem eiſdē Fratribus Ordinis Minorum, minimè ſubijci voluit, ac deniq; felicis memoriæ Leo X. Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, Regulam de pœnitentia huiuſmodi, illiuſq; declarationem, ſtatuta, & conſuetudines laudabiles, necnon priuilegia, indulta, & Apoſtolicas aliaſque literas eidem Ordini de pęnitentia, illiuſque Fratribus, Sororibus, domibus, & locis, tam per Nicolaum, & Eugenium, ac Iulium prædictos, quam alios Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos conceſſa, & inde ſecuta quæcumq; approbauit, & confirmauit, ſuppleuitque quoſcumque defectus, ſi qui forſan interueniſſent in eiſdem, necnon Viſitator, & vniuerſi Fratres, & Sorores dicti Ordinis de pęnitentia in Caſtellæ, & Legionis Regnis, ac Galiciæ Prouinciæ Compoſtellanæ prædictis, commorantes, eligere, ac deputare Viſitatores, Miniſtros, Vicarios, & alios officiales eis neceſſarios, ac per ipſos, iuxta cuiuſlibet eorum officia, regi, gubernari, viſitari, corrigi, & caſtigari poſſent, & deberent, decreuit, & declarauit, illaque omnia, & ſingula prout per dictos

prędeceſſores conceſſa fuerant,& de nouo conceſſit,& ab omnibus ſub excommu-
A nicationis latæ ſententiæ,& ſuſpenſionis, ac interdicti, & priuationis actuum legiti-
morum, pœnis ipſo facto incurrendis,inuiolabiliter obſeruari mandauit, ac literas
dicti Iulij prædeceſſoris, Fratribus Ordinis de pœnitentia huiuſmodi congregatio-
nis Lombardiæ conceſſas, per quas ipſe Iulius prædeceſſor, inter alia voluerat, &
mandauerat, ne conſeruatores & iudices, per Fratres dicti Ordinis Minorum, vel
ad eorum inſtantiam, per quoſcunque alios, ſub quibuſuis verborum formis, &
clauſulis impetrati, aut ex tunc in poſterum impetrandi, & quicunque alij iudices,
& conſeruatores, contra Fratres Ordinis de pœnitentia,congregationis huiuſmodi,
procedere,vel de illis, eorumq; domibus ſe intromittere, aliquatenus præſumerent,
viſitandi domos,& Fratres Ordinis de pœnitentia,& congregationis huiuſmodi, ac
de illis,eorumque rebus,& negotijs cognoſcendi, Viſitatori dictæ congregationis,&
ab eo deputatis relinquerent, diſtrictè præcipiendo mandauerat, ac illas inter alia
B domos & Fratres, ac Sorores Regnorum, & Prouinciæ prædictorum extendit, &
ampliauit, & quaſcumque alias literas à Leone, & alijs Romanis Pontificibus, ſeu
ſede prædictis, contra præmiſſa, ad quorumcunq; ſupplicationem, pro tempore,
extortas, caſſauit, reuocauit,& annullauit, ac pro infectis haberi voluit,& quod re-
gula Ordinis de pęnitentia huiuſmodi, prout S. Franciſcus prædictus inſtituerat, &
fecerat,ab omnibus illam pro tempore profitentibus, cum tranquillitate,& pace,
animarum, abſq; alia commixtione cum alijs Regulis, & ordinibus eiuſdem San-
cti, illorumque Fratribus,& Sororibus, ſeruaretur, & cuſtodiretur, perpetuò ſta-
tuit, & ordinauit, per reliquas ſuas, ſimiliter in forma Breuis literas, prout in ſin-
gulis literis prædictis, plenius dicitur contineri. Et licet regula de pęnitentia, per
S.Franciſcum inſtituta,& per Nicolaum prædeceſſorē approbata huiuſmodi,prout
C in ea apparet, pro Chriſti fidelibus coniugatis, & alijs in ſæculo exiſtentibus ordi-
nata fuerit, ac à tempore dicti Eugenij prædeceſſoris, vt ex eius literis prædictis
etiam apparet,Fratres Ordinis de pęnitentia huiuſmodi, domos,& loca in commu-
ni habitare cęperint, & ab inde citrà benedicente Domino, in diuerſis præſertim,
Hiſpaniarum partibus,vita communis huiuſmodi,multiplicauit,ac in dictis,& An-
daluciæ,ſeu Vandaliæ Regnis Fratres Ordinis de pænitentia huiuſmodi,in commu-
ni viuentes,vnum Viſitatorem generalem eiuſdem Ordinis de pęnitentia, de trien-
nio in triennium, iuxta literas Eugenij prædeceſſoris huiuſmodi, eligere,& illi ſub-
eſſe,& ne ipſe Viſitator, paſtoris officio abutatur, Capitulum generale in aliqua,
domo Ordinis,& regnorum, ac partium huiuſmodi, quolibet triennio celebrare,
& ad illud,ex qualibet domo Ordinis,& regnorum,ac partium prædictorum, vnus
Miniſter,& alius per illius Fratres, in procuratorem diſcretum nuncupatū, electus
D accedere,& in eo,vnus in præſidentem, & quatuor definitores,ac vnus in notarium,
vel ſcribam,ex eiſdem Fratribus, per miniſtros,& diſcretos huiuſmodi,eligi,& tunc
Viſitator,genibus flexis coram Præſidente,& Capitulo huiuſmodi, confeſſionem,
generalem facere,& officio Viſitatoris, in manibus capituli huiuſmodi renunciare,
& deinde præſidens,& definitores prædicti,in loco ad id deputato,querelantibus de
dicto Viſitatore, ac de alijs iuſtitiam miniſtrare, & poſt modum, votis iuratis, per
miniſtros, & diſcretos prædictos,Viſitatores Fratribus in communi viuentibus,di-
cti de pęnitentia,& nullius alterius Ordinis elegi,& publicata electione,Viſitator ſic
electus vna cum Præſidente,& definitoribus, conſtitutiones,& ordinationes iam fa-
ctas innouare,aliquando verò alterare,aut immutare,vel aliàs de nouo facere,prout
eidem Ordini de pœnitentia expedire arbitratur, & finito capitulo, Viſitator prædi-

K ctus,

eius,ad viſitandum domos,& Monaſteria Fratrum Ordinis de pęnitentia,& regnorum ac partium huiuſmodi accedere, illiſque de miniſtris, ac Abbatiſſis,iuxtà exi- A
gentiam loci, prouidere,& conſtitutiones, ac ordinationes, iuxta ipſius loci, & illius perſonarum exigentiam,edere,& cum Fratribus,& Monialibus,ſuper veſtibus, & ieiunijs,& auſteritatis Ordinis de pęnitentia, ac conſtitutionum, & ordinationũ, huiuſmodi,diſpenſare,& Præſidenti, ac definitoribus, necnon toti Ordini de pœnitentia huiuſmodi in regnis prædictis, ac forſan alijs partibus, illorumque domibus, Monaſterijs,Fratribus,& Monialibus in communi viuentibus, necnon Eremitis,ac dictis coniugatis,& in ſæculo exiſtentibus eiuſdem Ordinis,præeſſe, & ſi durante triennio huiuſmodi,contra Deum,aut huiuſmodi Ordinem, vel eius bona deliquerit, ſibi per Præſidentem, ac definitores prædictos, pęnitentia ſalutaris imponi, & eius demeritis, iure id exigentibus,per maiorem partem capituli, in tali caſu, etiam dicto triennio durante, præſidens,& definitores prædicti conuocari, ac ſeruatis ſeruandis puniri,& priuari,& eius loco, alius,modo,& forma præmiſſis, eligi, ipſeque B
Viſitator,Fratres dicti Ordinis de pęnitentia, prout ſuarum animarũ ſaluti, ac dicti Ordinis de pœnitentia conſeruationi,expedire cognoſcit,de vna domo ad aliam, & aliquando Moniales de vno Monaſterio ad aliud transferre, & ſi viſitando aliquod Monaſterium,vel domum,repererit illius Miniſtrum,vel Abbatiſſam minus habilem exiſtere,ſeù malè gubernare, talem Miniſtrum, aut Abbatiſſam amouere, & alium, ſeu aliam loco eius deputare, & ſi finito tempore adminiſtrationis alicuius miniſtri,vel Abbatiſſæ,ipſe Viſitator ad Monaſterium,ſeu domum huiuſmodi, pro Miniſtri,vel Abbatiſſæ illius prouiſione facienda, accedere non valeret, officium antiqui Miniſtri,vel Abbatiſſæ,vſque ad conueniens tempus propagare. Necnon quia domus, & Monaſteria Ordinis de pœnitentia huiuſmodi, in dictis Regnis, & partibus ſufficientes redditus pro maiori parte non habeat, cum Fratribus Monialibus, Sororibus, & Eremitis dicti Ordinis de pęnitentia, ſuper voto paupertatis, C
tam in communi,quàm in particulari, ad vitam, ſeu aliud tempus diſpenſare, necnon omnia,& ſingula alia, quæ Generales aliorum Ordinum Mendicantium prælati exercere,& facere cõſueuerant, ac ſedi prædictæ aliàs immediatè ſubiectos eſſe, & venientes à ſæculo, cupienteſque in domibus,& Monaſterijs dicti Ordinis de pęnitentia Altiſſimo famulari, in eis recipi, ipſiſque habitum dicti Ordinis, de pœnitentia exhiberi,& finito anno probationis, ac aliquando etiam ante iuxta deuotionẽ talis nouitij tria ſubſtantialia, videlicet,obedientiæ, caſtitatis, ac in particulari paupertatis vota ſolemniter profiteri, & color habitus Fratrum, & Monialium Ordinis de pęnitentia huiuſmodi, potius ad nigredinem, quàm ad albedinem tendere, & Fratres Clerici,ac Moniales in communi viuentes,Ordinis de pęnitentia huiuſmodi, officium Diuinum, ſecundum vſum Romanæ Eccleſiæ, conuerſi verò ex eis, D
& in ſæculo exiſtentes coniugati, ac vidui, ſecundum literas Nicolai prædeceſſoris huiuſmodi,horas Canonicas recitare,& pro defunctis orare, Fratreſq; in communi viuentes, & huiuſmodi, victum, & neceſſaria oſtiatim mendicare, & prout alij Religioſi Ordinum Mendicantium,quærere,& mulieres Religioſæ eiuſdem Ordinis de pęnitentia in communi viuentes,Moniales appellari, necnon Fratres in communi viuentes,& Moniales,dicti Ordinis de pęnitentia, illorumq; domus, & Monaſteria priuilegijs, Ordinibus Mendicantium huiuſmodi conceſſis, vti, potiri, & gaudere, ac Fratres dicti Ordinis de pęnitentia,præſertim in Galicia, ſeu Prouincia Compoſtellana, beneficia Eccleſiaſtica, per Clericos ſęculares teneri ſolita, iuxta inſtitutionem, & antiquam conſuetudinem Ordinis de pęnitentia huiuſmodi, obti-

nere,

nere,& quod eis, ex fructibus beneficiorum huiuſmodi ſupereſt, in ſubuentionem
A pauperum,domorum, ac alias neceſſitates Ordinis de pœnitentia huiuſmodi, per
illius Viſitatorem generalem,pro tempore,conuerti,& pro Fratribus,ac Sororibus
coniugatis, ac in ſæculo exiſtentibus, pro tempore decedentibus, omnes in literis
Nicolai prædeceſſoris huiuſmodi contentis pro Fratribus verò in communi viuen-
tibus, & Moniales dicti Ordinis de pœnitentia, pro tempore decedentibus, Miſſæ,
exequiæ, prout Ordinibus Mendicantium celebrari, & fieri, & eremitæ dicti Or-
dinis de pœnitentia, ex licentia Viſitatoris generalis huiuſmodi, extra domos dicti
Ordinis de pœnitentia, viuere, & bona in particulari poſſidere, ac habitum quaſi
ſimilem illi, quem Fratres in communi viuentes, Ordinis de pęnitentia huiuſmo-
di deferunt,deferre,& tam Fratres,& Moniales in communi viuentes, quam etiam
Sorores Eremitæ,& coniugati,ſeu vidui vtriuſque ſexus,& in ſæculo viuentes,infra
tres menſes poſt eorum in Ordine de pęnitentia huiuſmodi ingreſſum, ſuum con-
B dere teſtamentum,& ipſis vita functis,omnia, & ſingula, ad ipſos religioſos, etiam
ratione cuiuſuis hæreditatis, ſpectantia bona, ad Monaſteria, ſeu domos, in quibus
profeſſionem fecerint,ſi autem profeſſionem huiuſmodi, extra Monaſterium, ſeu
domum ipſius Ordinis emiſerint, ad propinquius Monaſterium, ſeu domum Fra-
trum eiuſdem Ordinis de pęnitentia,vbi religioſos huiuſmodi decedere contingerit,
legitimis hæredibus non exiſtentibus, & aliàs iuxta literas Nicolai prædeceſſoris
huiuſmodi, deuolui,& deuenire. Necnon Viſitator generalis, ac præſidens, & de-
finitores Ordinis de pęnitentia huiuſmodi, quolibet triennio, in loco ad id per eos
deputato, eorum Capitulum generale, pro ipſo Viſitatore generali, vt præfertur,
eligendo, ac alijs negotijs pro dicti Ordinis de pęnitentia conſeruatione, peragen-
dis, facere conſueuerint, tamen dudùm Viſitator generalis, præſidens, definitores,
C & capitulum præfati, nonnullis legitimis, & rationabilibus cauſis eos mouentibus,
in vltimo per eos, tunc celebrato capitulo congregati, locum pro dicto Capitulo
generali, quolibet triennio de cætero, perpetuis futuris temporibus celebrando,
domum, Monaſterium nuncupatum Sanctæ Mariæ de Valle, Aſturicenſis diœceſis,
propè oppidum de Benauente, de expreſſo conſenſu totius Ordinis de pęnitentia,
& capituli huiuſmodi nominarunt, in eoque, & non alibi de cætero, Capitulum
generale dicti Ordinis de pęnitentia, fieri,& celebrari, ſingulo quoque triennio vo-
luerunt, ac etiam quamplurimas alias conſtitutiones, ordinationes, & ſtatuta in
Capitulis generalibus, ac Monaſterijs, & domibus dicti Ordinis de pęnitentia, fe-
cerunt, ediderunt, ſtatuerunt, alterarunt, & immutarunt, prout in Nicolai, Eu-
genij, ac Sixti, Iulij, & Leonis prædeceſſorum, literis prædictis, ac capituli præ-
dictorum, ſcripturis deſuper reſpectiuè confectis, dicitur plenius contineri. Qua-
D re pro parte dicti Antonij aſſerentis, ſe ex dictis regnis,non ſine magnis, periculis,
& laboribus, ad dictam Romanam Curiam,obtinendæ confirmationis huiuſmodi
cauſa, perſonaliter acceſſiſſe, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt literas præde-
ceſſorum, ac conſtitutiones, ordinationes, ſtatuta, conſuetudines, ac omnia alia,
& ſingula in capitulis, Monaſterijs, & domibus prædictis, quomodolibet geſta,
ordinata, edita, alterata, & immutata; necnon regulam Ordinis de pœnitentia
huiuſmodi, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, confirmare, & approbare, aliaſque
in præmiſſis oportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos,qui
ſingulorum fidelium præſertim religionis iugo adſtrictorū, & ſtudio piæ vitæ Al-
tiſſimo famulantium, ſalubrem, & fructuoſam diſpoſitionem, mirum in modum
cupimus, præfatum Antonium à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, &

interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad A
effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, aliarum conſtitutionum, ordinationum, ſtatutorum, conſuetudinum ſcripturarum, & prædictorũ regulæ veriores tenores, & formas, præſentibus, pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, literas, ac conſtitutiones, & ordinationes, conſuetudines, ſtatuta, & regulam prædictam, & prout illam concernunt, omnia, & ſingula in dictis literis, & ſcripturis contenta, confirmamus, & approbamus, ac literas ipſas innouamus, & etiam approbamus, ſupplentes omnes, & ſingulos tàm iuris, quàm facti defectus, ſi qui forſan, in eiſdem conſtitutionibus, ordinationibus, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac regula, interueniri, ac præmiſſa omnia, & ſingula in quibuſcunque Hiſpaniarum partibus, ac vbique perpetuæ firmitatis, robur obtinere, & in dictis, & in quibuſcumque Hiſpaniarum, ac Portugalliæ partibus inuiolabiliter per quoſcumque ſic de cætero, obſeruari debere decernimus. B
Et nihilominus, quod præſidens, pro tempore electus, dationi votorum pro electione Viſitatoris generalis huiuſmodi, minimè intereſſe, ſed tunc temporis per domum in qua capitulum tunc celebraretur, ne conuenticula, vel monopolium aliquod fiat, diſcurrere, & quod Antonius, & pro tempore exiſtens Viſitator Ordinis de pęnitentia huiuſmodi, ſi eum circa finem triennij, poſt Capitulum generale celebratum, in curia regia, negotijs ipſius Ordinis de pœnitentia reſidere cõtigerit, celebrationem futuri capituli huiuſmodi, ad medium annum, & ſi in curia Romana fuerit, ad vnum annum, & ſi forſan aliqua infirmitate, vel alia iuſta cauſa impeditus eſſet, vſque ad tres menſes à fine dicti triennij computandos, celebrationem capituli huiuſmodi prorogare, & extendere, ac dictus exiſtens Viſitator generalis, ſic electus, vt præmittitur, vniuerſo Ordini, illiuſque domibus Monaſterijs, ac vtriuſque ſexus perſonis, & in Hiſpaniarum, & Portugalliæ Regnis, ac partibus, & prouincia prædictis exiſtentibus, præſit, ac Fratres, Moniales, & Sorores, ac aliæ vtriuſque ſexus, & in ſæculo exiſtentes perſonæ, ipſi Antonio, & pro tempore exiſtenti generali Viſitatori dicti Ordinis de pœnitentia, in omnibus, & ſingulis ipſum Ordinem concernentibus, obediant, & ſub eius obedientia exiſtant, ac ipſe Antonius, & pro tempore exiſtens Viſitator generalis, durante ſuo triennio, ſedi prædictæ, & Romano Pontifici, pro tempore exiſtenti duntaxat, & non alteri, præter quam in caſibus in quibus per præſidentem, definitores, & capitulum dicti Ordinis de pęnitentia, hactenus corrigi, & puniri conſueuerint, ſubſit, & ipſe ſolus, & ab eo pro tempore ſpecialiter deputati, & nullus alius, venientes à ſæculo, ſeu aliàs in Fratres, ſeu Moniales, vel Sorores vtriuſque ſexus, dicti Ordinis recipiant, nec ad profeſſionem admittant, & aliter habitum, dicti Ordinis de pœnitentia recipientes, & profeſſionem emittentes, pro non Fratribus ipſius Ordinis de pœnitentia habeantur, nec habitum huiuſmodi deferre poſſit, dictuſq; Antonius, & pro tempore exiſtens generalis viſitator, ſuper voto paupertatis, tam in communi, quàm in particulari, ad vitam, ſeu ad tempus, prout hactenus eſt conſuetum, cum Fratribus, & Monialibus, ac eremitis dicti Ordinis de pœnitentia diſpenſare, etiam de cætero, liberè, & licitè valeat. Quique promiſſione, impreſſione, minis, vel alia quacunq; via illicita, publicè, vel occultè, quouis modo, ſe, vel alium, in Viſitatorem, præſidentem, ſeu definitorem, vel Miniſtrum, aut Abbatiſſam, ſeu alium ipſius Ordinis officialem, elegi procurauerit, eo ipſo, quocunq; C D
officio

officio dicti Ordinis per eum, tunc obtento priuatus, & per decennium, ex tunc
A computandum, ad quamcumq; prælaturam, & officium, ac actus legitimos dicti
Ordinis de pœnitentia, tam actiuè, quam paſſiuè, inhabilis exiſtat. Nec aliquis
cuiuſcumq; ſtatus, ordinis, dignitatis, gradus, & conditionis, Viſitator generalis
dicti Ordinis de pœnitentia vllatenus ſit, niſi ipſum Ordinem de pœnitentia antea
expreſſe profeſſus, & per maiorem partem miniſtrorum, & diſcretorum in Capi-
tulo generali eiuſdem Ordinis de pœnitentia, canonicè electus fuerit, ipſeq; Viſita-
tor, & nullus alius ipſius Ordinis, quæcumq; dubia in Ordine, regula, conſtitutioni-
bus, ſtatutis, & conſuetudinibus, & omnibus, & ſingulis alijs præmiſſis, & infraſcrip-
tis, pro tempore occurrentia, interpretari, declarare, iudicare, & decidere valeant.
Necnon Fratres, Moniales, & Sorores, ac eremitæ, & quicunq; alij, etiam coniu-
gati, & in ſæculo viuentes, Ordinis de pœnitentia huiuſmodi, quibuſuis ſecundis fe-
rijs, quibus eſus carnium, ab Eccleſia Romana non eſt prohibitus, ac à feſto S.
B Martini, vſque ad Dominicam Aduentus Domini, per eandem Eccleſiam, celebra-
tur, carnibus veſci, & tam ipſi, quàm eorum domus, Monaſteria, Eccleſiæ, prælati,
ſeruitores, ſeruitrices, benefactores, perſonas, res, & bona quæcumq; omnibus, &
ſingulis exemptionibus, priuilegijs, immunitatibus, prærogatiuis, indulgentijs, in-
dultis, fauoribus, conſeruatorijs, & gratijs, quibus Fratres, & Moniales Minorum, &
Prædicatorum, & S. Claræ, ac aliorum quorumcunq; Ordinum Mendicantium,
etiam de Obſeruantia nuncupatorũ, illorumq; domus, Monaſteria, Eccleſiæ, præ-
lati, ſeruitores, ſeruitrices, benefactores, perſonæ, res, & bona quæcumq; quomo-
dolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt, quomo-
dolibet in futurum, non ſolum ad inſtar, ſed æquè principaliter, abſque vlla penitùs
differentia, liberè vti, potiri, & gaudere, ac Fratres dicti Ordinis de pœnitentia, be-
neficia quæcumque, non tamen capitularia, per clericos ſæculares teneri ſolita, pro-
C ut hactenus conſueuerunt, tenere liberè, & licitè poſſint, ac debeant, & pro conſer-
uatione dicti Ordinis de pœnitentia, ac regulari modo viuendi in Capitulo generali
ipſius Ordinis, tunc primum celebrando: idem generalis Viſitator, præſidens, defi-
nitores, nonnulla pro Fratribus, & Sororibus coniugatis, ac in ſæculo viuentibus,
necnon alia, pro Eremitis, ac alia pro Fratribus in communi viuentibus, necnon
etiam alia pro Monialibus dicti Ordinis de pœnitentia, conſtitutiones, ſtatuta, & cõ-
ſuetudines, diſtincta, & ſeparata, cuilibet eorum, pro quibus fient, ſtatui conuenien-
tia, quæ regulæ dicti Ordinis de pœnitentia, perpetuis futuris temporibus exiſtat, ac
nuncupetur, cum proœmio, & capitulis, ad id congruentibus, & neceſſarijs, & quæ
inuiolabiliter obſeruari debeant, authoritate Apoſtolica condere, ſtatuere, & edere,
liberè, & licitè poſſint, ac conſtitutiones, ſtatuta, conſuetudines, & regulam huiuſ-
modi, in omnibus, & ſingulis domibus, & Monaſterijs, dicti Ordinis de pœnitentia,
D ipſorumq; refectorijs, prout in domibus, Monaſterijs, & refectorijs aliorum Ordi-
num Mendicantium prædictorum, ſolitum eſt legi, ac tranſgreſſores conſtitutionũ,
ſtatutorum, conſuetudinum, & regulæ huiuſmodi, per Viſitatorem generalẽ, & eo-
rum miniſtros, puniri debeant, ita quod, nullus ob tranſgreſſionem illorũ, ad mor-
talem culpam, ſeu peccatum obligetur. Necnon Antonius pro tempore exiſtens
Viſitator generalis Ordinis de pœnitentia huiuſmodi, officium generalis Viſi-
tatoris ipſius Ordinis, facere, & exercere, ac perſonas ſibi ſubiectas, in ſin-
gulis caſibus, in quibus, & prout Miniſtri, & Magiſtri, ac Vicarij generales
aliorum quorumcunque Ordinum Mendicantium, etiam de Obſeruantia,
& congregationis reformatorum, iuxtà eorum regularia inſtituta, & eis conceſſa
priui-

priuilegia Apoſtolica, abſoluere, & diſpenſare, ac facere, & exercere, ac abſoluere, & rehabilitare, & cum eis diſpenſare, necnon quæcunque ſtatuta, ordinationes, & conſtitutiones, licita tamen, & honeſta, ac etiam ſacris Canonibus non contraria, & ad ſtrictiorem obſeruantiam regularem ipſius Ordinis de pœnitentia, tendentia, condere, & alterare, ac immutare, & edere, liberè, & licitè valeat; quas quidem ordinationes, conſuetudines, & ſtatuta condenda, alteranda, mutanda, & edenda huiuſmodi, poſtquam condita, inſtituta, alterata, mutata, & edita fuerint, & regulam huiuſmodi, ex nunc, pro vt ex tunc etiam confirmamus, & approbamus, & inſuper Fratres, Moniales, Sorores, & eremitas Ordinis de pœnitentia, veros religioſos in communi viuentes, Ordinis S. Franciſci de pœnitentia huiuſmodi, fore, & eſſe, necnon ſacrum Ordinem & regulam S. Franciſci de pęnitentia huiuſmodi, & illius Fratres, & eremitas, Moniales, Sorores, vtriuſque ſexus perſonas, etiam in omnibus, & ſingulis ſcripturis, ac actibus publicis, tam per ipſos, quam alios quoſcunq; etiam de obſeruantia, & Minorum nuncupatorum, Ordinum prædictorum, & alias Eccleſiaſticas, & ſæculares perſonas, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & excellentiæ exiſtant, conficiendis, Fratres, & Moniales, Sorores, & eremitas Ordinis S. Franciſci, de pęnitentia, non verò Fratres Terceros, aut alio minus honorabili vocabulo appellari debere, ipſorumque Monaſteria, domus, ac res, & bona quæcunque ingredi atque illa, eorumque Fratres, Moniales, & Sorores, quæcunq; per miniſtros, ſeu magiſtros, ſeu Vicarios generales, vel Prouinciales dicti Ordinis Minorum, ſeu Regnorum, & Prouinciæ, etiam Hiſpaniarum, ac Portugalliæ partium prædicta ordinarios, aut quoſcunque alios prælatos viſitari, aut quoquo modo alterari, inquietari, turbari, vel moleſtari, aut eis, vel eorum generali Viſitatori, in obedientia, viſitatione, correctione, ſuperioritate, & officio, ſeu aliàs quouis modo præiudicari publicè, vel occultè non poſſe, etiam vigore quarumcunque literarum Apoſtolicarum, ſub excommunicationis, ac priuationis dignitatum, prælaturarum, ac officiorum quorumcunque, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, in perpetuum pœnis, quas contrafacientes ipſo facto ex nunc, prout ex tunc, & è contra incurrere, & à quibus ab alio, quàm à Romano Pontifice pro tempore exiſtenti abſolui non poſſint, concedimus, ac ſtatuimus, ordinamus, & declaramus, decernentes ſic, & non aliter per quoſcunque iudices, & commiſſarios, ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales iudicari, ſententiari, definiri, declarari, & interpretari debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis alia iudicandi, ſententiandi, diffiniendi, declarandi, & interpretandi, etiam in quauis inſtantia, facultate, & authoritate, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis etiam Apoſtolica authoritate, quomodolibet contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis Ordinum prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoquè, & indultis, ac literis, etiam conſeruatoriarum, tàm Apoſtolicis, quàm etiam in forma breuis, ſingulis Ordinibus, etiam in reformatione regulæ ipſorum, & per viam generalis legis, & ſtatuti perpetui, prælatis, & ordinarijs, alijſque Eccleſiaſticis perſonis prædictis, etiam per fœlicis recordationis, Martinum Quintum, & Innocentium Quartum, ac præfatos, Sixtum, & Iulium, ac Leonem Decimum, Adrianum Sextum, & quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prædictam, etiam per modum ſtatuti, &

A ti, & perpetuæ ordinationis, etiam ad Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum, ac dictorum minorum, ſeu Cardinalium inſtantiam, ſeu etiam, motu proprio, ex certa ſcientia, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter, & cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, præſeruatiuis, exceptiuis, modificatiuis, reſtrictiuis, declaratiuis mentis, & intentionis, & derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, aut aliàs quomodolibet, conceſſis, & etiam iteratis viribus approbatis, & innouatis, ſeu de nouo conceſſis, & in poſterum concedendis, & innouandis, quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi in eis caueretur expreſsè, quod Fratres, Moniales, & Sorores, & aliæ vtriuſq; ſexus perſonæ ipſius Ordinis de pęnitentia, præfatis Fratribus Ordinis Minorum de obſeruantia, ſeu Conuentualium, ſubiecti exiſtant, & in eorum ſubiectione, & obedientia permaneant, & pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, id importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda foret, & illis nullatenus derogari poſſit, tenores huiuſmodi præſentibus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, necnon modos, & formas, id ſeruandas, pro indiuiduo ſeruatis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat: harum ſerie ſpecialiter: & expreſsè derogamus: cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Et quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca: vbi opus eſſet deferre: volumus: & Apoſtolica etiam authoritate decernimus: quod præſentiũ tranſumptis: & manu publici notarij ſubſcriptis: & ſigillo alicuius perſonæ: in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis: eadem prorſus plena: & indubitata fides vbique: in iudicio: & extrà illud adhibeatur: quæ adhiberetur eiſdem præſentibus: ſi forent exhibitæ: vel oſtenſæ. Nulli ergò omnino hominum liceat: &c. Datum Romæ: apud S. Petrum: anno Incar. Dominicæ: 1526. Idus Martij: Pontificatus noſtri anno quarto.

B

C

Clemens Papa VII.

SVMMARIVM.

OMnia Priuilegia ab alijs Pontificibus Tertio Ordini conceſſa confirmat, illaque de nouo concedit.

D CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Benignitas Sedis Apoſtolicæ conſueta ea: quæ per Romanos Pontifices pro religionis conſeruatione: & augmento: ac perſonarum ſub ipſius Religionis ſuaui iugo Altiſſimo famulantium commodo: ac pace: & quiete prouide conceſſa fuiſſe comperit: libenter approbat: & innouat: eiſq; Apoſtolici muniminis robur adijcit: & aliàs eorum ſtatui prouidet: prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum Peregrini de Vincentia generalis Viſitatoris totius Tertij Ordinis Sancti Franciſci de pœnitentia nuncupati: necnon Coſmorbani Miniſtris domus Beatæ Mariæ de Piratello Imolenſis diœceſis: & Petri de Bergomo: ac Iulij de ſancto Columbano: necnon vniuerſorum aliorum Fratrum dicti Ordinis nobis nuper exhibita petitio continebat. Quòd licet quamplura

& di-

& diuerſa priuilegia, exemptiones, immunitates, gratiæ, & indulta dicto Ordini, ac illius Fratribus à felicis recordationis Eugenio Quarto, Nicolao Quinto, & Paulo Secundo, Sixto etiam Quarto, & Iulio etiam Secundo Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris etiam per modum ſtatuti, & ordinationis conceſſa fuerint, prout in diuerſis dictorum prædeceſſorum deſuper confectis literis, plenius continetur. Tamen, vt illa vberiorem obtineant roboris firmitatem, cupiunt ea per nos authoritate Apoſtolica approbari, & innouari. Quare pro parte Peregrini Viſitatoris, & Columbani Miniſtri, ac Petri, Iulij, & aliorum Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum: Vt priuilegijs exemptionibus, immunitatibus, gratijs, & indultis prædictis pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur noſtræ approbationis adijcere, ac aliàs in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dicti Ordinis proſperum ſtatum, ac felicem ſucceſſum paterno zelantes affectu, Ac Peregrinum Viſitatorem, Columbanum Miniſtrum, Petrum, & Iulium, ac alios Fratres prædictos, & eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis (ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt) ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes. Ac priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, gratiarum, & indultorum prædictorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati omnia, & ſingula priuilegia, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta, quatenus in vſu exiſtant, authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere decernimus. Et nihilominus pro potiori cautela, illa omnia de nouo authoritate, & tenore prædictis concedimus. Non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus concilijs æditis, Generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, innouationis, decreti, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Bononiæ Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono, Quarto iduum Decembr. Pontif. noſtri anno ſeptimo.

Paulus Papa III

SVMMARIVM.

INterdictum, & ceſſationem à diuinis certis diebus, & in feſtis Sanctorum, & Sanctarum Tertij Ordinis (quæ ibi ennumerantur) tolli, & ſuſpendi poſſe in Eccleſijs prædicti Tertij Ordinis concedit.

PAulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Miniſtro Generali, ac Fratribus, & Monialibus, Trium ſtatuum, tertij Ordinis Sancti Franciſci, de pœnitentia nuncupati, Regnorum Hiſpaniarum, & Portugalliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iuſtum eſt, & honeſtũ,

tam

A tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, vt id, per ſolicitudinem offitij noſtri, ad debitum perducatur effectum. Sane, cum ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat: vos iuxta priuilegia, & indulta Apoſtolica, vobis, & veſtro ordini, huiuſmodi conceſſa, quodcunq; interdictum, & ceſſationem a diuinis, in veſtris conuentibus, & Eccleſijs, tam Apoſtolica, quam ordinaria authoritatibus. pro tempore poſitum, in illis diebus in quibus, feſta & celebritates Sanctorum, & Sanctarum, dicti Ordinis occurrunt à primis eorum veſperis vſque ad ſecundas veſperas, & per totam illorum octauam, necnon etiam diebus illis in quibus, eiuſdem Ordinis, Fratres, ac Moniales habitum dicti Ordinis ſuſcipiunt, & profeſſionem, emittunt regulares; ac etiam in primis miſſis per ipſos Fratres pro tempore celebrandis; necnon tempore, tam eorum, quam Monialiũ earundẽ obitus ſimiliter à primis veſperis vſque ad ſecundas veſperas alterius diei

B reſpectiue prout alij Fratres quatuor Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, iuxta illorum priuilegia, & indulta eis, per diuerſos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſa, quibus vos non ad inſtar illorum ſed per communicationem, ac pariformiter, & abſque vlla penitus differentia, vtimini potimini, & gaudetis ſuſpendere, & tollere conſueuerunt; authoritate Apoſtolica. ſuſpendere, & tollere, ac pro ſanctis veſtri Ordinis de pœnitentia huiuſmodi Sanctum Lucium, Sanctum Ludouicum Francorum Regem, Sanctum Rochum, Sanctum Yuonem, & Sanctum Elzearium confeſſores, ac Sanctam Roſam de Viterbio Virginem, & Sanctam Angelam, ac Sanctam Eliſabet Vngariæ Regis filiam continentes habeatis, & habere conſueueritis pro parte veſtra, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt priuilegia, & indulta huiuſmodi confirmare, & approbare aliaſq; vobis in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignare-

C mur. Nos igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, priuilegia, & indulta vobis, vt præfertur conceſſa prædicta, quatenus ſint in vſu ad effectum, vt interdictum, & ceſſationem à diuinis, in omnibus, & ſingulis diebus præmiſſis tollere, & ſuſpendere valeatis, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, & approbamus; quodq; circa non obſeruationem interdicti, huiuſmodi in diebus prædictis, omnibus & ſingulis facultatibus, priuilegijs, & indultis quibus alij Religioſi, tam Mendicantium, quam non Mendicantium prædictorum, ac etiam Ciſterrienſium Ordinum, in genere vel in ſpecie præmiſſorum occaſione eis quomodolibet conceſſis vtuntur, potiuntur, & gaudent, vti, potiri, & gaudere libere, & licite valeatis; quatenus vos in illorũ eſtis pacifica poſſeſſione, vel quaſi vobis concedimus, & pariter indulgemus. Non obſtantibus Apoſtolicis etiam conciliaribus, ac Prouincialibus, & ſinodalibus conſtitutionibus, & ordinationi-

D bus cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, noſtræ confirmationis, approbationis, conceſſionis, & indulti infringere, vel ei auſu temerario, contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, Pridie Kalendas Martij. Pontificatus noſtri Anno quarto decimo.

Paulus Papa III.

A

SVMMARIVM.

PRo pace in Ordine Tertio de Pœnitentia ſeruanda conceditur alternatiua Generalatus, & Commiſſariatus. Et equalitas difinitorum Generalium, Prouincialium, ac eorum Diſcretorum. Et ſtatuitur, quod idem non poſſit eligi in Generalem niſi poſt ſexennium à finito officio computandum.

PAulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Paſtoralis officij cura, meritis licet imparibus, nobis ex alto commiſſa nos excitat, & inducit, vt circa ſtatum fidelium quorumlibet præſertim religioſam vitam ducentium ſalubriter dirigendum operoſis ſtudijs diligenter intendamus, ac illis quæ pro bono pacis, & concordiæ prouida ſunt ordinatione compoſita, vt ſublatis quibuſlibet litigiorum fomentis firma perpetuo, & illibata perſiſtant, libenter cum à nobis petitur Apoſtolici muniminis firmitatem adijciamus. Sanè pro parte dilectorum filiorum Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci de pœnitentia nuncupatorum in habitu heremitico regularis obſeruantiæ degentium Congregationis Lombardiæ nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd ipſi aliàs pro diſſidio, quod apud eos in eligendis primatibus dicti Ordinis diutius viguerat, tollendo, ac ſalubriori totius Ordinis huiuſmodi ſtatus directione in eorum generali Capitulo in Eccleſia domus Beatæ Mariæ de Curla dicti Ordinis Bononienſis diœceſis habito, ſimul congregati ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ, ac dilecti filij noſtri Rodulphi Tituli Sanctæ Mariæ Transtyberim Presbyteri Cardinalis de Carpo nuncupati ipſius Ordinis Protectoris, & Correctoris beneplacito, inter alia ſtatuerũt, & ordinauerunt: quòd in perpetuum altero triennio in Viſitatorem generalem totius Ordinis vnus ex dominio Venetorum, altero vero triennio alter ex reliquis Italiæ partibus eligeretur, & eo triennio, quo Viſitator generalis de dominio Venetorum huiuſmodi eligeretur commiſſarius generalis ex reliquis Italiæ partibus eligi deberent: & e cõtra. Ac ſi aliquis generalis Viſitator tempore ſui officij moreretur tunc ipſe Commiſſarius generalis eius vices vſque ad capituli in feſto Dominicæ Reſurrectionis immediate proximæ futuræ celebrationem gereret: in quo quidem capitulo dictus Viſitator generalis ex illa parte ex qua Viſitator mortuus oriundus fuerat, eligeretur in locum defuncti. Sic electus pro reſiduo ipſius triennij per eundem Viſitatorem mortuum incepti duntaxat duraret: necnon illud idẽ quod ſtatutum fuerat de Viſitatore generali moriente in officio obſeruaretur, & intelligeretur etiam de Commiſſario generali ſimiliter in officio moriente, vt videlicet tunc exiſtens Viſitator eius vices gereret donec etiam in capitulo in feſto dictæ Dominicæ Reſurrectionis proximę immediate futuræ celebrando alius commiſſarius ex eadem parte, cuius erat defunctus pro reſiduo dicti triennij ſimiliter duraturus eligeretur. Præterea quòd pro tempore exiſtens Commiſſarius generalis per totum triennium eſſet comes aſſiſtens ipſi Viſitatori generali, de cuius conſilio ipſe Viſitator capitulum congregaret, & expediret, congregationẽ viſitaret, quemlibet præponendum, & deponendum præponeret, & deponeret, in delinquentes animaduerteret, ac omnia alia congregationis officia diffiniret, & exequeretur,

B

C

D

alias

A aliàs quæcunque per Viſitatorem citra præfati commiſſarij conſilium, geſta forent (niſi forſan dictus commiſſarius ad hæc vocatus nollet, vel non poſſet intereſſe) irrita, & nulla eſſent. Deinde quòd qui functus fuiſſet officio Viſitatoris generalis non poſſet amplius ad illud idem officium eligi, niſi poſt ſex annos à finito triennio computandos. Ac demum quòd duo Vicarij, & diſcreti Prouinciales, ac Diffinitores ex ambabus partibus æquales numero pro qualibet parte eligerentur de anno in annum duraturi: & ſi quis eorum durante eius officio decederet, tunc exiſtens Viſitator vnum ex Fratribus illius partis, de qua erat decedens reſpectiue in locum dicti defuncti eligeret vſque ad primum capitulum tunc proxime futurum duraturũ: & quod quælibet pars ſuos diffinitores eligere poſſet. Poſtremo quòd ſi altera pars aliter faceret, vel contrauenirer quod actum eſſet, foret irritum, & inane, ac ſemel pro illa vice tantum pars contrauenìens voce actiua, & paſſiua circa electionem illius, ſeu illorum officialium circa quem, ſeu quos contraueniſſet, foret priuata: necnon electio huiuſmodi tunc deuolueretur ad alteram B partem tantum; prout in publico inſtrumento deſuper confecto dicitur plenius contineri. Quare pro parte dictorum Fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſtatutis, & ordinationibus huiuſmodi pro illorũ ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, aliaſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, pia opera per quæ religioſi feliciter gubernari, & Altiſſimo famulatum quietius reddere valeant, libenter procuramus eoſdem Fratres, ac eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis (ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt) ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes; necnon dicti inſtrumenti veriorem tenorẽ præſentibus pro C expreſſo habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati ſtatuta, & ordinationes prædicta, ac prout illa concernunt omnia, & ſingula in dicto inſtrumento contenta, & inde ſecuta quæcunque licita tamen, & honeſta, ac ſacris canonibus non contraria Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus & confirmamus, ac illis perpetuæ firmitatis robur adijcimus, omneſque, & ſingulos iuris, & facti defectus (ſi qui forſan interuenerint) in eiſdem ſupplemus: necnon eoſdem Fratres ab illis reſilire non poſſe, ſed ad illorum, & in eis contentorum obſeruationem teneri, & efficaciter obligatos eſſe: ac ad id per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas compelli poſſe, illaq; valida, & efficacia fore, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, ſicq; per quoſcunq; iudices quauis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & diffiniendi facultate, & auctoritate iudicari; ac Fratres ipſos prout quiſque ipſorum fuerit oriundus, non autem per vo- D luntatis examinationem pro ſuo arbitrio cenſeri debere. ipſaq; ſtatuta, & ordinationes quoad hoc commutamus, & commutata eſſe, irritum quoque, & inane (ſi ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari) decernimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon priuilegijs, ac indultis Apoſtolicis dicto Ordini, illiuſq; ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis conceſſis approbatis, & innouatis: Quibus omnibus illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent præſentibus pro

 ſuffi-

ſufficienter expreſſis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, ſupplementi, commutationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono, pridie idus Aprilis Pontificatus noſtri anno quintodecimo. A

Rodulphus Cardinalis de Carpo Protector.

SVMMARIVM.

COnfirmat, modificatq; conſtitutionem pacta, & conditiones de alternatiua, & æqualitate officialium continentem. In Capitulo generali Curlæ confectam. B

RODULPHUS Pius Tituli Sanctæ Mariæ Tranſtyberim. S.R.E. Presbyter Cardinalis de Carpo totius Ordinis Sancti Franciſci Protector, & Corrector, Vniuerſis in Chriſto nobis dilectis Fratribus Congregationis Longobardæ Tertij Ordinis Sancti Franciſci de penitentia nuncupatis regularis Obſeruantiæ ſalutem in Domino ſempiternam. Cum olim in ijs, quæ ad Generalis Miniſtri veſtri, nonnullorumq; aliorum officialium veſtrorum electionem faciendam ſpectant, certa inter vos concordia in eo generali conuentu veſtro, qui anno à Seruatoris noſtri natali milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto, habitus eſt, inita fuerit, & publico etiam inſtrumento firmata, ne vlla in poſterum contentionis inter vos occaſio valeat ſuboriri, omnia in prædictæ concordiæ inſtrumento contenta capita approbamus, & rata firmaq; omnino eſſe volumus, duobus tantum, quæ correctione egere iudicamus, exceptis, vnum quorum erat, vt quiſque vtrius voluerit partis eſſe, eius ſe pronuntiare etiam ſi aliunde ſit oriundus, poſſit, Alterum vt electi ab vna partium diffinitores egeant alterius partis confirmatione. Nos autem melius tranquillitati veſtræ conſultum iri exiſtimantes, volumus prædictum inſtrumentum in his duobus reformari, & ſingulos Fratres eius ſe partis teneri, nominare, in qua ſunt oriundi: & ab vna partium electos diffinitores alterius, partis confirmatione non indigere. Mandamus itaque, vt & cætera omnia in inſtrumento prædicto contenta, & duo hæc modo, quem diximus reformata, & correcta inuiolabiliter perpetuis futuris temporibus obſeruentur. In quorum fidem has manu noſtra ſubſcriptas exinde fieri, & per ſecretarium noſtrum infraſcriptum ſubſcribi, ſigilliq; noſtri iuſſimus, & fecimus impreſſione muniri. Datum Romæ in ædibus noſtris Anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono quinto Cal. Maij Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Pauli diuina prouidentia Papæ Tertij Anno decimoquinto. C D

Paulus Papa IV

SVMMARIVM.

COnfirmat priuilegia Ordinis. Bulla incipit. Ex Clementi Sedis &c. Dat. Romæ apud S. Marcum, die prima Iulij 1555. Pontif. ſui anno primo. Ponitur ab Emanuele Roderic. fol. 368.

Pius

A

Pius Papa IV.

SVMMARIVM.

Confirmat priuilegia Ordinis. Bulla incipit. Ex Clementi Sedis &c. Dat. Romæ apud S. Petrum die 27. Aprilis 1561. Pontificatus ſui anno Secundo. Ponitur ab Eman. Roderic. fol. 378.

Pius Papa V.

B

SVMMARIVM.

INcumbit Papa reformationi Tertij Ordinis, illumq; regimini Fratrum de Obſeruantia ſubijcit, & communem eis Protectorem conſtituit, declaratq; Prouincialatus annales eſſe, poſſe tamen vſque ad triennium per confirmationē prorogari, ad quam dignitatem niſi tranſacto ſexennio nullum reuocari poſſe. Clauſuræ ſubmittit Moniales Tertiarias, præcipit, quod obſeruetur Regula à Cardinali de Carpo die 28. Aprilis 1549. approbata. Extenditq; ad Tertium Ordinem Priuilegia omnia Fratribus, & Sororibus Ordinis Minorum de Obſeruantia conceſſa, & concedenda, ita vt illis Tertiarij pariformiter, & æque principaliter gaudere poſſint. Caroloq; Borrbomeo S. R. E. Cardinali Protectori huiuſce Bullæ executio committitur.

C PIus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ea eſt officij noſtri ratio, vt cum de cæteris Eccleſiæ nobis commiſſæ ordinibus, vel in in ſua integritate continendis, vel ad inſtitutum reuocandis, curam perpetuam capiamus, maiore tamen in ſolicitudine eadem illa in religioſorum ſodalitatibus requirimus, quos ideo Altiſſimus in ſuum ſibi ſanctuarium ſegregauit, vt cæteros fideles viam doceant, qua & ipſi æternæ Salutis beatitudinem conſequantur. Itaque inter cæteras Religiones, Fratrum quoque Tertij Ordinis Sancti Franciſci de pœnitentia nuncupati in congregatione viuentium, ac tribus votis ſubſtantialibus adſtrictorum ſtatus nos commouet, vt ad illum reformandum ſtudia noſtra conferamus, quando vel ex tam multis, quæ bonæ memoriæ Rodulphus Epiſcopus Hoſtienſis, Cardinalis Carpenſis nuncupatus dicti Ordinis Protector, Sedis Apoſtolicæ authoritate fretus, in reparanda horum diſciplina, præclarè, & ſalubriter edi-D dit Religionem hanc parum admodum profeciſſe agnouimus. Proinde nos hac præcipua morbi cauſa ex propria præſidentium, & aliorum miniſtrorū negligentia, vel inſcitia comperta in communem dicti Ordinis ſalutem alia ratione intenti, de nobis attributa poteſtatis plenitudine, officia Magiſtratus, & Viſitatoris Generalis dicti Ordinis perpetuò extinguimus, & abolemus, ac Miniſtrum Viſitatorē, & Vicarium Generalem eiuſdem Ordinis officio, vſu, & exercitio omnimodè interdicimus, edictoque prohibemus, ne vllus poſthac Miniſter Vicarius, ac Viſitator Generalis de dicto Ordine habeatur.

Cæterum, vt deinceps ordo ipſe vtiliorum Rectorum conſilio, & opera dirigatur, nos diuerſorum etiam prædeceſſorum noſtrorum ordinationes ſequentes, vniuerſos,

uerſos, & ſingulos Fratres, Sorores, profeſſos, & conuerſos, necnon domos, Monaſteria, & loca virorum, & mulierum, ac cuſtodias, & prouincias per vniuerſum orbem conſtitutas, gregemque ipſum Tertij Ordinis vtriuſque ſexus Generali, & Prouincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum, prout in eorum prouincijs conſiſtunt, ita perpetuò ſupponimus, vt Miniſter Generalis in vniuerſo Ordine, Prouinciales verò Ordinis Minorum de Obſeruantia in ſuis quiſq; prouincijs, plenum ius, liberamque authoritatem, ac in ſpiritualibus, & temporalibus iuriſdictionem omnimodam habeant, domos omnes, ac Monaſteria, & loca quæcumque, necnon perſonas ſexus vtriuſque, tàm in capite, quàm in membris, viſitandi, & corrigendi, vagantes, & quoſcumque alios puniendi, carcerandi, mutandi, transferendi ab ordinibus, officijs, & adminiſtrationibus deponendi, excommunicandi, ſuſpendendi, & reſtituendi, ac etiam ſuper ijs, & cæteris omnibus Ordinem ipſum, illiuſq; domos, & perſonas vtriuſq; ſexus quomodolibet cõcernentibus, eorum tamen Regulæ prædictæ, & ſacris Canonibus, ac præſentibus literis non contrarijs ſtatuendi, mutandi, innouandi, & exequendi, quemadmodum illis eſt in ſuo proprio Ordine attributum. A B

Præcipimus igitur in virtute ſanctæ Obedientiæ, vniuerſis, & ſingulis Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis prædicti vbilibet conſtitutis, vt Generalem, & Prouinciales Miniſtros Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia, tanquam patres, & ſuperiores ſuos, eorumque monita, & mandata humiliter, & deuote recipiant, & reipſa adimplere procurent, alioquìn contradictores quoſlibet, & rebelles ſententiæ, cenſuræ, & pœnæ, quas quiſuis ipſorum ritè tulerint, in eoſdem ipſo facto volumus ſubiacere. Pari quoque ratione eis Cardinalem protectorem Fratrum de Obſeruantia in protectorem tribuimus, qui etiam in eoſdem omnes, curam, & authoritatem obtineat, quam alius quiſque pleniſſime hucuſque comperitur habuiſſe. Statuentes præterea, quod futuris omnibus capitulis Prouincialibus Fratrum Tertij Ordinis huiuſmodi pro Viſitatorum, Prouincialium, & aliorum officiorum electione, Fratrum diuiſione, & ſalubri cuiuſque Prouinciæ directione, annis ſingulis celebrandis, aut Generalis, aut eius commiſſarius, aut in cuius prouincia capitulum eorum habebitur, Prouincialis miniſter Ordinis Minorum de Obſeruantia huiuſmodi ſemper præſideat, alıter verò celebrata, ac omnia in eis decreta, pro ratis habeantur. C

In ipſis autẽ capitulis Prouincialibus Viſitatorum Prouincialium electione idoneis Fratribus Tertij Ordinis huiuſmodi per ſecreta ſuffragia, & aliàs eo modo, quo de Fratrum Minorum de Obſeruantia Prouincialibus celebretur, per Miniſtrum Generalem prædictum ante omnia confirmetur. Hæc verò officia annalia duntaxat eſſe, & in ſingulis capitulis Prouincialibus prædictis reſignari debeant, ita vt elapſo anno illa vacare cenſeantur, poterunt tamen ipſimet Viſitatores Prouinciales rurſus in ſequentem annum, & eo finito etiam in tertium, ſi idonei reperientur, eodem modo eligi, & confirmari, ſed omnes ſuis huiuſmodi officijs quandocumque perfuncti, denuo ad illa, niſi tranſacto ſexennio nequeant reuocari. D

Cæterum omnes, & ſinguli Fratres, & Sorores Tertij Ordinis huiuſmodi, in ſua quiſq; Prouincia, Viſitatori ſuo tanquam ſuperiori, in omnibus, quæ ſuis Regularibus inſtitutis non aduerſantur, obediant. Omnes verò Viſitatores Prouinciales huiuſmodi, ſi electi tanquam vices gerentes Miniſtrorum Prouincialium Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia, & illis ſubditi, prædicandi, & docendi munus in ſingulis vtriuſque ſexus domibus, conuentibus, & locis, ſuæ cuiuſque

Prouinciæ obire,eamque in ſibi ſubditos, Fratres, & Sorores iuriſdictionem quam,
A ipſimet Miniſtri Prouinciales Ordinis Minorum de Obſeruantia obtinent, in omnibus, & per omnia exercere, ac quandoque opus erit confeſſiones omnium, & ſingulorum Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis huiuſmodi, per ſe, vel alios ſuæ Regulæ Sacerdotes idoneos audire, illoſque ab omnibus, & ſingulis ſententijs excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, necnon peccatis,criminibus, & delictis, dummodo talia non ſint, propter quæ Sedes Apoſtolica, meritò conſulenda foret, in foro Conſcientiæ duntaxat abſoluere, & pro cõmiſſis pęnitentiam ſalutarem iniungere, ac cum clericis,& preſbyteris eius Ordinis ſuper irregularitate, ſi quam ſententijs huiuſmodi illaqueati miſſas, & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrauerint, vel aliàs ſe illis immiſcendo contraxerint, diſpenſare liberè, & licitè valeant.

B Ad hæc nullos omninò Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis huiuſmodi, qui prædicta tria vota ſubſtantialia fecerint, etiam prætextu quorumcumque priuilegiorum, diſpenſationum, & indultorũ, permiſſionum Apoſtolicarum, aut etiam inueteratæ conſuetudinis voto repugnantis, ſeu quacumque alia cauſa proprium quidquam, aut priuatum liceat obtinere, ſed omnia etiam priuatim, ac intuitu cuiuſcumque perſonæ donata, oblata, & conceſſa, vbique communia, & indiuiſa omnibus Religioſis eſſe debeant. Quicunque verò pecuniam, aut aliam rem qualicumque cauſa conceſſam prælato ſuo celauerit, furti reus cenſeatur, & tanquam fur puniatur, eam tamen diligentiam ſuperior cuiuſque domus adhibeat, vt de communi ipſius domus, ſingulis iuxta exigentiam conſulatur.

Præterea Sorores dicti Tertij Ordinis in cõmuni, in domibus, Monaſterijs,vel Hoſpitalibus, aut alia congregatione viuentes, & dicta tria vota ſubſtantialia Religionis emittentes, ſub perpetua clauſura maneant, nulluſq; Frater, aut confeſſor
C earum, vel quicumque prælatus ad domos, Monaſteria, vel alia loca Sororum huiuſmodi, in communi, & collegialiter viuentium niſi quibus ex officio incumbit, & in caſibus neceſſarijs à iure permiſſis, & tunc cum vno, vel duobus ſocijs prouectis, & honeſtis, ingredi audeat, qui ſecus fecerit, carceribus mancipetur, omnibuſque adminiſtrationibus, & officijs deponatur.

Ipſarum verò Sororum, & omnes alij confeſſores, & ſacri Concionatores, per Generalem, vel Prouincialem Miniſtrum approbantur; In cæteris autem omnibus, quæ ad Religioſam vitam pertinent, illa prædict Fratres, & Sorores Tertij Ordinis obſeruare teneantur, quæ à prædicto Rodulpho, Epiſcopo, & Protectore, 28. Aprilis, anno Domini, 1549. fuerunt ordinata, ſubſtantiam totius huiuſmodi regulæ maximè cõtinentia, quàm fęlicis recordationis Nicolaus Papa Quar-
D tus prædeceſſor noſter, ad incrementum fidei Catholicæ approbauit, ita tamen,vt præſentibus nullatenus aduerſentur.

Quæcumque verò dubia in eis contigerit exoriri, illa omnia Generalis,& Prouincialis Miniſtri Ordinis Minorum huiuſmodi, debeant declarare, quorum declarationi, & determinationi eorum regulæ, & præſentibus non contrariæ, ſtari debeat. Ac decernentes præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio,ſeu intentionis noſtræ defectu, nullo vnquam tempore notari, ſeu impugnari poſſe,aut debere, nec aduerſus eas, & in eis contenta quæcumque, reſtitutionem ad terminos iuris, vel aliud quodcumque gratiæ, ſeu iuſtitiæ remedium, quiſquam impetrare, vel etiam ab alijs impetrato, aut motu proprio conceſſo, vti valeat ex quauis cauſa, quantumlibet rationabili, ac omnia, & ſingula præmiſſa aliquibus eiuſ-

modi

modi Ordinis ſtatutorum, aut quibusuis alijs reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & alijs contrarijs diſpoſitionibus, vel ſpecialibus, per quoſcumq; Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros pro tempore factis, non comprehendantur, ſed ſemper ab illis excepta ſint, ſicque per quoſcumque iudices, quauis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, etiam de latere legatos, in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & diffiniri debeat. Necnon irritum, & inane quidquid ſecus ſuper ijs, per quoſcumque quauis authoritate, etiam prætextu priuilegiorum, facultatum, diſpenſationum, & indultorum Apoſtolicorum, quæ quoad hoc penitùs abolemus, aut quouis alio quæſito colore, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Inſuper vniuerſis, & ſingulis Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis huiuſmodi, eorumque domibus, Monaſterijs, & locis omnia, & ſingula priuilegia, indulgentias, diſpenſationes, & indulta Apoſtolica, Fratribus, & Sororibus dicti Ordinis Minorum de Obſeruantia, etiam quoad Sacramentorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem, & receptionem quomodolibet conceſſa, & concedenda, quæcumque ſint, & fuerint, præſentibus tamen non repugnantia, ita, vt illis omnibus, & ſingulis pariformiter, & æquè principaliter vti, potiri, & gaudere, liberè, & licitè valeant, concedimus, & indulgemus. Cæterum omnibus, & ſingulis Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis huiuſmodi, diſtrictius iniungimus, vt præſentes noſtras literas humiliter recipiant, & quæcumque in eis expreſſa, ac per eas ſtatuta, decreta, & mandata ſunt, alia deſuper à nobis non expectata iuſſione, aut mentis noſtræ declaratione, firmiter cuſtodiant, & in omnibus ſtudiosè obedire procurent. A B

Quin etiam dilectis filijs noſtris, Carolo tituli ſanctæ Praxedis presbytero Cardinali Borrhomeo nuncupato, dicti Ordinis protectore, & illius Miniſtro Generali, per Apoſtolica ſcripta mandamus, vt ipſi, vel eorum alter eaſdem præſentes, ac quidquid pro earum executione, & obſeruatione in dictis futuris Capitulis Prouincialibus Miniſtris Ordinis, Fratrum Minorum de Obſeruantia huiuſmodi ſtatuetur, ordinabitur, & decernetur, in omnibus domibus, Monaſterijs, & locis virorum, & mulierum, ac ab omnibus, & ſingulis Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis huiuſmodi inuiolatè faciant per ſe, vel alium, ſeu alios obſeruari, contradictores quoſlibet, & rebelles, ac etiam proteſtantes, & reclamantes, eiſque auxilium, conſilium, vel fauorem, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quouis quæſito colore, vel ingenio præſtantes, tàm Eccleſiaſticos, quàm laicos cuiuſcumque dignitatis gradus, conditionis, & ordinis fuerint, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, cæteraq; iuris, & facti remedia oportuna, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus noſtra de non tollendo iure quæſito, & piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui etiam prædeceſſoris noſtri, de vna, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, alijſq; conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Tertij Ordinis, illiuſque domorum, & etiam mulierum, Monaſteriorum prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque ſuperioribus, & perſonis, ac eorum ſingulis per quoſcumque Romanos Pontifices C D

præde-

A prædeceſſores noſtros, & nos, & ſedem Apoſtolicam, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, ac aliàs, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in genere, & in ſpecie conceſſis, confirmatis, ac etiam alijs reformationibus, quotieſcumque, & quocumq; tempore factis, & promulgatis, etiam Maremagnum, & Bulla aurea nuncupatis, ac quibuſlibet alijs indulgentijs, & exemptionibus Apoſtolicis, ſpecialibus, & generalibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri, valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio, quæ omnia contra eorundem præſentium tenorem, nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari.

Per prædicta tamen non intendimus reformationi Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis huiuſmodi in Hiſpaniarum Regnis conſtitutis, in aliquo præiudicare, B quominus literæ noſtræ deſuper editæ, & quæcumque illarum vigore pro rerum, locorum, & perſonarum qualitate, & exigentia facta ſunt, præſentibus non conformia, poſſint quoquomodo impediri, vel retractari. Denique volumus, quod ipſarum præſentium exempla, etiam impreſſa, dictiq; pro tempore exiſtentis Protectoris, aut Miniſtri generalis, vel Prouincialis ſigillo, & ſecretarij cuiuſuis eorũ vel notarij publici manu obſignata, eandem illam fidem vbique locorum in iudicio, & extra illud faciant, quam ipſæ præſentes, ſi forent exibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno incarn, 1568. 5. Nonas Iulij, Pontificatus noſtri anno tertio.

C

Pius Papa V.

SVMMARIVM.

SVmmus Pontifex declarat ſuam voluntatem vnquam fuiſſe Ordinem de Pœnitentia extinguere, nec illius habitum immutare, ſed duntaxat illum reformare.

VEnerabili Fratri, Ioanni Baptiſtæ Archiepiſcopo Boſañ. noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuntio. Pius Papa Quintus. Venerabilis Frater, Salutem, & Apoſtolica benedictionem. Generalem, & alios Miniſtros Ordinis Fratrum Minorũm regularis Obſeruantiæ in Hiſpaniarum Regnis conſiſtentes, fraternitas tua D certiores his acceptis literis facere curet, nobis non eſſe in animo extinguere Tertium Ordinem Sancti Franciſci de pœnitentia vocatum, nec eorum habitum, vel regulam immutare, ſed tantum eos ad obſeruantiam ipſius regulæ reformare, & ſi quorum exceſſus puniendi fuerint, ea debita animaduerſione corrigere, perinde monebis ipſum Generalem, & alios ſuperiores nomine meo, ne eos moleſtia vlla, vltra ea, quæ ad reformationem pertinent, afficiant. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, Die 15. Iulij, 1568. Pontificatus noſtri anno Tertio.

Gregorius Papa XIII.

A

SVMMARIVM.

COnfirmat priuilegia Ordinis. Bulla incipit. Ex benigna &c. Datum Romæ apud S. Petrum die 21. Martij 1575. Pontificatus ſui anno tertio, ponitur ab Emanuele Roderic. fol. 429.

Gregorius Papa XIII.

SVMMARIVM.

B

EXimit à decimis Sorores Tertij Ordinis. Bulla incipit. Paſtoralis officij &c. Dat. Romæ apud S. Petrum die 22. Martij anno 1581. Pontif. ſui anno nono, ponitur ab Emanuele Roderic. fol. 454.

Sixtus Papa V.

SVMMARIVM.

REſtituit Tertium Ordinem in priſtinum, vt poſſit ſicuti prius Generalem per triennium creare, imo & illum in aliud triennium confirmare; non tamen Commiſſarium generalem. Qui Generalis intra duos menſes confirmationem à Generali de Obſeruantia petere teneatur; literis Pij V. quo ad Protectoris deputationem in ſuo robore permanentibus. C

SIxtus Papa Quintus. Ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis prouidentia circumſpecta nonnunquam ea, quæ per prædeceſſores ſuos rationabilibus, & honeſtis ſuadentibus cauſis pro quibuſcumq; Eccleſiæ ordinibus, vel in ſua integritate continendis, vel ad inſtitutum reuocandis ſtatuta, & ordinata fuerunt, ex alijs non minus iuſtis cauſis moderatur, & reuocat, prout id conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Alias ſiquidem fœl. recordationis Pius Papa Quintus prædeceſſor noſter officia miniſtratus, & Viſitatoris generalis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati perpetuo extinxit, & aboleuit, ac Miniſtrum, Viſitatorem, & Vicarium generalem eiuſdem Ordinis officio, vſu, & exercitio quoquomodo interdixit, & dictoq; prohibuit, ne vllus Miniſter, Vicarius, & Viſitator generalis de dicto Ordine haberetur. Inſuper Vniuerſos, & ſingulos Fratres, Sorores, profeſſos, & conuerſos, necnon Domos, Monaſteria, & loca virorum & mulierum, ac cuſtodias & Prouincias per vniuerſum orbem conſtitutas, gregemq; ipſum vniuerſum Tertij Ordinis vtriuſque ſexus Generali; & Prouincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum, prout in eorum Prouincijs conſiſtebant, ita perpetuo ſuppoſuit, vt Miniſter Generalis in vniuerſo Ordine, Prouincialis vero Ordinis Minorum de Obſeruantia in D

ſuis

A ſuis quisq; Prouincijs plenum ius, liberamq; auctoritatem in ſpiritualibus, & têporalibus iuriſdictionem omnimodam haberet, Domos omnes, ac Monaſteria, & loca quæcumq;, necnon perſonas vtriusq; ſexus tàm in capite, quàm in membris viſitandi, & corrigendi, vagantes, & quoſcumq; alios puniendi, carcerandi, mutandi, transferendi, ordinibus, officijs, & adminiſtrationibus deponendi, excommunicandi, ſuſpendendi, interdicendi, & reſtituendi, ac etiam ſuper ijs, & cæteris omnibus ordinem ipſum, illiusq; Domos, & perſonas vtriuſque ſexus quomodolibet concernentibus, eorum tamen regulæ, & ſacris canonibus, & literis tunc deſuper confectis non contrarijs ſtatuendi, mutandi, innouandi, & exequendi quemadmodum illis erat in ſuo proprio ordine attributum, ac alia ſtatuit, & ordinauit, prout in ipſius prædeceſſoris literis ſub Data videlicet Quinto Nonas Iulij Pontificatus ſui anno tertio deſuper confectis, quarum tenorem præſentibus haberi volumus pro expreſſo plenius continetur. Nos itaq;, quibus nuper innotuit, quod Fratres Tertij Ordinis huiuſmodi ſub obedientia Miniſtri Generalis, & Prouincialium Fratrum de Obſeruantia prædictorum manentes nihil in Vinea Domini profecerunt, immo in eodem Tertio Ordine varij abuſus tàm circa Regulæ obſeruationem, quam etiam Fratrum dictæ Regulæ tranſgreſſorum, & aliàs delinquentium caſtigationem irrepſerunt. Ac conſiderantes, quod ſi Fratres ipſi Tertij Ordinis eorum Viſitatorem Generalem iuxta ſua regularia inſtituta, prout ante literas dicti prædeceſſoris faciebant, eligere poſſent, & ſic electo tanquam eorum ſuperiori obedirent, præmiſſis, & alijs malis, quæ occurrere poſſent, plurimum conſultum foret; Propterea ex his, & alijs cauſis animum noſtrum mouentibus. De nobis attributæ poteſtatis plenitudine ipſos Fratres Tertij Ordinis aduerſus literas dicti prædeceſſoris, illis quoad Protectoris deputationem in ſuo robore permanentibus, in priſtinum, & eum, in quo antequam ipſæ literæ emanaſſent, erant ſtatum reſtituentes, & plenarie reintegrantes, eiſdem Fratribus Tertij Ordinis per vniuerſam Italiam exiſtentibus, quod perpetuis futuris temporibus iuxtà eorum regularia inſtituta ſingulo Triennio Capitulum generale dicti Tertij Ordinis conuocare, & celebrare, ac in eo Viſitatorem generalem, & alios Miniſtros, & Officiales non tamen Commiſſarium Generalem eiſdem modo, & forma, quibus antequam literæ prædictæ emanaſſent, conſueuerant, eligere, eundemq; Viſitatorem Generalem peracto Triennio huiuſmodi in alio Capitulo Generali poſtea faciendo confirmare liberè, & licitè valeant perpetuò Apoſtolica auctoritate concedimus, & indulgemus. Decernentes Viſitatorem ſic electum omnimodam poteſtatem, auctoritatem, iuriſdictionem, & ſuperioritatem in omnes, & ſingulos dicti Tertij Ordinis Fratres, & Miniſtros, ac Officiales per vniuerſam Italiam exiſtentes, eorumq; Domos, & loca, ac res, & bona habere, necnon Fratres, & Miniſtros, ac Officiales Tertij Ordinis huiuſmodi ei ſic electo tanquàm vero ſuperiori morem gerere, eiusq; mandatis ſalubribus omni tempore obedire teneri, ipſosq; per Miniſtrum generalem, ac alios Fratres de Obſeruantia, quominus ad electionem prædictam, prout ante dictas literas faciebant procedere valeant, nequaquàm impediri, aut moleſtari poſſe, & ita per quoſcumq; Iudices ordinarios, & delegatos quauis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus literis prædictis, quibus, ac omnibus alijs, quæ præmiſſis obeſſe poſſent, ſpecialiter, &

(Margin letters B, C, D beside the text.)

expreſsè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, quod A dictus Viſitator eligendus infra duos menſes à die ſuæ electionis computandos cōfirmationem electionis huiuſmodi à Miniſtro Generali de Obſeruãtia petere omnino teneatur, qua petita, & non obtenta, vel denegata, idem Viſitator Tertij Ordinis Apoſtolica auctoritate confirmatus cenſeatur, Quodq; dictus Miniſter de Obſeruantia per ſe ipſum duntaxat, vna cum duobus alijs ſui ordinis profeſſoribus poſſit ſingulo quadriennio poſt viſitationem à Viſitatore Tertij Ordinis huiuſmodi factam, & non ante, Tertium Ordinem, ac Fratres, Domos, loca, res, & bona prædicta, viſitare, eaq; tam in capite, quam in membris prout opportunū fuerit, iuxta regularia inſtituta dicti Tertij Ordinis corrigere, & moderare, ac quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, dictiq; Protectoris, aut Viſitatoris Tertij Ordinis huiuſmodi ſigillo munitis, aut manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, B ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 29. Martij. 1586. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Sixtus Papa V.

SVMMARIVM.

COnfirmat priuilegia Tertij Ordinis. Bulla incipit. Et ſi Mendicantium &c. Dat. Romæ, apud S. Marcum die 3. Octobris 1587. Pontif. ſui anno tertio, ponitur ab Emanuele Roderic. fol. 500.

C

Clemens Papa VIII.

SVMMARIVM.

DAt modum eligendi Viſitatorem generalem, Diſinitores item generales, necnon Prouinciales, Diſinitores, Cuſtodes, & Diſcretos ſimiliter Prouinciales, & Priores Tertij Ordinis de Pœnitentia.

CLemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem, in his auctoritatis ſuæ partes libenter interponere, per quæ Religioſorum ſtatui, eorumq; proſpero regimini, opportunè conſulitur. Sanè pro parte D dilectorum filiorum Viſitatoris Generalis, & aliorum Superiorum, ac Fratrū Tertij Ordinis Sancti Franciſci de pœnitentia, nobis fuit expoſitum, quòd cum aliàs prædictus Ordo, non ita propagatus eſſet, ſtatutum fuit, dilectos filios Priores, & diſcretos Conuentuum, ac Domorum dicti Ordinis Capitulis Generalibus, quæ quolibet triennio, pro electione noui Viſitatoris Generalis, & quatuor Diffinitorum Generalium fieri ſolent, intereſſe, & vota cum cæteris in eo habere debere. Cum autē dictus Ordo in varias Prouincias benedicēte Domino, diffuſus, & auctus ad præſens exiſtat, valdeq; moleſtum ſit, & diſpendioſum, tot Fratres ad Capitula generalia conuocare, quinimo confuſio ob ingentem numerū multoties inde prouenire ſoleat. Nos cupientes his, & alijs incommodis opportuna

ratione occurrere, dicti Viſitatoris Generalis ſupplicationibus inclinati, auctori-
A tate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quòd ex nunc de cætero perpetuis futuris tẽporibus, in electione noui Viſitatoris Generalis, ac etiam Diffinitorum generalium, in ipſis Capitulis generalibus facienda, Viſitator generalis præteritus, necnon ex qualibet Prouincia vnus Prouincialis, ac Diſcretus, & Cuſtos ſimiliter Prouinciales, & non alij Generalibus Capitulis intereſſe, ac votum habere poſſint. In electione verò nouorum Prouincialium, Cuſtodum, & Diffinitorum Prouincialium in Capitulis Prouincialibus facienda, Prouinciales præteriti, Diſcreti Prouinciales, Priores, & Diſcreti Conuentuum, necnon Diffinitores Generales actuales, ac demum Procurator Generalis tunc exiſtens vota habeant. Ad priorum verò, & Diſcreti Prouincialis electionem Prouincialis, & quatuor Diffinitores Prouinciales tantum procedant. Mandamuſq; vt electiones omnium, ac quorumcunq; ſupradictorũ per vota ſecreta, in ſchedulis conſcripta
B fiant, & ſtatim facta electione, ſchedulæ comburantur, itaut eligentium vota nunquam publicari poſſint. Ac prohibemus, vt nullo pacto in Capitulis generalibus electiones Prouincialium, ac Priorum fiant, ſed tantum in qualibet Prouincia ſuus Prouincialis, Diſcretus Prouincialis, & Priores creentur. Decernentes omnes, & ſingulas Viſitatoris Generalis, Prouincialium, ac Diſcretorum, & Cuſtodum, etiam Prouincialium, necnon Priorum, & Diffinitorum prædictorum, ſeu quorumuis eorum electiones, quas contra hic traditam formam fieri pro tempore contigerit, eo ipſo nullas, & nullius momenti eſſe, ac fore, illiſque non obſtantibus, ad alias electiones, iuxta huiuſmodi formam procedi poſſe, ac debere, necnon irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon prædicti Ordinis, etiam iura-
C mento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ, apud Sanctum Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, Die vigeſimanona Iulij, 1595. Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Clemens Papa VIII.

SVMMARIVM.

COnfirmat priuilegia Ordinis. Bulla incipit. Ratio paſtoralis officij &c. Datum Romæ apud S. Petrum die 20. Decemb. 1597. Pontif. ſui anno Sexto. Ponitur ab
D *Emanuele Roderic. fol. 522.*

Clemens Papa VIII.

SVMMARIVM.

ORdinat habitum tertij Ordinis confici debere ex quattuor partibus lanæ naturaliter nigræ, & ex vna lanæ albæ.

CLemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Vt ea, quæ pro religionum, & perſonarum in ipſis degentium bono, & quiete, per ipſarum reli-

gioſum

gionum ſuperiores, ſtatuta, & ordinata ſunt, firma, & illibata perpetuò ſubſiſtant, noſtræ confirmationis robur libenter adijcimus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Cùm igitur, ſicut accepimus, dilectus filius noſter, Hieronymus Cardinalis, Matthæius nuncupatus, Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia, ac Fratrum Tertij Ordinis de pœnitentia nuncupati Protector, Corrector, & Gubernator, pro maiori ipſorum Fratrum de Obſeruantia, & pœnitentia tranquillitate, & pace, per ſuas literas ſubdatione, anno à Natiuitate Domini noſtri, milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, die 19. menſis Aprilis, mandauerit, ſtatuerit, & ordinauerit, quod prædicti Fratres Tertij Ordinis de pœnitentia in Regno Portugalliæ exiſtentes, iuxta eorum regulam, & indulta Apoſtolica, habitum geſtare deberent, quodque talis habitus eſſet ex humili, & vili panno contextus, eo videlicet modo, vt ex quatuor partibus, lanæ naturaliter nigræ, & abſque aliqua tinctura contextæ, & vna parte lanæ, etiam naturaliter candidæ, & talis habitus fieret, & quod ſingulis quatuor libris lanæ naturaliter nigræ, adderetur vna libra lanæ albæ, & aliàs, prout in ipſius Cardinalis Matthæi literis deſuper confectis, latius dicitur contineri. **A** **B**

Hos igitur literarum prædictarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes literas authoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, omneſque, & ſingulos, tàm iuris, quàm facti, alioſque etiam ſubſtantiales defectus, qui in eiſdem interuenerint ſupplemus, eaſque contra omnes, & quaſcunque reuocationes, validas, & efficaces fore, & eſſe, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, & ab omnibus, & ſingulis Fratribus Tertij Ordinis de pœnitentia, nunc, & pro tempore exiſtentibus, & in Portugalliæ Regnis degentibus inuiolabiliter obſeruari debere decernimus. Mandantes nihilominus, omnibus & ſingulis ipſius Ordinis de pęnitentia Miniſtris, & prælatis, tam præſentibus, quam futuris, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis, ac priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, officiorumq. & dignitatum, perpetuæque inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ipſo facto incurrendis pœnis, nè poſthac alium habitum geſtare poſſint, aut à ſuis patribus geſtari permittant, niſi ſecundum modum, & formam ſibi in dictis literis præſcriptam, ab habitu Fratrum Minorum de Obſeruantia, quò ad colorem, & formam omninò diſtinctam. Quo circa, dilectis filijs ſpoliorum, iurium Cameræ noſtræ Apoſtolicæ debitorum, in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis collectori generali, ac ipſius Ordinis conſeruatoribus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Fratrum de Obſeruantia, ſeu alicuius eorum, fuerint requiſiti, præſentes literas, & in eis contenta quæcunque ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra, præmiſſa omnia, & ſingula inuiolabiliter obſeruari, non permittentes eos deſuper à quoquam, quauis authoritate, quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet, & rebelles, per cenſuras, & pęnas prædictas, aliaſque Eccleſiaſticas, ac alia oportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Inuocato etiam adhoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, alijſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate **C** **D**

alia

alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis
A Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 27. Aprilis, 1600. Pontificatus noſtri anno 9.

Clemens Papa VIII.

SVMMARIVM.

REductio Prouincialis, & Fratrum Tertij Ordinis Prouinciæ Dalmatiæ, & Iuſtinopolitanenſis ad obedientiam, & ſubiectionem Generalis eiuſdem Ordinis.

B CLemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Pro noſtri Paſtoralis muneris debito, ad ea libenter intendimus, per quæ Religioſorum proſpero regimini, & gubernio opportunè conſulitur, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Cum itaque ſicut accepimus, dilecti filij Prouinciales, & Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci Prouinciæ Dalmatiæ, & Iuſtinopelitaneñ nulli alteri Superiori obediant, ſed dicti Fratres eorum Prouinciali per vota ſecreta pro tempore electo tantùmodo ſubſint, nec alium Superiorem agnoſcant. Nos proſpero regimini, & gubernio dictorum Fratrum valdè expedire conſiderantes, vt ipſi eorumque Prouincialis Vicario, & Viſitatoribus Generalibus Ordinis prædicti Prouinciæ Italiæ ſubijciantur, ac eorum Superioritati, viſitationi, & correctioni, prout alij Fratres Italiæ prædicti Ordinis de cætero ſubiaceant, ac prædictis Fratribus Italiæ ſub eiſdem Generalibus Superioribus vniantur, ac propterea
C in præmiſſis opportunè prouidere volentes, ſupplicationibus etiam pro parte dilecti filij Bernardi Sabbiæ Fratris, & Procuratoris Generalis eiuſdem Ordinis nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Prouincialem, & Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci Prouinciæ Dalmatiæ, & Iuſtinopolitañ prædictos Vicario, & Viſitatori Generali Tertij Ordinis Sãcti Franciſci huiuſmodi Italiæ auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò ſubijcimus, illoſque ſub huiuſmodi Vicarij, & Viſitatoris Generalis obedientia Fratribus eiuſdem Ordinis Italiæ vnimus, ac eiſdẽ Prouinciali, & Fratribus Dalmatiæ, & Iuſtinopolitañ, vt omnibus & ſingulis gratijs, priuilegijs, & indultis, fauoribus, conceſſionibus, prærogatiuis, & indulgentijs, necnon voce actiua, & paſſiua in Capitulis Generalibus, & in electione Vicarij, & Viſitatoris Generalis huiuſmodi, ad inſtar Prouincialium, & Fratrũ
D Italiæ eiuſdem Ordinis ſine aliqua prorſus differentia reſpectiuè vti, potiti, & gaudere poſſint, & valeant, ac debeant, auctoritate, & tenore prædictis, concedimus, & indulgemus. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, Vicario, & Viſitatori Generali prædicto, vt Prouincialem, & Fratres prædictos Prouinciæ Dalmatiæ, & Iuſtinopolitañ ſub eius curam, & gubernium benignè recipiat, & ea, qua decet, charitate proſequatur, ipſis verò Prouinciali, & Fratribus, vt prædicto Vicario, & Viſitatori Generali obedientiam, & reuerentiam debitas, & deuotas prompte præſtent, & exhibeant, illumque debita honorificentia proſequantur, alioquin ſententiam, ſiue pœnam, quàm ipſe Vicarius, & Viſitator Generalis ritè tulerit, ſeu ſtatuerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari. Non obſtañ præ-

miſſis,

miſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon eiuſdem Ordinis, ac dictæ Prouinciæ Dalmatiæ, & Iuſtinopolitañ, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & Litteris Apoſtolicis eidem Prouinciæ Dalmatiæ, eiuſque Prouinciali, & Fratribus in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumq;. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris, Die ſecunda Septembris, milleſimo ſexcenteſimo ſecundo, Pontificatus Noſtri Anno vndecimo. A

Paulus Papa V.

SVMMARIVM.

Confirmat Priuilegia noſtra.

PAulus Papa Quintus. Ad perpetuam rei memoriam. Iuſtis ac honeſtis fidelium quorumlibet præſertim ſub regularis vitæ diſciplina altiſſimo famulantiũ votis libenter annuimus, eaq; fauoribus proſequimur opportunis. Exponi ſiquidem nobis nuper fecerũt dilecti filij Bernardus Sabbia Procurator Generalis, alijq; Superiores, & Fratres Tertij Ordinis de pœnitẽtia nuncupati Sancti Franciſci, quòd ipſi nonnullis gratijs, & priuilegijs per diuerſos Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ſibi ſuoq; ordini conceſſis gaudent, quæ à nobis & Apoſtolica Sede confirmari deſiderant. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, vt ſibi in præmiſſis indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eundem Bernardum Procuratorem Generalem Superiores, & Fratres prædictos ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes, eorumq; ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati omnia & ſingula priuilegia, facultates, indulta, & literas Apoſtolicas, ipſis, & eorum ordini per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros conceſſa, & forſan etiam approbata, & confirmata, dummodò tamen ſint in vſu, & Sacri Concilij Tridentini decretis, ac Prædeceſſorum noſtrorum, & noſtris Conſtitutionibus, ac eiuſdem Ordinis Regularibus inſtitutis non aduerſentur, nec reuocata, nec ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa ſint, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac approbata, & confirmata eſſe, & cenſeri volumus, & declaramus: Necnon ipſos vbicumq; & quandocumque opus fuerit priuilegijs, facultatibus, indultis, & literis Apoſtolicis prædictis liberè & licitè, vti poſſe & valere, ac irritum & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris die 21. Octobris. 1608. Pontificatus Noſtri anno Quarto.

B C D

Decretum

A *Decretum ſuper ſtatu Mulierum Tertij Ordinis in priuatis domibus degentium, illarumque ad habitum admiſſione.*

SAcra Congregatio Cardinalium negocijs Epiſcoporum, & Regularium prępoſitorum, ad tollendas omnes contentiones inter Epiſcopos, & Superiores Regularium ſuper immunitate, & exemptione Tertiariarum, quæ in priuatis domibus degunt, vulgò Bizzoche, ſeù alio quouis nomine nuncupatarum, in primis & ante omnia in memoriam reuocat ea, quæ Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum in eandem ſententiam reſpondit, videlicet.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, ſæpius reſpondit, minimè poſſe Sacerdotes Regulares Mulierum Tertij Ordinis, quas de
B Pœnitentia, vel Bizzocas vocant, confeſſiones ſacramentales audire, niſi fuerint ab Ordinario approbati ad confeſſiones perſonarum ſecularium audiendas; quemadmodum nec poſſe illis Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum adminiſtrare in die Paſchatis Reſurrectionis Sanctiſs. D. N. IESV CHRISTI; Verùm quoad ſepulturam, atque alia Priuilegia, Fratres Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatos, alioſq; ſimiles ità demùm Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum aſſumpſerunt, Priuilegijs potiri, & ab Ordinarij iuriſdictione exemptos eſſe, ſi viri collegialiter viuant, ſeù cum Clauſtralibus habitent, & Mulieres virginalem, ſeù cœlibem, aut caſtam vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam traduxerint; quemadmodum cauetur Conſtitutione Concilij Lateranen. ſub Leone X. quæ habetur ſeſſ. 11. in fin. Hoc autem voto mulierum, alia duo, ſcilicet, paupertatis, & obedientiæ nequaquam includi; quinimò huiuſmodi mulieres, ſi vitam Virgina-
C lem, aut cœlibem ſimpliciter expreſſeq; vouerint, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut proprijs domibus, vel ſeorſum habitantes ſupradictis Priuilegijs Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneq; ab Ordinarij iuriſdictione frui debere, vt idem Leo poſteà declarauit Conſtitutione edita die prima Martij 1518. An autè prædictæ qualitates in huiuſmodi Tertiarijs concurrant, Ordinarij loci eſſe iudicium.

Præterea ſi contingat aliquas ex prædictis Tertiarijs ſine ſepulturæ electione decedere, eas ſic decedentes, ità demum in Eccleſijs Ordinis, cuius habitum aſſumpſerunt, ſi in ipſis earum communis ſepultura reperiatur, ſin minus, in Eccleſijs Parochialibus ſepeliendas eſſe decernit.

Superioribus autem Regularibus, ſufficienti facultate ad id à Sede Apoſtolica ſuffultis (Cappuccinis exceptis) licere Mulieres ad huiuſmodi habitum recipere,
D atque ad ipſos veſtiendi eas officium pertinere, non autem ad habitum admittendas, & recipiendas eſſe, niſi probatæ vitæ, ac bonis moribus præditas, atque in ætate ſaltem quadraginta annorum conſtitutas, quæ de proprio habeant, vnde ſufficienter viuere poſſint, & non cum alijs viris, quàm cum conſanguineis, vel affinibus in primo tantum gradu ſibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario loci licentia prius impetrata, qui non aliter eam concedat, niſi de prædictis præuio examine diligenti ſibi conſtiterit.

Verùm in huiuſmodi habitu concedendo, & reſpectiuè deferendo, omninò à velo ſupra caput, quod Supriectum vocant, à Pectorali, quod vulgò dicitur, Sottogola, & à Patientia abſtinendum eſſe; quinimò eas, quæ ſupradicta tria, vel aliquod ipſorum deferre deprehenſæ fuerint, illa dimittere, etiam per cenſuras Ec-

clesiaſticas ab Ordinarijs locorum compellendas eſſe decernit.

Supradictis verò Decretis Mulieres Tertij Ordinis, quæ collegialiter viuunt, nō comprehendi, quinimò eas diſpoſitioni Conſtitutionis Pij Papæ V. æditæ Romæ Anno 1566. Quarto Calendas Iulij, quæ incipit (Circa Paſtoralis) pœnitus ſubiacere expreſsè declarat. Non obſtantibus quibuſcunque in cōtrarium facientibus. Datum Romæ 20. Decembris. Anni 1616. A

Andreas Vendraminus Dux Venetiarum.

SVMMARIVM.

COmmittit Poteſtatibus ſui Dominij, vt ad omnem requiſitionem Generalis Italiæ Tertij Ordinis omnem fauorem præſtare velint. B

ANdreas Vendraminus Dei gratia Dux Venetiarum &c. Vniuerſis, & ſingulis Poteſtatibus, Capitaneis, cæterisq; Rectoribus noſtris Paduæ, Vincentiæ, Veronæ, Brixiæ, ac Bergomi, & Cremæ, cæterisq; officialibus agrorum prædictorum fidelibus dilectis, ſalutem, & dilectionis affectum. Venerabilis Frater Ioannes de ciuitate noſtra Veronæ Viſitator Tertij Ordinis Diui Franciſci regularis Obſeruantiæ Apoſtolica authoritate per totam Italiam viſitaturus concedit ad præſens ad ipſas terras noſtras: vt inobedientes, & contrafacientes literis Ordinis prædicti, in Ordinem, & veram Obſeruantiam redigat: alia quoq; ſubminiſtret, quæ ſibi demandata ſunt corrigenda, & prouidenda. Et quoniam in his, & circa hæc exequenda requiritur, atque opus eſt brachio, & fauore ſeculari, quem à nobis ſumma inſtantia exorauit, vobis omnibus, & veſtrum cuilibet mandamus, quatenus ad omnem ipſius Viſitatoris requiſitionem præſtare, & præſtari facere debeatis omnem opportunum fauorem veſtrorum officialium, & commilitonum. Quo mediante circa ea, quæ ad eius officium pertinent, ex intentione Bullarum Apoſtolicarum operam ſuam ſtrenue nauare poſſit: & imperata exequi valeat. Volentes, vt præſentes literæ noſtræ tam pro præſenti Viſitatore, quam futuro alio, quiſquis fuerit in futurum eiuſdem Ordinis cum literis Apoſtolicis eundem locū, authoritatem, poteſtatem, atque effectum habere intelligantur, & valeant. Veſtra igitur intererit parere, & exequi, ſicuti pro veſtra ſolita obedientia facere conſueuiſtis. Datum in noſtro Ducali Palatio die ſeptimo Octobris, Indicione vndecima. Millesimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. C

D

Carolus V. Imperator.

SVMMARIVM.

PRælatos Eccleſiæ hortatur, ſibi vero ſubditis ſecularibus præcipit, vt obſeruare faciant priuilegia Fratrum tertij ordinis.

CArolus Diuina fauente clementia, & Romanorum Rex, & F. Imperator ſemper Auguſtus, Ioanna, & idem Carolus Dei gratia Reges Caſtellæ, Legionis, Ara-

A Aragonum, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Nauarræ, Granatæ, Toleti. Valentiæ, Gallitiæ, Maioricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Giennis, Algarbij, Algecoriæ, Gibraltaris, & inſularum Canariæ, necnon inſularum Indiarum, & terræ firmæ maris Oceani, Archiduces Auſtriæ, Duces Burgundiæ, & Brabantiæ, Comites Barchinonæ, Flandriæ, & Tiroli, Domini Viſcayæ, & Molinæ, ac etiam Duces Athenarum, & Neopatriæ, Comites Roſilionis, & Ceritaniæ, Marchiones Oriſtani, & Gociani, Reuerendis in Chriſto Patribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Canonicis, clericis, & alijs quibuſcunq; Eccleſiaſticis perſonis dictorum regnorum noſtrorum vtriuſque Siciliæ, & Sardiniæ ſalutem. Illuſtribus inſuper ſpectabilibus, & Magnificis viris eorundem regnorum, Viceregibus, & Locatenentibus generalibus, prouinciarum gubernatoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, terrarumq; dominis, & dominabus, cæterisq; demum vniuerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris maioribus, & minoribus quocunque nomine nuncupatis, officio, titulo, authoritate, dignitate, poteſtate, præminentia, & iuriſdictione fungentibus in dictis regnis conſtitutis, & cõſtituendis, præſentibus & futuris, ad quos, ſeu quem ſpectabit, præſentesq; peruenerint, & fuerint quomodolibet præſentatæ, fidelibus noſtris dilectis gratiam noſtram, & bonam voluntatem. Nuper venerabilis Frater Petrus Albericus de Cutrono, ſeu de Caſobino Frater Tertij Ordinis Sancti Franciſci ſub habitu eremitico de pœnitentia nuncupati cõgregationis Lombardiæ nomine, & pro parte totius dictæ congregationis expoſuit maieſtatibus noſtris, quemadmodum Paulus II. ſummus Pontifex per ſuas opportunas literas ſub Datum Romæ apud Sanctum Marcum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo, ſeptimo Calend. Iunij omnia, & ſingula priuilegia, indulta, facultates, & gratias, quas, & quæ Eugenius Quartus ſummus Pontifex per ſuas literas ſub Datum Florentiæ anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo, octauo idus Februarij: & Nicolaus quintus per eius literas ſub Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringẽteſimo quinquageſimo primo, decimo Calend. Maij Fratribus Ordinis Sancti Franciſci de pœnitentia nuncupati in regnis Caſtellæ, & Legionis, ac diœceſis Leodienſis cõmorantibus conceſſerunt, ad Fratres congregationis Lombardię ſub habitu eremitico viuentes, necnon ad alios Fratres aliorum locorum dicti Ordinis eandem congregationem ipſorum Fratrum Lombardiæ in poſterum ingredientium, extendit, & illas eis conceſſit, & inſuper per eaſdem præcalendatas literas Fratribus dictæ congregationis conceſſit, quòd gaudere poſſent, ac vterentur, & gauderent ombibus gratijs, indulgentijs, libertatibus, exemptionibus, & priuilegijs Fratribus eiuſdem Ordinis quomodolibet conceſſis in omnibus, & per omnia, quæ ſupradicta omnia eiſdem Fratribus confirmata fuerunt per Sixtum Quartũ Pontificem per eius literas ſub Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo, tertio Calend. Decembris, & per Iulium ſecundum per ſuas literas ſub Datum Romæ apud Sanctũ Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octauo, ſexto idus Ianuarij, & quòd dictus Papa Sixtus per eaſdem præcalendatas literas conceſſit Viſitatori, ſeu Miniſtro principali eiuſdẽ Ordinis licentiam viſitandi, & reformandi omnia loca Fratrum dicti Ordinis habitum eremiticum gerentium, etiam ſi non dictæ congregationis fuerint, vbicunque ſint in Italia, ac etiam omnes perſonas eorum tam in capite, quam in membris in

N 2 ſpiri-

ſpiritualibus, & temporalibus corrigendi, & delinquentes puniendi, & exinde amouendi, necnon omnes portantes habitum eremiticum vagantes caſtigandi, & habitu prædicto ſpoliandi, & quòd idem Iulius II. per alias ſuas literas ſub Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die vigeſimo ſexto Februarij milleſimo quingenteſimo nono prædictis Fratribus eiuſdẽ congregationis conceſſit, quòd ad inſtantiam Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci directe, vel indirecte moleſtari non poſſint, ſed Viſitator dictæ congregationis, & ab eo deputandi de Fratribus ipſis, eorumq; rebus, & negotijs cognoſcere debeant, prout in præcalendatis literis dictorum ſummorum Pontificum nobis in probanti forma præſentatis hæc, & alia latius continentur: Supplicauitq; propterea Maieſtatibus noſtris idem Frater Petrus, vt omnia ſupradicta, & alia in præcalendatis literis contenta debite executioni demandari, ac eaſdem literas obſeruari in dictis noſtris vtriuſq; Siciliæ, & Sardiniæ Regnis prouidere dignaremur. Nos vero volentes cum Apoſtolica ſede reddere nos conformes, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia deliberate, et conſulto, ac ex regia noſtra authoritate vos prædictas Eccleſiaſticas perſonas requirimus, et hortamur, cæteris vero vobis omnibus, et ſingulis prædictis ſubditis, et officialibus noſtris dicimus, et diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ſinatis, et libere permittatis eoſdem Fratres præſentes ſcilicet, et futuros iam dictis gratijs, indulgentijs, libertatibus, exemptionibus, et priuilegijs eis, vt ſupra conceſſis gaudere, frui, et potiri: necnon eis ad vnguem, et inuiolabiliter obſeruetis, et obſeruari faciatis præcalendatas literas, et omnia, ac ſingula in eis contenta, et circa præmiſſorum, et aliorum in eiſdem præcalendatis literis contentorum executionem, quoties requiſiti fueritis, præſtetis eis omne auxilium, conſilium, et fauorem neceſſarium, opportunum, et debitum: et contrarium non faciatis, aut fieri permittatis ratione aliqua, ſiue cauſa pro quanto vos prædictæ eccleſiaſticæ perſonæ nobis morem gerere cupitis. Cæteri vero officiales, et ſubditi noſtri gratiam noſtram charam habetis, iramq;, et indignationem noſtras, ac pœnam ducatorum mille cupitis euitare. In quorum fidem præſentes fieri iuſſimus magno negotiorum citerioris Siciliæ Regni, quo antequàm ad Regnum Romanorum, ſacrumq; Imperium electi eſſemus, vtebamur ſigillo, quoniam nondum alia fabricata fuerunt, noſtro pendenti munitas. Datum in loco de Moliu de Rey vigeſima die menſis Nouembris anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo decimonono, Regnorúmq; noſtrorum, videlicet Regni Romanorum, ac electionis Imperij anno primo, Reginæ Caſtellæ, Legionis, Granatæ anno ſexto decimo, Nauarræ quinto, Aragonum, vtriuſq; Siciliæ, Hieruſalem, et aliorum quarto, Regis vero omnium quarto.

A B C D

YO EL REY.

Sacra Cæſarea, et Catholica Maieſtas mandauit mihi Petro Garcia.

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM NOTABILIVM, QVÆ IN HOC OPERE

continentur ſerie alphabetica diſpoſitus, in quo, l. 1. indicat librum primum tomi primi, l.2 librum ſecundum tomi primi, t.2. tomum ſecundum; & numerus paginam, & a,b,c,d, literas in margine cuiuſlibet paginæ poſitas.

AEdificia cum cõſilio facienda, l 1.149. b, & 150. a, Qualiaq; eſſe debeant, t.2.19.c,

Apoſtata, vagus, & errãs differũt, l. 1.128.c

Arma non ſunt deferenda, t.2.11.b

Bonorum alienatio, l. 1. 147.d, & t 2.65.d, Eorumq; diſpoſitio, t.2.11.d, Cuiq; acquirãtur bona ꝓfeſſorũ, l.1.115.c, & t.2.31.c

Campanile conceditur extra tectum, t.2.20. d, & 64 d

Capitulum generale quando, & quomodo celebrandum eſt, l.1.24.c, & 28.a, & 29.d, & t.2.20 b, & 30.d. & 34.b, & 41. c, & 43 a, & 56.d, & 90.c, & 92.c, Cui omnes obedire tenentur, t.2.43.a, Capitulorum generalium Catalogus l 1.31.b

Capitulo Prouinciali quis præſideat, l.1.51. b, & 52.a, Quando, & qualiter celebrandum, l.1.51.a, & 52.b, & 53.b. & t.2.92.c

Caſus reſeruati, l. 1.107. c, & 108. c, & t.2. 31.b, & 34.a, & 47.a

Caſtitas cur introducta, l.2.16. b, eiuſq; votum, l.1.79.a, & 145.c, & l.2.47.b

Cenſuris coercentur delinquentes, t.2.31. a, & 34.d, & 43. d, A quibus abſoluere poteſt Generalis, l.1.107. d, & t.2.31. b, & 51. c

Cibus qualiter, & quis ſumendus, l.1.102. a, & 103 b, & l.2.22.c, & t.2.10.c, & 67. d

Clauſura ſeruanda, l. 1.131. c, & 145. c, & t. 2.19. d

Commiſſarii generalis electio, l.1.26. d, & t. 2.82. a, Eiuſq; auctoritas, & officium, l.1. 26 b, & t 2.82.a

Communicandum quando ſit, l.1.106.d, & l. 2.25.c, & t.2.11.a, & 67.d

Concionatores à quibus admittũtur, l.1.134. a, Eorum conditiones, l.1.136.c, & quid prædicare debent, t.2.12.c

Confeſſarij qualitates, l.1.133. Tertiarij quando confiteri debeant, l.1.106.d, & l.2.25. c, & t.2.11.a, & 67.d, & confiteri poterãt cum Sacerdotibus ſecularibus, t 12.47. a, ſed vniuerſaliter cum ſuperioribus & ſacerdotibus ordinis, t.2. 31, c, Qui & confeſſiones ſecularium audire poſſunt, t. 2. 47.a

Cõſeruatores ordinis qui ſint, t.2. 6, b, & 12.a & 24.c. & 33.c, & 35.a, & 58.b, & 63.b

Contemptus qualis circa regulam obliget ad culpam, l.1.20.a, & 21.a

Culpas quaſq; vitare debent tertiarij, l.1.95. d, & 97. b, & l.2.54.a, & t.2, 68. b, ad quas an, & quando obligent decreta noſtra, l.1.20. a, & 122. b, & t. 2. 14 a, & 43. b. & 69. b, Culparumq; dicendarum, & ſuſcipiendarum locus, & modus, l. 1. 119.a, & l.2.48.d, & t.2.13. b

Cuſtodum electio, l.1.29. c, Eorumq; officiũ, l.1 29. b

Diſcreti Conuentualis electio, & officium, l. 1.24.d, & 51.b

Diſcreti Prouincialis electio, l.1.26.d. & 51. d, & t 2.82.a, Eiuſq; officium, l.1.26.d, & 59.a, & 62.b

Diffinitorum generalium electio, l.1.26.c, & 28.a, & t.2.34.b, & 43.a, & 82.a, Eorũq; dignitas, & officium, l.1.20.d, & 26.c, & t.2.34 b, & 43 a

Diffinitorum prouincialium electio, & officiũ l.1.51.d, & 52. d

Diſpenſare ſuper auſteritates quando, & quis debeat, l.1. 63.d, & 64. a, d, & 67 d, & 102.d, & l.2.37.a, & t.2.13. d, & 19.d, & 43 c, & cum quibus, t. 2.10.d

Domus retinere, ac de nouo conſtruere conceditur, t.2.34 a, & 46.d

Dormire, ſeu qualiter cubare debeant fratres Tertiarij, l.1.91. a

Electio fiat ſecrete, l.1.25 b, & 26.a, & 28.c & 51.c, & 52.c, quæ ſuperare debet dimidiam partem ſuffragiorum, l. 1.25.c &

abſen

abſentes eligere nequeunt,l.1.27.c
Elemoſina quando,& quibus erroganda,l.2.31.c,& t.2.12.c
Examen conſcientiæ fieri debet quolibet ſero, l.1.96.b.& 99.a,& t.2.12.b,& 67.c,& 68.b
Generalis miniſtri electio,l.1.25.a, & 28.a, & t.2.34.b, & 82.a, Qui debet eſſe vnus ſacerdos ex tertio ordine, l.1.19.c, & 20.b,& t.2.30.d,& 42.d, & 77. & ſi eſt inſufficiens deponi poteſt, t.2.42.d, & 76. Qui immediate Papæ eſt ſubiectus,l.1.59.d,& t.2.76.c,eius officium,& auctoritas, l.1.58.c,& 59.d,& l.2.38.& 61.d, & 62.b,& t.2.30.d,& 34.b,& 41.c,& 42.d,& 43.c,& 46.d,& 76.c, & 77.a, Cuius officium durat per triennium.t.2.31.c.& 34.c, Quo mortuo ſigilla &c. remanent apud ſecretarium vſquequo &c.l.1.29.b
Habitus tertij ordinis,l.1.16.d, & 31.d.& 32.a,& 90.c,& l.2.19.b, & 57.c, & t 2.3.b,& 10.a,& 20.a,& 34.b, & 41.b, & 46.d,& 59.a,& 67.a,& 93 d,Quem immutare ſi liceat,t.2 34.b, & 89.c
Hoſpitalitas ſuadetur,t.2 69.c, Quam profitebantur Tertiarij,l.1.18.a,& l.2.3.a, & t.2.34.c
Ieiunium quando ſeruandum, l.1.101.d, & l.2.22.c,& t.2 [illegible] d,& 67.b
Immunitas ordini conceditur, t.2 6.a,d, & 34.d,& 43.d,& 49.c, & 53.c, & 65.d, & 90.b
Incorrigiles admonendi,& eijciendi,l.1.59.b,& 61.a,& l.2.34.c,& t.2.13.c,& 68.d
Indulgentia conceditur audientibus legere regulam,l.1.13.a,& 152.a
Infirmi viſitandi, & ſubueniendi ſunt, l.1.114 d,& l.2.32.c, & t.2.12.d, & 68.c, Qui non tenentur abſtinere,t.2.10.c, nec officium perſoluere,l.1.113.a & t.2 11.c
Interdictum quando non ſeruatur,t.2.80.d
Irregulares fratres diſpenſat Generalis, t.2.31.b
Iurandum non eſt,niſi &c.l.1.96.a, & l.2.30.b,& t.2.12.a
Laborare permittitur,l.1.17.d,& l.2.51.b, & t.2.19.d
Lectio decretorum quando, & vbi habenda, l.1.151.d
Lectio librorũ ſpiritualiũ ſuadetur,l.1.114.a
Licentiare fratres vt domo prodeant, l.1.131.c, & diſponere eos per Conuentus,l.1.27.a,& 51.d,& 128.c, non vt maneãt extra clauſtra,niſi ad tempus,t.2.31.d
Litigia vitanda,l.1.96.c,& l.2.36.b, & t.2.13.c
Loca,& eccleſias retinere,& alia conſtruere conceditur,t.2.34.a
Magiſtri Nouitiorum electio, qualitates, & officium,l.1.70.c,& 71.a,& 72.a
Miniſtri Conuentus electio, nomen, officium, & auctoritas, l.1.27.a,& 51.d, & 63.b, & 64.a,& 68.d, & t.2.12.b,et 19.b, & 34 c,& 68.a
Miſſa audiatur quotidie, t.2 12.b, & 67.c, dicatur pro viuis,& mortuis,t.2.13.a,poteſt celebrari in eccleſijs ordinis,t.2.20 d, & 34.a
Mortificationi incumbendum eſt,l.1.128.b
Morientium cura, & obſequium, l.1.115 b, 118.a,& l.2.32.c.& t.2.12.d, & 69.a
Mulieres maritatæ ſine licentia virorum non admittuntur ad habitum, t.2.9.d
Nouitiatus conſtructio,l.1 72.b
Nouitij à quibus recipi debeant ad habitum, & profeſſionẽ,l.1 73.a,& 75.b, & t.2.9.d
Nouitiorum requeſita, l.1.72.c,& 73.d, & 74.a,& l.2.6.b,& 53.b,& t.2.9.b, & 18 c,& 66 d,de quibus inſtruendi, l.1.70.d, & 71.& 73.a,Quæ illis prohibeantur,l.1.70.d, & 78.& per annum integrum probantur,l.1.77.b,& 78.c,& 80.b, & t.2.9.d, & 18.c,& 67.a
Obedientia cur introducta,l.2.16 d, obediẽdum ſuperioribus,l.1.121.b, & 122.a, & l.2.42 c,& 43.c,& 44.d,& 58.d,& 59.d, & 60.a,& 63 b,& 64.a,& 65 c,& t.2.31.c
Officia non ſint ad vitam,t.2.13.a, & 68.a, nõ eccedant triennium,l.1.27.b, & 28.a, & vacent per annum,l.1.27.& 28 b
Officiales nomine dignitatis appellentur,l.1.121 d,habeãt ſigna,& patentes ſui officij, l 1.27 a,& debitã ætatẽ, l.1.27.b. & 34 b
Officium diuinũ qualiter dicendũ,l.1.112.a, & 113

& 113.a,& l.2.26.d,& t.2.11.b,& 19.a, & 43.b,& 67 d
Opera ſupererogationis ſuadentur,l.1.22.b
Orationi inſiſtendum,l.1.114.a, *qualiter & quando fieri debeat oratio mentalis*,& *iaculatoria*,l.1.113.d,& 118.d
Ordinis vnitas perſuadetur,l.1.18.b
Ordinandorum conditiones,l.1.138 b
Parrochiarum ius reſeruatur, t.2.21.a, & 34 a.& 44.a,& 47.a
Paupertatis votum,l.1.86 a,& 87.a, & l.2.16.d,& 45.d,& t 2.12.d,& 20.b,& 76.d
Pax cum fratribus,& *proximo habenda*,l.1.96.c & 119.b,& l.2 29 b,& t 2.11.a
Pœna eſt de præcepto in regula, l.1.20. a, *ſi non fiat,an ſit peccatum*, l. 1. 23. c, *quis pœnas ſtatuere poſſit*, l.1.24.a
Perfectionem perquirere tenentur religioſi, l.1.21.c,& 22.c,& l.2.16.d,& 52.a
Priuatos ab officijs poteſt Generalis ad eadem reponere, t.2.34. d
Priuilegia noſtra confirmantur, t.2.56.c,& 69.d,& 79.d,& 84 d & 85.a,& 90.a, & 92.b,& 93.c,& 96.b, & *conceduntur ordini noſtro priuilegia aliarum religionũ*, l.1.15.d,& t.2.44.a, & 50. c, & 56 c, & 66.a,& 85. b, *quæ extendũtur ad congregationem Lombardiæ*, t.2.45. a, & 46.d, *eaq; obſeruare debet Generalis*,l.1.58.d
Procuratoris ordinis electio, & *officium*,l.1.28.c.d
Profeſſio quomodo,& *quãdo facienda*, *eiuſq; forma*,*atq, obligatio*, l.1.78. c, & 79 a,& 82.a,et 157.c,& l.2.7.d.& 10.b.& 12.a, et 13.a,& t.2.9.d.& 18.c,& 67.a,& 69.b, *Quiſq; ad eam recipere poſſit*, l.1.78.c, & 80.b,& t 2 42 d
Profeſſus conſequitur remiſſionem peccatorum,& *alia indulta*, l 1.81. d,*nequit ad ſeculum redire*,l.1.79.b,& t.2.9 d,& 19.a, & 31. d, & 51. b, *an tranſire poſſit ad aliam religionem*,l.1 79.c,& l. 2. 9. d, & t.2. 9. d, & 56.d, *neq; beneficia ſecularia obtinere*, t.2.31.d
Prouinciarum Catalogus, l.1139. d
Prouincialis Vicarij electio, & *munus*, l.1. 26. d, & 51. c, & 52. d, & 53. a, & 62. a, & 63. a, & t. 2. 82. a
Quæſtuare quãdo,& *quomodo liceat*, l.1.70. b,& t.2.20.a
Reformatio quomodo, & *quando*,& *à quibus inſtituenda*,l.1.23.b,& 68.c
Regulæ noſtræ inſcriptio, l. 1. 5. *vnde dicatur*,l.2.2.a, *regula noſtra quæ nam ſit*, l. 1. 14.a.*vbi*,*cur*,& *à quibus confecta ſit*, l 1. 19.d,& l 2 2.d,& t.2.3 d,& 66. b,*quis eam confirmat*,& *iubet*. *Protector*, l.1 12.c,& 15.a,& *Pius V*.l.1.15.a,& t.2.85. b
Regulæ expoſitio,l 2.3.b
Renunciatio bonorum qualiter fieri oporteat, l.1.79.d
Reuelandi ſunt errores in viſitationibus, & *quomodo*,l.1.59.a.& 60.d,& t.2.13. d
Sacerdotum dignitas,l.1.139. c
Sacramenta omnia fratribus, & *ſeruitoribus per ſacerdotes ordinis miniſtrari poſſunt*, t.2. 31.c,& 34 a,& 42.d
Sanctorum,& *Beatorum Catalogus*,l.1.46.c
Secretarij generalis electio,& *officiũ*,l.1.29.a
Silentium vbi,& *quando ſeruandũ*,l 1.141. c,& l.2.50.a,& t.2.12.c,& 67. c
Sorores tertij ordinis ſunt veræ religioſæ, t.2.64. b, *non includuntur in Bulla Ioan. XXII*.t.2.51.d,*clauſurã habent*,t.2 52.b, *poſſunt portare velum nigrum*, t.2. 52.b, *gaudẽt priuilegijs monialium ſanctæ Claræ*,t 2.62.b
Statuta noua fieri, & *vetera corrigi poſſunt*, t.2.20. c. *quæ obligare poſſunt ad culpam*, l.1.20.a,d,& t. 2. 43. b, & *vim perpetuæ legis habere*,l.1.19 d,& 20.b,& t.2 43. a
Studia literarum ſuadentur,l.1.140.c,*qui ad illa mittendi ſint*,l 1.27.a
Subditi qualiter ſe habeant erga ſuperiores, l 2.42.c,& 43.b
Superiorum qualitates,l.1.53.d,& l.2.38.d, & 40.b,& 41. c, & 56. a, & 67. *qui contendant vt regula obſeruetur*, l.1.23.a,& l. 2. 66. *ſe abſtineant ab acceptione perſonarum*,l.2 41.c,& *inconſultis ſuis capitulis nil agant*,l.1.148.a,& 149.a,& 150 a
Tempus qualiter diuidendum,& *expendendum*,t 2.19.d
Tertij ordinis inſtitutor; *initium*, & *prouentus*,

ctus, l. 1. 16. a, & t.2.3.b,& 4.a,& 9.a, nuncupatur de Pœnitentia, l.1.95.d,& t. 2.66.c,& 78.b, eſt religio approbata, l.1. 15.c,& t.2.43.d,& 50.d,& 64.b, eſt conſirmatus, l.1.17.a,& t.2.6.a, commendatur, l.2.68.d,&c.

Tertiarij qui ſint exēpti, t.2.97 a, Subijciuntur ſuperioribus primi ord. t.2.14.d. & 47.b, & 53.c,& 59.b, & 85.b, liberantur à ſubiectione, t.2.24. a, & 57. d,& 79.a, & 90.c

Teſtamentum intra tres menſes ab ingreſſu fiat, l.1.78.c,& l.2.28.d, & 40,b,& t.2. 11.d

Tribulatio valde proficua, l.1. 117.b

Vanitates damnantur, t.2 10.b,& 68.b

Verbo Dei inſiſtendum, l.1.65.c,& l.2.56.a, & t.2.12.c,& 67.c

Vicarij Conuentus electio, & officium, l. 1. 69.a

Virtutes omnes ſuadentur, l.1.96.b,& 97.b, & 99.d

Viſitatio quando quomodo per quos, & quoties facienda, l.1.26.d,& 58.c,& 59.a, & 62.b,& l.2.33.& t.2.8. a, & 13. b, & 19 c,& 46.d

Vocales Capituli generalis, l.1.24. d, & 28. a,& t.2.20 b,& 41.c

Vocales Capituli prouincialis, l 1.51.b.& 52.b

Vota eſſentialia religionis, l.1.21.d,& 22 a, & t.2.42 d,& 51.a

Vota ſimplicia in profeſſione commutantur in eſſentialia, lib.1.81.d

Explicita ſunt Studia, Originem, Prouectum, atq; Complementum Tertij Ord. de Pœnitentia ſancti Franciſci concernentia, quæ in omnibus, & per omnia Frater Antonius de Sillis eorum Auctor humiliter ſubijcit correctioni ſanctæ Romanæ Eccleſiæ.

FINIS.

FRater Matthæus de Strutijs à Monteſano. Art. & Sacræ Theologiæ Doctor, et Tertij Ordinis de Pœnitentia ſancti Franciſci Miniſter generalis. Iuxta decretum Sacri Conc. Trid. ſeſſ.4. examinandum tradidimus opus inſcriptum. Studia, Originem, Prouectum, atq; Complementum Tertij Ordinis de Pœnitentia ſancti Franciſci Concernentia. A Reuerendiſſimo Patre Magiſtro Antonio de Sillis eiuſdem Ordinis profeſſore, elaboratum, admodum R.P. Fratri Magiſtro Ludouico de Ciottis dicti Ordinis Difinitori generali, ac Prouinciæ Romanæ Diſcreto. Qui cū nobis retuliſſet, illud recognouiſſe, nihilq; q̄ contra Fidem, doctrinam Catholicam, et bonos mores, ſit continere, imo Religionis noſtræ (ſi imprimatur) maximè profuturum; vt prælo donetur, ſeruandis ſeruatis licentiam concedimus. In fidem etc. Dat. Romæ in Conuentu noſtro ſanctorum Coſmæ, et Damiani 12. Kal. Octobris 1618.

Fr. Matt. M. Fanus Generalis.

Locus ſigilli.

Frater Bened. Fidelis Secret. de mandato.

Imprimatur. Alexander Boſchius Vicarius Generalis:

Fr Saluator Penna Carmelita deputatus vidit.

Io Longus Canonicus, et Curiæ Archiep. Neap. Theologus deputatus vidit.

NEAPOLI, Ex Typographia Conſtantini Vitalis. MDCXIX.

Digitized by